



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

4° 15.515

TRIGA LIBELLORVM
RARISSIMORVM.

PRIMVS,

LYDOVICI MALQVYTII

VERA NON SIMVLATA
I^CTORVM PHILOSOPHIA.

ALTER,

MARQVARDI FREHERI
DECISIONES AREOPAGITICÆ.

TERTIVS,

GVILIELMI DOVIATII

ENARRATIONES

IN

RESPONSA I^RISCONSULTORVM
NATVRALIA.

CVM PRAEFATIONE

NICOLAI HIERON. GVNDLINGII, I^CTII

ET INDICE RERVM ET VERBORVM
LOCVPLETISSIMO.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

Ex Officina ERNEST. GOTTL. CRVGIL

MDCXXVII

1912

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT


PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT



NICOLAUS HIERONYMVS
GVNDLINGIVS, Jct.

LECTVRIS SALVTEM.



Vid habent, inquit PETRVS
PETITVS, (*) *emunctæ naris Me-*
dicus, Jurisconsulti in suis studiis ve-
nerandum, & liberali homine dignum
(neque enim habere multa eiusmodi
nego) quod non aut Philosophis ac-
ceptum ferri debeat, aut longe infra Phi-
losofia propositum subsistat? Neque
enim vel leges ferri possunt, vel istæ
itidem exponi, nisi ratio primas teneat, & quid justum, quid inju-
stum, quid æquum & iniquum, quid utile, quid non vel sit, vel certe
habitum fuerit, suppeditet. Sane Legislatores summi ac celeberrimi

X 2

rimi

(*) Miscellan. Observa. Lib. IV. c. 5. p. 265.

rimi e Pythagoræ, Platonis aliorumque Sophorum secreto ac sancto secessu didicerunt jura, quæ proponerent ciuibus ad meliora formandis. Non est meum, enarrare, vnde sua hauserint Draco, Solon, Zaleucus, Charondas, Timaratus, Thearetus, Helicaon aliique: Saltem moneo, ipsum Zamolxin, Gothorum Legislatorem e Pythagoræ schola prodeuntem divinos apud suos honores esse adeptum. Quod iis peregrinum vix videbitur, qui attente circumspiciunt, qui sit legum scopus, quod Imperantium sapiens propositum. Et patet vero, populam e multis constantem ab officii sui finibus facile deflectere, nec contineri in eo, nec reduci ad istud commode posse, nisi amentiam aberrantium detegant sapientiores, furoremque eorum seueritate legum coercant. Ex quo confit, Legislatores sapientia pollentes requiri, qui corrigant insipientiam, quiue reuocent sibi subditos a libidine, odio, iracundia, pecuniarum cupiditate, iisque flagitiis omnibus, quæ virtutem impediunt, simul atque societatem ad finem eundem coagmentatam dissipant. Vniuersi enim id conantur, ut in eum statum iterum perueniant, in quo possint impune committere, quæ allubescunt, & inclinationibus suis conveniunt. Quæ cupiditates tam sunt interdum effrenatæ, ut nec morte proposita, nec ullis minis a scelere abstrahi possint, quorum animos semel inuasit perditæ vitæ insana atque indomitus affectus. Verum sicuti musicæ suavis modulatio commotum furore sanguinem animumque in diversa distractum ad modum & ordinem congruentem reducit; ita reipublicæ moderatores prudenti sæpe & moderato consilio audaciam suorum apte refrænant, nefariamque libidinem acutis & salutaribus inuentis ita sæpe temperant, ut illa mentis ægritudo paullatim abeat vanescatque. Neque enim apti sunt ad imperandum, qui vel nimium sunt seueri, vel nimium lenes. Summum jus summa sæpe iniuria est; summa vero lenitas vires relinquit vitiiis, quibus demum omnia juris repagula effringuntur. Vnde palam fit, non esse satis, cognoscere, quid sit verum & iustum; sed quomodo illa veritas & iustitia sit instilanda

landa populo immodicæ libertatis bonum anhelanti. Quod oportune fieri nequit, nisi utilitatis ratio ostendatur illi: quemadmodum nec is, qui morbo afflictaur, remedia, vrut salutaria, admittit; nisi medicus gelidam aliquando, vel aliud quidquam indulgeat, sicque per circuitum, cum ingrauescît febris, agro demonstret tandem, mortem eum subiturum certissime, nisi ab illis, quæ enixe cupit, protinus abstineat, sibi que obediat. Ita neque desperatis curatio adhibetur, neque corruptæ partes statim excinduntur; immo vero ipse demum populus appetit leges, & postulat, & mores, rectius constituentibus obtemperat. Quod etsi primo obrutu vix credibile videtur, verum tamen est, atque in actibus rerum obseruatur. Aliter enim cur Solonis decreta expetiuerit Athenienses? Spartani cur excitauerit ipsimet Lycurgum? Ipsi Romani cur in Græciam miserunt ciuitatis principes, qui leges a sapientioribus latas describerent? Igitur concludendum merito, eas damum leges firmissime constringere omnes, quæ iudicio populi approbantur. Populus autem nihil approbat, nisi quod utilitatibus suis congruere perspicit; idque commodum eoque tempore illi imprimendum est, quum licentiam suarum cupiditarum damnosam, vitiumque rebus suis ipsemet sentit perniciosum. Quocirca vsu firmatum obseruatur fere, leges omnes telo fuisse destitutas atque vix natas iterum occubuisse, antequam sapientiores sunt redditi, quibus fuere præscriptæ. Nec obliuiscendum, multas gentes caruisse legibus scriptis, quas pudor & verecundia a facinore abstraxit, id est, philosophia & ratio in mente confecta, inque actum deducta. Quod indicio est, egregie omnes de virtute & iusticia iudicare, cum illius pulchritudinem & commoda perspiciunt; ac spernere vicissim, quod reuera bonum est, cuius excellentiam vel nemo cognoscit, vel paucissimi vident, vel plures intempestiue resciscunt. Ipse Deus non prius, Mosis interuentu, Israelitis leges dedit, quam quum prius in Ægypto essent bene cocti, dein ducti in desertum animaduertent ipsimet, quam sapiens sit Deus suus, quam potens, quamque

ipſe Moſes verax & pro iisdem vigilans, egregie prudens, ſummoque Numini acceptus. Romanos vero quis neſcit tum demum a ſcabritie purgata accepiffe iuriſprudentiam, quum inualeſceret ſapientiz ſtudio, Panætiusque Scipioni Africano innoteſceret, atque ipſi demum Imperatores philoſophis auſcultarent. Nam etſi Tullius XII. Tabularum libellum omnium Philoſophorum bibliothecis anteponendum iudicat; iſque propterea *Petito vapulat*, animaduertenti, in dictis tabulis occurrere vulgaria, dura, rabulis ſolis placitura, *antiſtationes, vagulationes* & alia contempta, ad quæ nemo paullo altiore ingenio præditus non ſtatim nauſeet; Obſeruandum eſt tamen, pro Cicerone non nihil afferri poſſe, quod eum a temeritate & inſania liberet, quam MEDICVS, ceteroquin laudatiſſimus, ipſi impingit. Præterquam enim quod *Craſſus* orator talia fertur locutus coram *Scauola*, qui Iuriſprudentiam erat amplexus, non autem Cicero, qui dialogum ſcripſit in illo *de Oratore*; etiam pellucet, non tam de littera legum XII. Tabularum ſermonem eſſe, quam earum FONTE, ipſaque PHILOſOPHIA, quæ legibus contineretur, nec concertationum plenis diſputationibus, ſed auctoritate nutuque imperii ſtabiliretur. Accedit, ob id libellum huncce XII. Tabularum tam impenſe laudari, quod anſam dederit tot præclaris ingeniis, vt, quæ in illo latent, *ampliſſimis* commentariis exponerent atque ex intima philoſophia probata in luce conſtituerent. Quod ne gratis adſtruere videar ipſum Tullium audiamus *I. de Legibus: Sic habetote, nullo in genere diſputandi magis honeſta pateſceri, quid ſit homini natura tributum, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique cauſa nati & in lucem editi ſumus, qua ſit coniunctio hominum, qua naturalis ſocietas inter ipſos. His enim explicatis FONS LEGVM ET IURIS inueniri poteſt. Ad quæ collocutor Atticus: Non ergo a Prætoris edicto, vt plerique nunc, neque a XII. Tabulis, vt ſuperiores, ſed penitus ex INTIMA PHILOſOPHIA hauriendam iuris di-*

ſcipli-

seiplinam putas? Cui dein adfirmate responderetur. Docet quippe philosophia, quare hoc istudue in ἰαδικαβιβλα inueniatur per scriptum, atque vsu retentum; etsi nunquam negauit Fullius, plura noua fuisse adiecta; haud pauca polita, & polienda amplius superesse. Nec inficiandum, dura nonnulla & rudia Hadriani & Antoninorum temporibus esse ejecta, multa sequiori aetate emollita; varias antiquas fabulas proscriptas, seruos & liberos clementius habitos, ac plurima philosophiae moralis ope videri resecta, tota vt juris scientia nouam induisse faciem videatur. Agnouit hoc doctus Ictus BYNKERSHOEKIUS in libello singulari de iure occidendi liberos cap. IV. quando eam ob rem παιδοφολια Trajani, Hadriani, Antonini Pii; reliquorumque Principum a quo cessasse opinatur. Quo magis, inquit, exulta sunt humanitatis & mansuetudinis studia, quo plus opera datum est PHILOSOPHIAE MORALI (vt quam maxime datum est sub his, quos dixi, Principibus & secuto mox Antonino PHILOSOPHO) eo magis omnis seueritas remisit. Atque haec una ratio est remissae seueritatis, non ea, quod maiestas patria non satis conueniret maiestati Principum, vel quod Romanos herili illos potestate abusos constat.

In quo recte rationes subducit Vir amplissimus, in primis, quum exploratum sit, non placuisse Stoica philosophia imbutis illam in seruos crudelitatem, ac multo minus atrocitatem in liberos, qua sine & educationis cura geri, & paterna sustineri auctoritas poterat. Proinde optandum vtrique, vt, per singula juris capita, ostenderetur, in quo philosophiae auxilio mitiores sint effectae leges, ac barbaries absterfa; moresque mansuetiores facti. Non puto, me aberraturum; si hinc quoque dissensionem Jurisconsultorum veterum quadantenus obseruem repetendas, dum vnus jus strictum, alter equitatem, atque jus melius ante oculos habuit constitutum; idque a MERILLIO *Obseruat. Lib. I.* jam animaduersum bene recorder. Saltem cognitum est, quam fauerint libertatibus Stoici, itidemque matrimoniis: nec male collocantur tempus, qui passim dispersa per jas vniuersum Stoicorum do-

dogmata conquiescere. Hæc enim illa GERMANA PHILOSOPHIA est, quam plerique Jctorum veterum sunt professi atque Vlpianus inprimis commendauit, respicientes istam *simulatam* atque otiosam *Epicureorum* sapientiam, a rebus gerendis & magistratus munere abhorrentem; cum illi vicissim consultarent, causas agerent, ad leges ferendas concurrerent, noxios punirent, benemerentes honorarent, pragmatici certe, atque idonei non solum ad oratoriam, sed & totam Rempublicam constanter, fortiter & perite administrandam, ceu alibi quoque a me est ostensum.

In quibus omnibus quum consentientem mihi aliorumque Jctorum præclaris obseruationibus *δυσωφρον* deprehenderim LVDOVICVM MALQVYTIVM, cujus VERA JCTORVM PHILOSOPHIA tam in bibliothecis, quam tabernis raro inueniebatur; hinc auctor BIBLIOPOLÆ suasque fui, vt cum aliis opusculis denuo eam recudendam susciperet, sicque publico bono consulere. Paruit is & libellum huncce Parisiis a cl. b. cxxvi. media forma semel editum, in publicum jam noue emittit, dignum sane, quem eruditi manibus terant, Iuuenes euoluant, Viri perlustrent. Etsi enim *Malquytius* admodum adolescens operæ huic manum admouit, quod ipse indicat in *præfatione*; certo tamen is ac nouo documento ostendit, non pendere eruditionem ab annis, sed iuuenes sæpe simili prudentia ac viri doctrina inueniri præstantes. Plura scripserit nec ne, cum ignarissimis scio; diu vixerit, an mature vitam deposuerit, similiter ignoro: quod postremum tamen suspicor, quia nihil occurrit, quod ediderit amplius; non deficiente interea voluntate, quæ ex eadem præfatione haud obscure elucet. Dolendum est, non suppetere accuratam & amplam satis de Jctorum vitis & scriptis historiam, ex qua plurimum utilitatis redundare in ipsam juris scientiam posset. Sæpe enim in obscuro latent auctores, qui multis parasangis reliquos post se relinquunt, quorum scripta omnium sese oculis offerunt, nec, quia inueniuntur vndique, quæruuntur, vel etiam sunt querendi. Hinc in obscuro prænecebat, qua ex provincia prodi-

prodierit MALQVYTIUS. Ego Lotharingum fuisse conjicio obdedicationem Lotharingæ Ducis nomen præferentem: certo tamen id adfirmare non ausim; adeo hic loculi mei deficiunt; librorumque supellex me destituit, ut, præter scriptum eruditum, stilo eleganti & viuido elaboratum, nihil mihi æque cognitum sit. Quod minime tamen elacere poterit, ut ingenium MALQVY-
TII ac præstans in optimarum artium studiis laus vel obliuioni deret, vel in tenebris delitescat. Forte & nostræ cognitionis de hujus Jcti vitæ genere ac fatis penuria excitabit alios, ut ne memoriam ejus ex animo effluere patiantur; sed, si quid occurrat memoratu dignum, vel mecum communicent, alio loco publicandum, vel ipsimet tam præclari hominis memores harum rerum amatores notitiæ sibi obtingentis participes faciant. Neque enim inuidebunt, spero, quod de improvviso resciscunt, ceteris literarum cultoribus. Id adjiciendum, emisisse MALQVY-
TIVM suam, antequam opus Grotii immortale lucem adspiceret: cui interea aliud fuisse propositum videtur. Ille enim Romanorum scita in Græcorum voluminibus latere, multaque è philosophia atque e porticu maxime fluxisse in juris nostri latifundia ostendit: Hic totum fere naturæ ac gentium jus animo est complexus; uterque de cetero conspirantes, nihili faciendos esse jurium peritiam jactantes, qui disciplinarum philosophicarum cognitione sunt destituti. Neque enim plane integreque intelligunt, quod loquuntur & blaterant; multo minus obscuros atque involutos veterum Mystrarum sensus explicare norunt; digni, quos lis exerceat de tribus capellis, iterumque recreent duorum graculorum vindiciz, quosque Duces rabulæ sequantur omnes, vultures rogati, ac sonora fori tintinabula; qui quidquid solidum erepat, contemnunt, seseque *antecessores* appellant, quia jumentorum greges antecedunt &, post bonam mentem ejuratam, vix homines sunt, sed *ἀμύροι* prorsus & ad summum in barbara caudicorum legulejorumque turba primi. Idem BIBLIOPOLA noster Malquytio WILHELMI DOVIATI Tholosatum in Par-

)(

lamente

lamento Consilarii Regii ENARRATIONES addidit, quas petenti denegare ob materiz similitudinem nolui. Vidit JCtus acerrimus, bene multa occurrere in Digestis de naturali ac gentium jure, sæpeque dubitare Juris auctores, quid vox *natura* ac *naturaliter*, item *naturalis causa* in responsis Veterum significet, vno hoc, altero istud somniantes. Igitur operæ huic manum admouit *Wilhelmus*, cujus doctrina nisi aliunde cognita esset, ex hocce schediasmate eluceret plus satis. Quanquam enim de *natura* secundum veteres Physicorum opiniones non differit, nihil tamen is omittit, quod ad considerationem moralem pertinet; idque ex genuinis fontibus præstat, a quibus plerique Philosophorum recentiorum sese alienant. Sua enim principia in jurisprudentiam infarciunt, ceu Theologi Cartesianæ sectæ addicti fecere, cum doctrinæ christianæ capita exponerent. Moses ipsis Carresii assecla est: alii Aristotelis ratas sententias in scriptura sacra inuenisse se existimabant, quemadmodum plurimi olim Platonis ideas animaduertere in illa visi sunt sibi: Non sic DOVIATIVS Jurisconsultus. Excussit is historiz Philosophicæ præstantia volumina: dogmata vniuscujusque sapientis expendit; JCtorum sententias excussit; omnium sectas, in quas erant diuisi, bene considerauit; Stoicos legit, Senecam, Plutarchum, Diogenem, Athenæum aliosque neutiquam posthabuit, sed ex iis responsa prudentum in prima & secunda Digestorum parte fuculenter exposuit; ut certus sim prorsus, librum hunc alioquin rarissimum, non displiciturum Viris doctis, qui solidam amant jurisprudentiam & crudæ causidicorum studia flocci faciunt. Neque mihi dubium hæret, quin reliqui quoque, quorum *ἔργον* juris studium non est, varia hæc in enarrationibus sint inuenturi, quibus suam locupletare eruditionem cum eximio fructu possint. Neque enim WILHELMVS DOVIATIVS è legum peritorum, sed Jurisconsultorum numero est, omnibus mansuetiorum litterarum præfidiis instructus, Pater JOANNIS DOVIATII, Antecessorum Parisiensium & Regiorum Professorum primicerii, Fouquero, Se-

guic-

guierio, Colberto ac primariis in Gallia viris cognitissimi, qui cum in publicis controversiis decidendis & elaborandis haud raro adhibuerunt, siue lis cum ecclesiasticis personis ageretur, siue cum Viris principibus, externisque Regibus: quod libelli probant partim typis excusi, partim in publicis tabulariis latitantes adhuc.


Tertius libellus, prioribus duobus junctus nobilissimum Germaniz JCtum MARQVARDVM FREHERVM auctorem agnoscit, cujus eruditio tam vasta atque exarsciata fuit, ut ejus scripta omni in jure tam publico quam privato & feudali nil nisi singulare, solidum atque immortale spirent: plura sine dubio, atque jam promissa, daturus, nisi belli civilis turbo terris Palatinis inminuisset, atque ipsa denique mors maximas spes extinxisset. Ceterum haud injucundum litterarum aestimatoribus ac JCtis inprimis opinor fore, quando *decisionum Areopagitarum sylvulam* ipsorum vsibus destinata in tabernis librariis denuo editam offendent. Optimo quippe iure haec decisiones philosophiz genuinae foetus dici possunt, in quibus multis veterum controversiis, quas pro insolubilibus & obscurissimis habuere, lux est affusa, multa pariter ambigua exposita, plurimi nodi soluti, argumentis e solo rationis fundo petitis, quae spernere alioquin solet tabularum contempta cohors, sine lege loqui erubescens, verba tenens, utut efficaciam eorum, ac quae in iis recondita inveniuntur, ignave ignorat. Quidquid in dicta SYLVULA inuenitur vere Areopagiticum est, incorruptum, ingenium rectaeque rationi apprime congruens; tamque facili methodo explicatum, ut mirum sit, sudasse Graecos Romanosque in quaestionibus illis resoluendis, Verum tamen arrisere tum Graecis, tum Romanis JCtis variae ambiguitates, de quibus in utramque partem declamarent; estque cognitum, quomodo apud Lucianum Chrysippus iactet sermonum retia, quibus capiat & obstringat frenumque contra euntibus imponat, quod nullis instrumentis atque adiumentis dissolvere apti essent. Chrysippus vero e porticu prodiit; cujus affectu

multas, fatente Cicerone, plagas contra se ipsos nexuere, ita ut de fraudibus hisce affirmaret idem in *academicis questionibus* Tullius: *hec Cbryssipea sunt ne ab ipso quidem dissoluta.* In id genus laqueos, Dialecticis disputationibus Stoicorum more adsueta, sæpe incidere Juris auctores nostri. Testis est Africanus *l. 88. ff. ad Legem Falcidiam*; *Dixi τῶν ἀπόρων hanc questionem esse: qui tractatus apud Dialecticos τῶ Ψευδοτύς dicitur, etenim quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur.* Vnde est, quod Seneca sæpe Jurisconsultos acerbe reprehendat, & ambiguitatum tractatus, eorumque subtilissimas collectiones exhibeat: quamuis aliquando pro pseudonimo habuerit, quod certe non erat. Ipse Labeo sicuti in *Grammaticam*, ita *Dialecticam*, teste Gellio, *N. A. Lib. XIII. cap. X.* penetrauerat; cujus vestigiis Proculus cum suis insitit, non solum stoicæ philosophiæ masculis inuentis sed & technis, ac subtilibus argumentandi generibus delectati; ita ut omni cum acumine se ipsos sæpe ex telis argute contextis extricare nequuerint. Sciuit hoc F R E H E R V S noster, taliaque sophismata altiore mente contuitus periculum fecit, an, quæ sic insolubilia, aut maxime dubia visa, expedire feliciter posset. Quod an bene cesserit ipsi, non meum est decidere, sed Lectoris cujusque cum cura rem contemplantis. Ego, si quid video, rectè illum lubrica hac in via versatum deprehendo, dum Κεῖνόνων semper perspicue exponit, ambigua refecat, verba; quæ plura significant, definit atque seorsum ponit, cetera impune negligens eoque Senecam (*epist. 45.*) secutus, qui de hisce amphiboliis præelare ut plurimum iudicat. *Inuenissent, inquit, forsitan necessaria, nisi & superflua quaessent. Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit, & captiosa disputationes, quæ acumen irritum exercant: Nectimus nodos & ambiguam significationem verbis alligamus, deinde dissoluimus. Tantum nobis vacat? jam vivere, jam mori scimus? Tota illo mente pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos, non verba decipiant. Quid mihi vocum similitudines*
distin-

distinguis, quibus nemo unquam nisi dum disputat, captus est? res fallunt: illas discerne. Et has discrevit acute *Marquardus*, diligenter attendens ad speciem propositam, ne mendose colligeret, sed veterum caullationes verborumque fumos, collustratis obscuris, vno halitu dispelleret. Quod mihi reprehensione dignam, aut potius dolendam videtur, hoc est, tam paucas decisiones prodiisse in publicum, quarum plures sine dubio Vir clarissimus habuit affectas. Sed fruendum est dapibus, quas iis imprimis apposuit, qui intelligunt, nec asininas lactucas affectant. Qui studiorum fiduciam gerant, imitentur **FREHERVM** resoluantque themata, quæ verustis juris sacerdotibus visa sunt *άλυτα*. Etiam hoc pacto in litteras seueras mansuetioresque amplissima redundabit utilitas. Scrib.

Halæ Magdeburgicæ pridie Kalendas Majas

CIOIOCCXXVII.



XXI

LV.

LVDOVICI MALQVYTII

PRAEFATIO.

Rationem totius operis mei, Lector, accipe. Lingua vtor Latina: quippe meum opus Latinis maxime crescit auctoribus. Oratio Græca Latinam interturbat: inde limatissimi scriptores Romani, Græcam locutionem, Romana vestierunt. Plato quidem apparet in Cicerone togatus. Interdum tamen ex causa, Cicero vnam alteramur Græcam vocem interfert. Hæc igitur vsurpo, sed præterea margini addo sententiæ Græcorum maxime notandas. Eidem etiam margini appono frequentissima (nam doctrinæ meum consecraui opus) authorum loca: vt purior, clariorue fiat orationis meæ contextus, cum liber est authorum locis, quæ scribenti confusionem, legentique tædium ingerunt. Ceterum tracto Philosophiam, cum veteribus Philosophis, legum rationem cum theologis hodiernis, iura cum Romanis, atque Gallis. Neque vero non perspergitur mea tractatio studiorum humaniorum floribus. Sed enim omnia referuntur ad veram Iurisconsultorum Philosophiam. Operi arduo fateor audacem apposui manum, vix ætas mea id ferebat, si tamen:

-- *In magna, & voluisse, sat est:*

Minus reformido ne videar insolens, & arrogans, forte cum oneri suscepto iudicabor impar: Senecæ quidem verba sunt. *Quid mirum si non ascendunt in altum ardua aggressi? viros suspice, etiam si decidunt, magna conantes. Generosa res est, respicientem non ad suas, sed ad naturæ vires, conari alta, tentare, & mente maiora concipere, quam quæ etiam ingenti animo adornatis, effici possint.* Meum per opus.

-- *nulla mihi captatur gloria, quæque
Ingenii stimulos subdere fama solet.*

Igitur menti meæ tolerabilius erit iudicium operi meo læuum. Leuius enim ad animum peruenit dolor deficitæ cupiditatis, cui successum non promiseris. Quod porro spectat ad mentem qua fui, cum scribere meditarer, sic habero. Pluri-

Plurimi quidem scripserunt, vt ciuile ius Romanorum breuiter atque ex ordine digererent. Sex *ἐπιτομῶν* libros Hermogenianos edidit. Volusius etiam Mœtianus Rhodiæ legis capita scripsit compendio. Pœmporius autem posteritati reliquit *Ἐγκυρῖδιον* iuris. Seruius porro attulit artem artium maximam, dialecticamve quasi lucem ad ea quæ confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur: Sed enim ex ratione operis mei noua methodus exsurgit, quæ Romanum jus agglutinetur, ac constringatur in pauca. Id enim potes ad naturæ, Philosophiæve placita referre: Nam placita naturæ nuda, (sic voco naturæ placita, quæ tractantur quidem in Philosophia, sed inseruntur omni hominum generi) proponunt Romani iuris auctores sicut exponetur. Præcepta verò naturæ explicata, siue ex nudis, simplicibusque præceptis naturæ ducta, per Philosophiam haberi, ostendo in Moyse, & apud Romani iuris auctores reperiri. Denique aucta, imminutave præcepta naturæ, ad solam pertinere Philosophiam aperio in eodem Moyse. Et iis quidem præceptis potissimum abundant Romani iuris auctores, e quorum numero Vlpianus ait, *ius ciuile est, quod neque in votum & naturæ, vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium id est ciuile efficiamus.* Sed enim cum ciuile Romanorum iuris alia sint partes, maxime sum memor eius, quæ Romani iuris auctorum responsa complectitur: quippe breuius efficere volo meum opus; ac vero cœnformia sunt aliis partibus, responsa Romani iuris auctorum. Cum igitur ista pertineant ad Philosophiam, intelligi debet eodem illa esse referenda. Ne quis autem nos putarit incertum, vagumve quid dicere, cum Romanas leges ad Philosophiam statuimus posse reuocari: monendum est nomen Philosophiæ nos restringere penè ad Stoicam. Stoici enim fere omnes Romani iuris auctores.

Cæterum scopus operis mei non est methodus ista Romanarum legum ad naturam, Philosophiamve reuocandorum. At enim volui vt intelligeretur, quomodo ex natura, Philosophiave possit placita studiosus iuris haurire. Ergo seu naturæ, seu philosophiæ placitis appli-

applicetur oratio mea, contero quoad possum eius ipsius generis, ius ciuile Romanum, & Gallicum: sed ita locus ipse vt notus sit, quo pertineat, vt non difficile sit, qui paulum ingenio moueatur, vbi noua causa, consultatione acciderit, eius tenere ius, cum pateat a quo sit capite repetendum. Hoc sine prodiit Vera Iurisconsultorum Philosophia. Sic placuit opus appellare meum. Quippe Vlpianus statuit, Iurisconsultos veram affectare Philosophiam, id est (vt interpretabimur) sapientiam. Huius ergo sapientiæ studium vera sit oportet Philosophia, quam exponimus, cuique id nominis commodissimum est. Nam *præpotens & gloriosa Philosophia, eos habet fontes omnium disputationum suarum, qui legibus continentur, ex his enim & dignitatem maxime expetendam videmus, cum verus, iustus, atque honestus labor, honoribus, præmiis atque splendore decoratur: vitia autem hominum, atque fraudes damnis, ignominis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte mutantur: & docemur non infinitis, concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate, mutique legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tucri, ab alienis mentis, oculos, manus abstinere.* Veram porro Iurisconsultorum Philosophiam, duplici libro arctavi, vt alter quidem liber placita naturæ contineat, alter Philosophiæ. Enimvero Iurisconsulti placitorum varietatem ex natura, Philosophiæ depromunt. Sapientia ciuilis ex Philosophia naturæ iuncta, item vsu exercitationis exsurgit. Non igitur potuit, debuit tractari Vera Iurisconsultorum Philosophia, sine præceptis naturæ. Quoniam autem vniuersorum est scientia, non singularium: inde naturæ, Philosophiæ placita, figuris causarum variis, Romano, alioue ex iure petitis, adornare neglexi. Iam Romani Iuris ipsas contrarietates non aucupor, ne Cadmi fabulam representem, si Romanas leges, ex naturæ, Philosophiæ placitis, nascentes faciam, statimque pugnantes. Reddidi, Lector, operis mei rationem. Pertenta illud, ita tamen, vt

--- Nostri spectentur ab annis

Quæ ferimus.

Vix enim flos adolescentiæ mihi libatus est. Exit ergo teneræ ætatis meæ, *ἀκμῆ* siue frutex, credo non *ἀμυμον*. Atenim si meum opus iis reprehendatur, qui rectius quiddam edere possunt, erit mihi non ingrata reprehensio. Sin operis mei vellicatione, aliqui famam captabunt, quam opere nullo valent assequi, certe erit mihi etiam gratissima illorum despectio. Quippe maiora doctorum vituperationem, quam eorundem præconium.

VE.



VERA
IVRISCONSULTORVM
PHILOSOPHIA.
LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Iurisconsultos, habere quoddam exercitæ Philosophiæ genus.



TABAT Orbis, mundique moles, sua inuenerat membra, sed carebat adhuc arbitro rerum, quas terra fouet, amplectitur vnda, circumstat aër, allambit ignis, patentique cœlum includit ambitu. Prodi-erunt igitur homines, quos fuisse destinatos huic officio, significat mentis celeritas, varietas sensuum, corporisue figura: cæteras quippe deiecit ad partum animantes Deus, erexit vero hominem, ad cœlique conspectum euocauit. Dei porro mortales ita formantis, hæc sententia fuit opinor, vt mundi ex cognitione, ducerentur in notitiam diuinitatis, virtutisque obseruantiam: res etenim artificem rerum detegunt, ipsa autem *sapientia, honestas actiones affert, & efficit.* Denique non alia re negligitur virtus, quam ignorantia diuinitatis, hæc vero latet homines, quia mundum neque totum inquam, neque suis in partibus vsquam penetrant. Etenim lineas vitæ supremas, labile, fluxumque corpus, ante contingit

A

multo

multo, quam spatia mundi, animus emetiatur, atque peruadat omnia.

Sunt quibus astra sacros non inuidere meatus,

Notiamque sui.

Admouere oculis distantia sidera nostris,

Ætheraque ingenio supposuere suo.

Sic petitur calum, non ut ferat Ossan Olympus,

Aut ut Peliaem, sidera tangat apex.

Sed regione cœli superata, quam grauis, quam infructuosus ad scientiam labor illis superfuit, in laboribus Lunæ: Solis autem in defectu, cognitionis quam multiplices occurrere defectus. Nunc mare mens humana si inuehitur, ac fluctuum pertentat vias, subit ecce maris ætus ille, & cogitationem curas in ancipites meditando, abstrahit. Equidem terræ propinquitas hebetare, sublunaris autem ignis distantia effugere videtur, ut corporis, ita mentis oculos. Aëri demum, suppetit tonitru quo concutiat, fulmen quo petat, & ventos quibus disiiciat, affectantem alta rationem. Videamus ergo cur edicti ad sapientiam, virtutemque mortales, debilitate tanta sint ingentii, quanta est a nobis proposita. Adami certe Deus olim natalia, face cognitionis illustrarat, & virtutum celebrat choro, sed eidem etiam probitas, ac sapientia, ex inspectione orbis alluxit. Quod enim motus animorum sunt duplices, alteri cogitationis, alteri appetitus, cogitatioque verum exquirat, appetitus autem impellit ad agendum, cogitatione credo, versabatur Adamus, in recensendis partibus orbis, appetitu autem ferebatur, & exercendum id omne, quod prudenter meditatus erat, eodem in inspiciendo, studebatque noscendis, & deinde premeendis virtutum vestigiis, ut Deo consimilis euaderet. Posteaquam tamen, spreuit assequi perfectam imaginem diuinitatis, atque veritatem eius præsumsit appetere, nox inscitæ, & vitii, lumen illud primigenium interceptit, ac relicta est homini, cognitionis quasi scintilla, quam in artis, scientiæque flammis, studio, vsu, memoriaue excitaret. Statuebat enim Afranius genitam ab vsu sapientiam, partamque a memoria. Claudianus autem canit:

Væque artes pariat solertia, nutriat vsus.

Poëta vero

Vt varias vsus meditando extunderet artes.

Memo.

Memoria certe (ait Tullius) non modo Philosophiam, sed omnis vitæ usum, omnesque artes una maxime continet. Iam vero præcipuæ sunt artes illæ, quas Tullius ingenuas vocat, liberales vulgus, initio quippe liberis ingenuisue competebant, sed in contemptum postea ceciderunt. *Plin. nat. artes eiusmodi, ac seruitute sola profici ceptum est.* Istarum vero artium descriptionem per Græcos, diuisionem per professores, ita suggerit Vlpianus. *Præses prouincia de mercedibus ius dicere solet, sed Vlpian. l. 1. præceptoribus tantum studiorum liberalium, liberalia autem studia accipimus, ff. de extra. qua Græci ἐλευθερία appellant, rhetores continguntur ac grammatici geometra.* Cæterum iisdem illis artibus hoc conuenit, vt humanitati reddant homines, agrestique ferocia liberent. *Homo recte instructionis, ac doctrina compos, maxime diuinum, & suaue animal redditur, secus autem, atque vel non satis vel non recte instructus, ferocissimum omnium que terra fert,*

Artibus ingenuis - - -

Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

Artium ergo videtur ingenuarum laus illa, quam mysteria Cereris decinuerunt apud antiquos: vt immani rudique ex vita, excolerent ad humanitatem, & initia quemadmodum appellabantur, ita viuendi principia traderent. Eorum autem quæ fuit etiam commendatio, præberent vt rationem agendæ cum læticia vitæ, & relinquendæ cum expectatione meliorum: hoc profecto Philosophiam aspicit, quæ degentibus in vita hilaritatem procurat, vbi domitas iubet habere libidines, meliora vero post obitum sperare vult eosdem, cum noscere dat animam corpori non commorituram, reliquæ id genus. Itaque parum natura, parum artes ad sapientiam, virtutem, bonosue mores conferunt sine Philosophia, sed Philosophiæ adiungenda videtur etiam exercitatio. Quoniam igitur Iurisconsulti quandam colunt sapientiam, virtutem ac probitatem curant, intelligimus eos habere quandam exercitiæ Philosophiæ modum. Vt autem ista liqueant plane, incipiemus explicare, artes parum ad sapientiam, sine Philosophia & exercitatione, proficere. *Nec saltatorem vocamus eum, qui stasiculos dare agilititer, & varie nequeat, neque citbaradum, qui citbaram pulsare nesciat, sapientem vero eum qui minime sit, credimus esse, arbitror quia pulsus, & saltationes auribus, oculisue diiudicantur, & satis ista sunt instrumenta sensuum, vt agnoscant quod suaue sibi, molestumque sit, sapientia vero*

per sapientiam discernitur. Hanc ergo profitentibus assentiamur, & quidquid in contrarium ponant, quos sensus in artes ingenuas, delectatioque proiicit: ad eos accedamus magistros sapientiæ, qui parum illas sapientiæ utiles, si solæ sint, profitentur. Nam, *liberalè studium, spreuerè Cynici, Zeno professus est inuicite, & inerudito ad Philosophiam aspiranti Xerocrates dixit. Recede, non enim ansas habes Philosophia.* His autem verbis, opinor expressum voluit, ut ansæ videntur humoris incspaces, licet opem vasi ferant humorem accipienti, sic ingenuas artes non continere sapientiam, quamuis eidem adipiscendæ, plurimum profint: hoc enim quasi vomere proscinditur solum animi, & ingenium velut ad sementem cognitionis, præparatur: Aristoteles quidem scribit. *Aspectus a circumfuso aëre lumen accipit, animus autem a disciplinis liberalibus.* Studia ergo liberalia quiddam utilitatis habent, & dignitatis, si Philosophiæ consortium accedat, & ea tantum spernenda dixere, Cynici: Zeno statuit inutilia, cum isto vacant coniugio. Senferunt enim illi quoque, artes ingenuas euntibus ad sapientiam, esse posse, quod tendentibus in patriam solet esse via, vel diuersorium. Epictetus quidem e Zenonis schola præclamat. *Stomachi tui te cepit obliuio insituri, non ibas huc, verum hac, atque elegans diuersorium, quam multa autem alia! sed vti sint transitus.* Eos autem qui profus ingenuis artibus immanent, Seneca sic arguit. *Sen. ep. 28. Ista liberalium artium confectatio, molestos, verbosos, inuestigiosos, sibi placentes facis, & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Operose nihil agunt, qui litterarum inutilium studiis detinentur.* Cæterum quod requirimus consortium Philosophiæ, idem est de exercitatione. Nam, *param esse vult Epictetus ut audierimus drachmas accipiendum probas, falsasque reiiciendum, opus est quippe, ut ait facultate probandi discernendive.* Gregorius autem Theologus habet. *Non qui sermone sapit, is mihi sapit: nec qui linguam disertam, & volubilem habet, mentem vero inconstantem, & indoctam: sed magis qui pauca de virtute disserit: multa autem factis ostendit, & fidem verbis suis, ipsa vita conciliat.*

Laert. Dio
gen. Cyn.
Zeno.

Laert. Ari-
stot.

Epict. 2.
diff. 14.

Sen. ep. 28.

Idem de bre-
uis. vit. cap.

14.
Epictet. 1.
diff. 7.

CAPVT II.

Artes ingenuas, parum conferre ad virtutem, probitatemue, sine Philoſophia & exercitatione.

NVNC gradum facimus, ad virtutem ſapientiæ prolem, re- Phil. de
citanda primo ſententia Philonis. *Non ſumus, ait, apti pro- congr. erud. cauſ.*
lem ex virtute ſuſcipere, niſi prius miſceamur ancilla: eſt vero an-
cilla, qua in artibus ingenuis ſcientia ponitur: vt muſica & logica,
Sicut in magnis fabulis aut argumentis magna proemia eſſe oportet, ita iſt-
hic, maximum quippe argumentum virtus eſt, & qua circa grandem mate-
riam verſatur: vitam puta totam, iuro igitur non leuibus, aut breuiſſis
utetur proemiis, ſed Grammatica, Geometria, Aſtronomia, & Rhetorica;
Muſica & alia omni Logica contemplatione imbuetur, quorum teſſera eſt Sa-
ra ancilla. Et verbis quidem edocemur iſtis, potiſſimam ingenua-
rum artium dignitatem, in eo poſitam eſſe, vt miniſtret Philoſo-
phiæ, cuius e ſinu ſapientia, virtusque proficiſcitur. Degeneris
igitur ac plebei videtur animi, ſtudiorum magiſtras habere artes,
quarum amore ſeruiliſ bacchantem, Ariſtonymus ille Chius ag-
gregabat, Penelopes procis, qui minime cum poſſent illam inſle-
ctere, reflexerunt ad ancillas. Quotquot enim ſtudio virtutis ab-
iecto, litteras inſectantur humaniores, ſpem videntur acquirenda-
illius depoſuiſſe, & grauiffima laborant amentia, dum Vlyſſis er-
rores indagant, propriosque contemnunt; vt grammaticis Bion-
obiiciebat. Virtutis ergo ſtudioſos, habeat doctrina liberalis,
ſed copulata Philoſophiæ nec non exercitationi, Pars enim virtutis Senec. ep.
diſciplina conſtat, pars exercitatione, & diſcas oportet, & quod didiciſti 94.
agendo confirmes.

Iam vero quod pertinet ad probitatem, cui parens eſt virtus, Idem de bre-
ita interrogat Seneca. *Cuius cupiditates prement, quem fortiorem, Idem de bre-*
quem iuſtorem facient? An quidquam illi profecerunt (tangit hoc loco Idem de
doctrinæ liberalis ſectatores) quibus animi mala ſunt, nullique in conſt. ſup.
maius errores, qui a pueris magnitudine tantum, formaque corporum diſ. c. 12.
ferunt, ceterum non minus vagi, incertique, voluptatem ſine delectu ap-
petentes, trepidi, & non ingenia, ſed formidine quierit? Huic autem
orationi congruit Ariſtotelis illa. Nihil atate iuuenis diſſert ac iuue- Ariſt. de
nis moribus, non enim culpa in tempore, verum in vita, & proſecutione rei mor. I.
cuiuslibet, pro cupiditatum libito. Rurfus autem Seneca. Maius x- Senec. ep. 4

peſta, cum puerilem depoſueris animum, & te in viros Philoſophia tranſcripſerit, adhuc enim non pueriſta in nobis, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet, & auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum. Denique Philo pereleganter. Mens adhuc nuda, qualis eſt puerorum, debet educari lacte primum, hoc eſt artium preceptis ingenuarum, vt deinde ſolidior eſca petatur a Philoſophia, & illi cum virilem, perfectamque aetatem attingerint, iuxta non Apollinis Pitbii, ſed Zenonis oraculum, ſine qui dicitur vita ſecundum naturam potiuntur. Sed enim in probitatis ipſius ſtudio, comitem quoque Philoſophia petit exercitationem. Cynici quidem Diogenis eſt. Nihil omnino in vita ſine exercitatione recte perfici. Statuebat autem Zeno Citticus. Malle ſe unum videre Indum qui ſponſe ſtamnis abſumatur, quam omnes de patientia, audire, & diſcere probationes,

Phil. in ho. vir. lib.
Clem. Alex. Strom. 2.

Itaque ad probitatem, virtutem, ac ſapientiam, natura, & artes ingenuæ parum conferunt, ſi Philoſophia non adiungatur illis, & exercitatio. Nunquam autem, his omnibus inſtructi licet homines, ſapientiæ virtutiſue tantum, adipiſcuntur, quantum ſceleris lues in Adamo corruptit. Ingenii quippe nobis inhæret inuiſta infirmitas, neque iactura peccato contracta, doctri-næ, aut exercitationis compendio cedit. Et iſta quidem eſt cauſa cur mentem, cœlum torqueat, iactet vnda, fallat & ignis & terra, aër excruciet. Porro quod ſuper eſt vt liqueat Iuriſconſultos curare mores, ſapientiæ, virtutiſque ſtudere, conſtabit hoc ſatis, vbi quænam ſit illa virtus, quæ ſapientia, quæ morum cura, fuerit expoſitum; quod enim res exiſtet, capere videtur, qui res ipſa quid ſit, ingenio tenet: nam rei, quæ non eſſe putetur, ſubſtantia, qualitaſue nulla ſolet a ſapiente attribui. Primum igitur ad virtutem, cui ſtudent Iuriſconſulti, aggrediemur: & vero quoniam ſinis ipſorum eſt illa, neque non a fine pendent, ſapientia, morum cura: naturæ, ac Philoſophiæ ſciturum omne, quibus quidem oratio ſequens indulgebitur: de fine hic agemus copioſiſſime.

CAPVT III.

Ducit ad finem Natura, Philosophia, Exercitatio. Quid finis. A fine pendent omnia. Reguntur a fine natura, Philosophia, & exercitatio.

SENTIMVS, ab incunabilis expositos esse nos, tanquam fluctibus calamitatum, sed tamen portus, ac beatitudo quædam, iactatos accipit, ducibus natura, Philosophia, & exercitatio. Duas enim facultates habet natura; nempe intellectum, & voluntatem: fertur autem semper ipse intellectus, in cognitionem summi alicuius boni, quod deinde voluntas appetit propositum ab intellectu. *Spes etiam beatitudinis Philosophiam conciliat amanti virtutem: arbitratur enim, duce illa, se peruenturum ad cognitionem vniuersi, ac perfectionem vita, ut contemplatiua, sic etiam ætterna, quarum possessio beatos facit.* Sed enim tanto propius exercitatio ducit ad finem, quanto posterius est quiddam, natura, ac Philosophia, quibus accrescit. *Igitur,*

Phil. de prem. de pens.

- - - Nauibus atque

- - - Quadrigis, petimus bene viuere.

Sed beatitudo ipsa dicitur Aristoteli *finis absolutus*, quia votis omnibus in eam mens humana defertur. Stoici autem hoc discriminis ingerunt, vt beatitudo sit quasi scopus noster, ipse vero finis illius scopi consecutio. Sed Plato, rei quam in vitam postremam expetimus, attribuit nomen $\tau\epsilon\lambda\omicron\varsigma$, quod aliis in authoribus perfectionem rei cuiusque significat. *Extremum igitur omnium Philosophorum sententia, tale esse debet, vt ad illud omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. Quid est in vita tantopere querendum quam quis sit finis, quod extremum, quod vltimum, quo sint omnia bene viuendi, re-æque faciendi consilia referenda? Quoties (ait Seneca) quid faciendum sit, aut quid petendum voles scire, ad summum bonum, & propositum totius vitæ respice, illi enim consentire debet quidquid agimus: non dispones singula, nisi cui iam vita sua summa proposita est. Nemo quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet, quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de tota nemo. Scire debet quid petat, ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere, & moderari manu telum. Platoni quidem, inutilis est omnis scientia, imo noxia sine notitia oprimi finis. Conscius hoc sine, (scribit Tullius) seu*

Aristot. 1. mag. moral. 2.

Cicer. de fin.

Idem de fin.

Sen. ep. 71.

Plat. in Theat.

Jamno

summo bono, in Philosophia constituta sunt omnia, & in ceteris quidem rebus, siue pratermissum siue ignoratum, est quidpiam, non plus est incommo-
 di, quam quanti quaeque earum rerum est, in quibus neglectum est aliquid, summum autem bonum si ignoretur, viuendi rationem ignorari necesse est, ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant scire non possint, cognitis autem rerum finibus, cum intelligitur, quid sit & bonorum extremum & malorum, inuenta vita via est, conformatioque officio-
 rum omnium. Denique ex triplici bono quod alii Philosophorum in animo, alii in corpore, alii in utroque ponebant: Varro subtiliter scrutatus, tam multam dogmatum varietatem aduertit, ut ad ducentas octo sectas, non quae iam essent, sed esse possent, adhibens differentias quasdam, peruenires. Ac sane, ratio, conditio, regula, & dispositio eorum quae sunt ad finem, ex ipsa sine sumenda videtur, cum finis pro diuersitate, consentaneum sit, diuersa eligi media, variasque medicorum rationes obseruari. Sed videamus Philosophia, quem ducat ad finem.

D. Aug. de ciuit. Dei. 19. c. 1.
 D. Thom. Lect. 2. in Aristot. 1. de morib. 1.

CAPVT IV.

Moyſes, & Pythagoras de fine.

DIGNITATI, grauitatque Philosophiæ, satis conuenit, ut sensum explicet per alios suum: ergo non loquatur illa, sed Moyſes, qui Iudeos ita de fine conducet. Hodie
 Sexinium te faciet Dominus Deus, in omni opere manus tuae, & fructu ventris tui, & in fructu iumentorum tuorum, & in fructu terra tuae in bonum, quoniam reuerietur Dominus, ut lateatur super te bono tuo, sicut lateatus est super patres tuos; etenim praeceptum istud quod tibi praecepit, non est in caelis, non est ultra mare, sed valde propinquum tibi verbum in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Ecce posui ante te vitam, atque bonum, mortem ac malum, elige igitur vitam, ut viuas tu, & sement tuum, scilicet diligas Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, adhaereasque ei (quoniam ipse est vita tua & longitudo dierum tuorum) ut habites super terram, quam iurauit Dominus patribus tuis, Abrahamo, Isaac, Iacob, ut ipsis eam daret. Ista certe verba, Moſaicae Philosophiæ finem continent, vel authore Clemente Alexandrino, cuius ista sunt. Atqui solum bonum honestum esse, nonis & barbara Philosophia, itemque virtutem sufficere ad felicitatem, ubi dixit. Ecce dedi ante oculos tuos bonum, & malum, vitam, & mor-

Deus. 30.
 9. 499.

Clem. Alex. Strom. 5.

Et mortem, elige vitam, nam bonum quidem, vitam appellat, & honestum eius electionem, utriusque autem finis, Dei amantem & verentem esse.

Sed silentium Pythagoras imperat, quid igitur est finis, o Laert. Pyth. Pythagora? respondet, *Finis est assimilari Deo.* Iamblicus autem, hanc sententiam sui antistitis ita declarat. *Beatus est qui Deo pro virili sua est similis, perfectus, simplex, purus, a vita hac humana abiunctus.* Et addidit ille quidem, pro virili, ut indicaret hominem Deo nunquam assimilari prorsus, quod etiam Pythagoricus Architas hoc pacto explicat. *Deus a vero distat bono, quod ipse quidem Deus, non modo puram, & a sece affectuum humanorum liberam virtutem habet, sed etiam quod eius vim, facultatemque obtinet indefessam, & aeternorum operum maiestatis, decorique respondentem; homines vero non solum, a mortali natura, minore accipiunt virtutem, sed praeterea per varias causas nequeunt ad illud veri boni culmen attingere.* Igitur si Pythagoricam audimus Philosophiam, nostra felicitas in eo est sita, ut virtutis ope, non nihil humanis cupiditatibus abstrahamur, & animo simus, quam corpore valentiores; ac vero Pythagoras ipse felices eos quoque dixit; *qui animo essent ingeniose praeclari,*

CAPVT V.

*Poeta, & Thales, Solon, Socrates, Plato,
Aristoteles, de fine.*

NVNC videndum est, Poetarum Philosophia, de fine, quid pandat: inclamat, audio

- - - Deus ecce Deus

Et Orphei quidam ex lyra canit. *Adorandus est Deus,
ingenium rei cuiusque finis.* at Musa fatur Latia.

*Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum,
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,
Panaque, Sylvanumque senem, Nymphasque sorores.*

Non possidentem multa vocaueris,

B

Reſc

*Recte beatum, rectius occupat
 Nomen beati, qui Deorum
 Muneribus, sapienter uti,
 Duramque callet pauperiem pati.
 Vitam quæ faciunt beatiorem,
 Incundissime Martialis, hæc sunt,
 Res non parva labore, sed relicta,
 Non ingratus ager, focus perennis,
 Lis nunquam, toga rara, mens quietæ,
 Vires ingenuæ, salubre corpus,
 Prudens simplicitas, pares amici,
 Conuiuius facilis, sine arte mensa,
 Nox non ebria, sed soluta curis,
 Non tristis thorax, at tamen pudicus,
 Somnus qui faciat breues tenebras,
 Quod sis esse velis, nihilque malis,
 Summum nec metuas diem, nec optes.*

Ætæ. Thal.

Sed enim princeps Ionice Philosophiæ Thales, pronuntiavit.

*Arist. I. de
 mor. 9.*

*Felix est corpore sanus, fortuna locuples, animo non ignarus, aut imperi-
 tas. Solon autem. Beati sunt, qui mediocriter externis instructi sunt
 bonis, qui res quam potuerunt honestissimas gesserunt, temperanterque vi-
 xerunt. Socrates porro interrogansibus, qui felices, respondit,
 quibus prestans animus & ratio adest. Eidem felicitas est voluptas
 absque penitentia.*

*Plat. in
 Pbil.*

*Sed Plato beatum esse definit, assimilari Deo.
 Mortalem (ait ille) naturam circumspicit necessario malum, & adheret,
 propterea conandum quam celerrime, hinc, fugere illuc: fugere autem est
 assimilari Deo, quoad eius fieri potest: assimilari vero iustum, sanctum ac
 cum prudentia esse. Ergo huc referri potest quod idem ille statuebat,*

*Eleus. Alex.
 Strom. 2.*

*duplicem finem esse communicabilem, & primum, qui reperiretur in i-
 deis; alterum qui participaret ab illo, & reperiretur in hominibus, qui
 virtutem adepti essent, veramque Philosophiam. Denique Platonis ex
 sententia est bonum contemplationis, ad quam illa fertur fuga
 corporis, est etiam actionis, cui commodissima est virtus. Iam
 Aristoteles statuit, beatitudinem esse functionem muneris animi, in vi-
 ta perfecta, secundum virtutem, eamque perfectissimam, si virtus est multi-
 plex.*

CAPVT

CAPVT VI.

Stoici de fine.

QVONIAM Philosophia Stoicorum, fufe explicanda est, neque non superiores de fine sententias plurimum illustratura videtur expositio finis, quem Stoica instituit Philosophia: idcirco nos illi immorabimur. Generatim ergo Philosophia Stoicorum de fine sic habet. *Idem est beate viuere, & secundum naturam viuere. Finis est, conuenienter natura viuere.* Sic Lucanus,

Sen. de vit. beat. c. 8. pist. 5. Lucan. l.

*Haec duri immota Catonis
Sella fuit, seruare modum, finemque tenere,
Naturamque sequi.*

Est etiam apud Stoicos, *scis cuius causa omne officium, factumue recte sit, ipse autem nullius, quo nulla non recte, conuenienterque facta referuntur.* Et istæ quidem finis definitiones, ad illas pertinent. Archidemus enim Zenonis conuenientiam de qua in posterum, interpretabatur, omnium adimpletionem officiorum: & certe Stoicis officium dicitur, *quod ratione factum sit, vel alio naturalibus institutis congruens.* Verum in explicanda illa naturæ conuenientia plurimum Academici, Peripateticique a Stoicis discrepare videntur. *Quid est (ait Seneca) in qua hic erratur? cum omnes beatam vitam optent, quod instrumenta eius pro ipsa habent, & dum illam petunt, fugiunt, nam cum summa beata vita, sit solida tranquillitas, & eius inconcussa fiducia: sollicitudinis causas colligunt, & per insidiosum iter vite, non tantum ferunt sarcinas, sed etiam trahunt. Ita longius ab effectu eius, quod petunt, semper abscedunt, & quo plus opera impendunt, hoc se magis impediunt, quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat.* Adspicit iste sermo philosophos, qui voluptatem, opes, valetudinem, cæteraque externa felicitati accumulunt. Verum in exponenda eadem conuenientia naturæ, Stoici etiam inter se videntur contendere. Omnium porro Stoicorum sententias recitant, Stobæus, Clemens, & Laertius, qui referendis sententiarum authoribus, inter se quoque nihil non dissonant. Propius tamen ad Stobæum, Laertius accedit, Stobæus (opinor) ad veritatem. Etenim meo quidem iudicio res tota sic expediri potest, vt finem Zeno Stoicorum caput, esse voluerit. *Viuere conuenienter, Natura autem sit ab eo nequaquam facta mentio.* Et

Stob. Ecllog. Clemens. Alexand. Strom. 2. Laert. Zen.

- Cic. de fin. 3. quidem Stoicus Cato. *Summum hominis bonum (inquit) positum est in eo quod Stoici, nos appellemus conuenientiam si placet. Cæterum hæc conuenientia. Non aliud est, quam conueniens, consentiensque per virtutem sibi vita. Virtus conuenientia constat, omnia opera eius cum ipsa concordant, & congruunt. Nisi sapienti sua non placent: omnis stultitia laborat fastidio sui. Stultis nunquam velle, aut nolle decretum est, & variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur, itaque plerisque agitur vita per lusum. Quidam alternis Vatini, & modo parum illis seuerus est Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi, & contentus vili Tubero. modo Licinum diuitia, Apicium cœnis, Mæcenatem delitiis prouocant: maximum indicium est male mentis fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum, assidua iactatio. Vetus dictum est, ait Ambrosius, assuesce vnus esse vi vita tua quandam picturam exprimat, eandem seruans semper imaginem, quam acceperit. Igitur cum Zenone magnam rem putamus vnum hominem agere. Sed Cleanthes addidit, finem esse conuenienter natura viuere. Et verò sententiam hanc fulcit ipsius finis definitio, quam Stoici passim, suggerunt. Tullius quidem ait, natura duce errari nullo pacto potest. Seneca vero. Quidquid ex vniuersi constitutione patiendum est, magno excipiat animo: ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia, nec perturbari iis qua vitare nostræ potestatis non est. In regno nati sumus, Deo parere libertas est. Rerum natura assentior, ab illa non decerrare, & ad illius legem formari sapientia est.*

Huc quoque spectant eiusmodi versus.

Claud. in
Rufin. 1.

Inuen. sat.
14.

Lucan. bel.
ciuil. 4.

*Viuitur exiguo melius, natura beatis,
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit uti.
- - - Mensura tamen que
Sufficiat sensus, si quis me consulat, edam,
In quantum sitis, atque fames & frigora possunt,
Quantum Epicure tibi, paruis suffecit in hortis.
Quantum Socratici cœperunt ante Penates,
Nunquam aliud natura, aliud sapientia, dicet.
Discite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat, non erigit agros,*

Nobi-

*Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus,
Non auro, myrrhaque bibunt, sed gurgite puro.
Vita redit, satis est populis fluuiusque, Ceresque.*

CAPVT VII.

*Chryssippi, aliorumue Stoicorum de fine
sententia.*

CHRYSIPPVS a Cleanthe differt, quia naturam, cui con-
formiter oportet viuere, Chryssippus exaudit: & communem, & Laert. 20.
proprie humanam, Cleanthes autem solum communem suscipit cui
parendum sit, non autem hanc particularem. Humana autem
particularisue natura, nihil aliud est, quam mortalium ratio. V-
niuersi enim ratio Stoicis est communis illa natura. Sed mortalium
rationem hic accipimus, pro recta eaque, quam Stoici, consumma-
tam, perfectamque appellant, id est nullis opinionibus, erroribus
turbatam. Ratio recta, & consummata, ait Seneca, felicitatem Sen. ep. 76.
hominis implet. Cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfe-
cta, beatum facit. Sed recta ratio posita est, in electione aut reiectione
eorum, quae ex natura. Sic Diogenes ille Babilonius, apud Sto-
bæum ait. Id quidem sermonis Clemens Alexandrinus attribuit,
Antipatro Cleanthis discipulo, sed refelli potest, quia Diogenis,
non Cleanthis fuit Antipater discipulus. Epicteti potro verba
sunt ista. Quod est bonum hominis & non habeo aliud sibi dicere, quam Clem. Alex.
Strom. 2.
Epic. 1.
differt. 2.
visorum talis electio. Et isthic quidem talis electio, factam ex ratione
perfecta electionem significat. Namque subiungit idem. Aliud alii
incidit probabile aut improbabile, sicut & bonum aut malum, utile aut inutile,
doctrina maxime egemus, ut iudicium habeamus, de probabili atq; improbabili
& rebus singulis id accommodare possimus, conuenienter natura. Ex quibus
patet quoque a doctrina, siue philosophia rationem perfici, atque
consummari. Sedenim ad Chryssippi sententiam, pertinent ista
Ciceronis. Intelligendum est etiam, duabus quasi nos a natura inducos Cic. de offic. 1.
esse personis, quarum una est communis ex eo, quod omnes participes su-
mus rationis, praestantiaque eius, qua antecellimus bestiis: a qua omne
honestum, decorumque trahitur, & ex qua ratio inueniendi officii exquiri-

tur: altera autem, quæ proprie singulis est tributa: ut enim in corporibus, magnæ dissimilitudines sunt, alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad ludandum, valere, itemque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem, sic & in animis existunt maiores varietates. Solutam vero Tullii orationem, carmine sic repræsentat Horatius.

Horat. de
art. poet.

*Format enim natura prias nos iutas, ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mærore graui deducit, & angit.*

Propert. 3. Propertius autem,
el. 20

*Sunt quibus Eleæ, concurrat palma quadrigæ.
Sunt quibus, in celeres gloria nata pedes.
Hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis.
Naturæ sequitur semina quisque suæ.*

Igitur cum natura est sequenda, tum etiam ratio per philosophiam efformata, hæc enim naturæ optima est regula.

Man. astro-
nom. 2.
Stob. ferm.
4.
Sen ep. 74.

*Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam,
Vnde & facit ad conuenientiam Zenonis, ut significat istud. Pro-
tibus quidem formam, indoctus autem animum ad singula mutat, Idem
vero aperiunt, hæc Senecæ. Perfecta virtus sic aequalitas, ac tenor
vita, per omnia consonans sibi: quod non potest fieri, nisi rerum scientia
contingat, & ars per quam diuina & humana noscantur. Non contingit
tranquillitas animi, nisi immutabile, certumque iudicium adeptis: ceteri
decidunt subinde, & reponuntur, & inter omnia, appetitæque, alternis
fluctuantur, si vis eadem semper velle, vera oportet velis.*

Idem ep. 95.

Ultima porro Stoicorum de fine sententia est; quæ virtutem respicit, additque superioribus sententiis istud. Secundum virtutem viuere. Nam Stoicis, finis est consentire naturæ; quod esse volunt, a virtute viuere: quod ita interpretantur, viuere cum intelligentia, earum rerum, qua natura eueniunt, eligente ea, reiicenteque contraria, intelligentia quippe illa, ex ratione est, & ratio ducit ad virtutem, quia medium præscribit, & quidem

Arist. 6. de
mor. 1.
Tullii, de
fin. 5.
Sen. ep. 76.

*Virtus, est medium vitiorum, vtrinque reductum.
In homine, inquit Tullius, summa omnis animi est, & in animo rationis,
ex qua virtus est, qua rationis absolutio deservitur. Sed virtutem ex ratione,
non tantum accipit Seneca, imo & eandem cum illa facit. Homini,
ait ipse, summum bonum ratio est: hanc si perfecit laudabilis est & finem na-
tura*

intra sua attingit & ratio perfecta virtus vocatur. Cæterum, quam virtus consentiat Zenonis conuenientiæ, satis declarant illa Senecæ. Virtus conuenientia constat. Item perfecta virtus, sit æqualitas, at tenor vite, per omnia consonans sibi. Denique Cicero. Vna virtus est, consentiens cum ratione, & perfecta constantia. Cic. par. 3.

Igitur patet qui possint, inter se conciliari, Stobæus, Clementis, & Laertius; qui etiam Stoici, & vna cum Stoicis, Plato & Socrates. Pertinet enim ad conuenientiam Zenonis illam, Natura, ratio & virtus; deinde virtuti cum ratione, rationi cum Natura, societas est arctissima. Socrates vero etiam, Naturæ, & rationis: Aristoteles, ac Plato virtutis, meminere, vbi finem, beatitudinemue, instituunt. Verum in superiorem tractationem, incidit contentio, quæ sicut illa Stobæi, Clementis, & Laertii: magis illustrari: quam tolli posse, videtur: hanc ergo exponimus.

CAPVT VIII.

Stoici, Academici, & Peripatetici, de bonis fortune & corporis.

STOICI bonum animi; seu virtutem, corporis, ac fortunæ bonis, indigere nolunt, id autem contra Academici, Peripateticue, sic asserunt, vt, *in vna quidem virtute, ponant beatam vitam, non samen beatissimam, nisi adiungantur, & corporis bona, & cætera ad virtutis usum idonea.* Cic. Acad. 1. Sed rationem, pro sententia Stoicorum primam, ita reddit Seneca: *Summum bonum, in animo constituamus, obsolescit, si ab optima nostri parte, ad pessimam transis, non est summa felicitatis nostra, in carne ponenda; videsne, vt reliqua omnia, bono suo constant, vitam fertilitas commendat, sapor vinum, velocitas ceruum. In homine quid optimum est? ratio, hac antecedit animalia, deos sequitur: ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est.* Senec. op. 76. Docet hic sermo, in constitutione boni, mortales ea tantum parte spectandos, qua distant ab animantibus, Deumque contingunt, id est ratione. Sed rationem secundam, sententia Stoicorum, ab eodem Stoico sic accipit. *Nam qui alia bona iudicat, venit in fortune potestate, alicui* Senec. op. 74.
arbi-

arbitrii sit. Tertiam vero inde expromimus, quod externa corporisue bonae effluunt, atque labuntur.

*Forma bonum fragila est quantumque accedit ad annos,
Deperit, & spatio carpitur ipsa suo.*

Epicet.

enclir. 6. 1.

2.

Rationes autem Stoicorum illas, ita cumulat Epicetetus. *Re- rum alia sunt in nobis, alia extra nos, in nobis est appetitio, declina- tio, est virtus, vitiumue: extra nos, corpus, possessio, gloria; ma- gistratus; quae in nobis sunt, natura sua libera, non prohibenda, non impedienda, quae extra, imbecilla, seruiens, prohibenda, aliena.* Sed addi potest, hoc etiam rationis, quod eiusmodi bona dene- gantur plerumque bonis malisque deferuntur, & inde si vera sunt bona, propudientiam aliquis accuset, reiiciatue diuinam. *Claudia- nus enim.*

*Sed cum res hominum tanta caligine volui,
Adspicerem, latosque diu florere nocentes,
Vexarique pioꝝ, rursus labefacta cadebat
Religio, causaeque viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quae semina currere mundo
Affirmat, magnumque nouas per inane figuras,
Fortuna non arte regi, quae numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.*

Verumenimvero quid Academia? Platonis illa quidem authorita- te deficitur, si recte scripsit Aristot. *quod iuxta Platonem, solum ha- nestum, bonum.* Aristotelis autem ratione ista nititur. *Fieri mi- nime, vel egre potest, ut bona quis faciat sine instructo & apparatu, multa namque facienda sunt, velut per organa, sicut per amicos, opes, ciuilem gratiam seu potentiam, qui vero aliquibus carent, maculant, & sedant beatitudinem, ut qui nobilitate, qui prolis copia, vel bo- nitate, qui forma, non enim plane felix est, facie turpis, ignobilis, aut solitarius & improbi.* Et istis quidem hoc conuenit:

Gratior, & pulchro veniens in corpore virtus.

Ac vero si minus necessaria sunt eiusmodi bona, certe de- cora videntur, & amica naturae, quam Stoici modis commen- dant omnibus, nam valetudinem, robur, integritatemque sensu- um, natura conciliat. Stoicorum autem causa reponi potest. *Ni- hil virtus vacare patitur loci, totum animum tenet, desiderium omni-*

Senec. ep. 74

Cic. de off. 1.

um

um tollit, sola satis est, omnium bonorum vis & origo in ipsa est. Forma honesti, faciesque si cerneretur oculis, mirabiles amores ut ait Plato excitaret sapientia. Errare mihi videtur qui dixit.

Senec. ep. 66.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Nulla enim honestamento eget. Ipsa & magnum sui, decus est, & corpus suum consecrat. Denique bona quæ vocant, ea peti debent, non quia sunt iuxta naturam, sed quia sunt iuxta Naturam, Idem ep. 32. & bono sumuntur iudicio, quod erit in illis tunc bonum, bene eligi, Non enim nisi cum honeste administrata sunt, bona esse incipiunt: sola quippe virtus perfectum bonum est, cuius contactu alia quoque bona fiunt. Et bona quidem corporis, vel externa, quæ virtutis consortio carent, his aspicit verbis Sallustius. Corporis & fortuna bonorum, ut initium, ita finis est, omniaque orta occidunt, & aucta senescunt, animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur. Adhærendum ergo virtuti, siue animo. Sed enim ut ista res tota fiat illustrior, exponemus quid Academici, Peripatetici, Stoicique, de bono, ac malo sentierint.

CAPVT IX.

De Bono, Maloque secundum Stoicos, Peripateticos, & Academicos.

VT finem, beatitudinemue diximus minime appeti, priusquam innotuerit, ita certe bonum, cui cum beatitudine ac fine, societas est maxima, non expetitur incognitum, vicissimque latentis mali fuga est nulla. Diudicandi autem boni, malive labor intricatissimus hinc enim ista.

Omnibus in terris, quæ sunt a Gadibus usque Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt, Vera bona, atque his multum diuersa, remota Erroris nebula, quid enim ratione timemus, Aut cupimus, quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat, votique peracti? Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo, Pro vitio, virtus, crimina saepe tulit.

G

Equi-

Equidem sentitur boni suauitas, acerbitasque mali, & sane tanta Naturæ non exoritur titillatio, a bonis quæ illi congruunt; quanta malis ab inimicis, molestia. Ac vero ad bonum malumque potest in nobis maxime, nostra opinio. Quamquam ipsam bonum non est in opinionibus, sed in natura, nam si ita esset, beati quoque opinione essent, quo quid dici potest stultius? Melius illi qui bonum se finiuerunt, bonum est, quod ad se impetum animi, secundum Naturam mouet. Ergo Natura.

Diuidis, bona diuersis, fugienda petendis.

Laert. Zen.

Sed Stoici bonum ita quoque describunt, quod absolutum sit secundum Naturam partiu rationalis. Etenim illi nolunt bonum in infantibus residere, quapropter Seneca. Est, ait, secundum naturam quod contingit protinus nato, non dico bonum, sed initium boni, atqui non magis infans adhuc boni capax est, quam arbor aut matum aliquod animal, quare autem bonam in istis non est? quia nec ratio: ob hoc in infante quoq; non est, nam & huic deest Est aliquod irrationale animal, est aliquod nondum rationale, est rationale, sed imperfectum: in nullo horum bonum; ratio secum adfert, quid ergo inter ista qua retuli distat? numquam erit bonum in eo quod irrationale est, in eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest, in imperfecto, iam potest esse bonum, sed non est: quoniam hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Hic vero Seneca de bruto, puero, adultoque sed indocto, loquitur, ac desiderat in ratione boni, quoddam initium, siue Naturam, deinde autem præcepta Philosophiæ, addamus licet efficaciam exercitii, cuius ope bono plane adhærescimus. Cæterum Stoicis, bonum communiter est quod vtile, & vero illud trifariam diuidunt, vt aliud sit a quo vtilitas, qualis est virtus, aliud per quod vtilitas, qualis est ipsa etiam virtus, & secundum eam, actiones: aliud postremo quod esse potest vtile, quales sunt amici, vir bonus, dii, ac dæmones. Nota ergo præcipua boni est, vt proficiat, vnde Stoicis imbutus placitis,

Laert. Zen.

Clem. Al. 1.
pedag. 5.
Tulli, de
fin. 2.

Clemens. Bonum qua bonum nihil aliud quam prodest. Tullius autem bonum si opus fuisset definisset, aut quod esset Natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod inuaret. Superiori autem diuisioni boni, congruit alia, quam Stoici talem faciunt, vt bonum aliud sit finale, puta gaudium, fiducia, & ex virtute actiones; aliud vero efficiens, qualis est, amicus, aut vir prudens; aliud postre-

postremo quod habeat se ad vtrumlibet, cuius generis, est virtus apud Stobæum hoc loco. *Virtutes omnes sunt efficiencia, & pertinentia bona: efficiencia quoniam pariunt felicitatem: pertinentia vero quia illam implent cum partibus eius sint.* Et isto quidem ex sermone, intelligimus etiam, cur bonum quoddam, pertinens, efficiensue, dicatur. Sed apud Tullium Stoici idem statuunt, de sapientia, quod de virtute apud Stobæum. *Sed & pertinentem, ait Tullius, & efficientem sapientiam volunt esse, nam quia sapientia est conueniens actio, ex illo pertinenti genere est. Quod autem honestas astringens affert, & efficit, ideo efficiens, dici potest.* Cæterum boni definitiones, diuisionesue, quas accepimus a Stoicis, illæ explicant eius naturam, docentque vt sola virtus, vere bonum dici queat: & veroq; indicant, de malo, per inuersionem quid sentire, ac iudicare debeamus. Restat autem, vt agatur de iis quæ media sunt, inter bonum & malum, etenim Platoni, ac Stoicis, *eorum quæ sunt, alia bona videntur, alia mala, alia neutra.* Est vero de neutris locus, in quo certatur omni corpore, Peripateticos, Academicosue inter, & Stoicos, quippe illi bonorum hoc genus, bona corporis, externaue dicunt: Stoici autem, neque bona, neque mala, seu media, & indifferentia profitentur: ac certe extra nos esse concedunt, nam Seneca, de ipsis ait. *Commoda sunt in vita, & incommoda, vtraque extra nos,* Stoicis vero, diligentissime examinatur ista, res tota, cum propter Academicos, & Peripateticos, tum etiam quod Aristo ille Chius, Pyrrho, & affectæ, eam inuehebant indifferentiam, quæ poneret in virtute, ac *visio omnia, rerumque defectu ablato, cætera pronibilo haberet, opes igitur, inopia, sanitatem morbo, illi nequaquam anteferebant.* Sed bonorum quæ neutra dicuntur, apud Stoicos, diuisio singularis hæc fuit, vt alia compellarentur producta, quæ, æstimationem haberent, cuiusmodi est ingenium, aut sanitas; alia autem reiecta, quæ deæstimationem, vt stupor, & morbus; alia denique neutra, quæ æstimatione, & deæstimatione carerent. Eiusmodi porro nominum, causa talis affertur. *Vt nemo dicit in regia, regem ipsum productum esse ad dignitatem (id enim est προσηγμένον) sed eos qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit ad regium principatum: sic in vita, non ea quæ primario loco sunt, sed quæ secundo προσηγμέναι nominantur.* Hic autem Cicero celebrata Zenonis προσηγμέναι, vertit ad

Tull. de fin.
3.

Lact. Plat.
Zen.

Senec. ep. 92

Cic. de off. 1

Cic. de fin. 3.

verbum producta, ad sensum enim præposita, sæpe extulit, ac præcipua, sicut etiam ἀποπροσηγμένα plerumque reiecta; sed producta, reiectaque, nonnumquam commoda, incommodaue vo-

- Senec. epist. 87. *Alia est commodorum conditio, alia bonorum, commodum est; quod plus usus habet, quam molestia: bonum est sincerum, & ab omni parte innoxium hic vero usus, idem significat, quod æstimatio, dignatione, nam apud Laërtium æstimatio, seu dignatio, est quadam facultas media & usum conferens, aut conueniens ad vitam, secundum naturam: sed aliam Tullius dare videtur causam, vnde commodorum nomen accipiamus. Res, ait, quas nos, (Academicos intelligit) bonas dicimus, Zeno concessit ut haberentur apte, habiles, & ad naturam accommodata: faterique capis, sapienti commodius esse se ea quoque habeat. Seneca autem, respexit ad græcas Zenonis ipsius voces ἐὺχρησθήμετα & δυσχρησθήμετα, quibus, ille idem, commoda nuncupabat, & incommoda, seu bona quæ non ὠφέλιμα & vtilitatem, sed χεῖρα & usum habent, vel eo carent. Itaque Stoici rationem dignitatis, & vtilitatis, proprie bonis attribuebant, neque vero producta sinebant expeti, sed sumi: vnde Tullius. Quæ illi (id est Stoici) bona, dicerent præposita esse, non bona, & sumenda potius, quam expetenda. Ipse autem Zeno apud Athenæum, desiderium, aut fugam istorum abnuuit, vti illis cum iudicio, & antecedente notitia iubet, ac metus, vel admirationis expertem animum, erga talia habere. Et ista quidem verba significant etiam, externa omnia, bonis, malisue adnumerari: sicut vsui sunt vna cum ratione, vel sine ratione, abusui. Cæterum quod dicimus de ratione, pertinet hoc quoque ad virtutem, quæ perfectæ rationis est comes, vt explicabamus. Ait enim Seneca, Omnis res quod non habuit decus, addita virtute sumit: cubiculum lucidum dicimus, quod idem obscurissimum est nocte, dies illi lucem infundit, nox eripit, sic istis qua a nobis, indifferentia dicuntur, diuitiis, viribus, honoribus, regno: & contra, morti, exilio, mala valetudini, dolori, malitia, aut virtus, dat boni, vel mali nomen.*

Senec. ep. 92.

Plaut. in Amph.

Virtus præmium est optimum, virtus omnibus, Rebus anteit, profecto libertas, salus, vita, Res, parentes, patria, & prognati, tutantur, seruantur; Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona quem pene est virtus.

- - per

*per seque petenda est,
Externis virtus incommutata bonis,
Virtus repulsa nescia sordida,
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ponit, aut sumit secures,
Arbitrio popularis aure.*

*Quid. de
Pont. 2.
Horat. 3.
Od. 2.*

Positremo quia res quælibet petit a virtute, seu recta ratione, boni rationem, & vero recta ratio est, cui prudentia moderatur: propterea sane dictum videtur,

*Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna deam, cæloque locamus.*

*Inuenal.
Sat. 10.*

Igitur Stoici, corporis, ac fortunæ bona, negant in numero bonorum collocanda, atque ut aliud fateantur, si consortium, luxque virtutis accedat: non idcirco tamen, externa corporisue bona, profus in bonis constituunt. Fieri namque potest, ut iis aliqui, pessime, ac sine virtute utantur: (ait Seneca.) *Post bonum nobis videatur, quo quis, & male uti possit.* Peripatetici, simpliciter illa bonis aggregant; itaque si physicam, metaphysicamue consulimus, illi cum Stoicis, ac veritate consiliari queunt. Nam corporis, & fortunæ bona, congruentem substantiæ, naturæue suæ, bonitatem habent. Sed ethica excludit a bonis eas res, quæ facinorosis esse possunt omnium incentiua, & instrumenta vitiorum. Etiam si ergo virtus illis indere possit, rationem boni: non propterea tractantibus ethicam videri debet, *idem sentire Zeno quod antiqua Academia, vel Aristoteles, & tantum loqui alio modo.* Quamobrem deposita cura, Stoicorum vna cum Peripateticis, aut Academicis, componendorum, alio prouehamur.

*Senec. ep.
120.*

*Tull. de
leg. 1.*

CAPVT X.

Christus, & natura, de fine.

Iob. 14. 6.

CORYPHÆUS Philosophiæ Christus, vt via est, ita veritas, & vita: vere ergo, ducit ad vitam, id est ad patris notitiam, & sui. Etenim ait, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Idem vero pec-

Iob. 17. 3.

I Petr. 2. 24.

catum non fecit, & peccata nostra pertulit, vt peccatis mortui, iustitia viuamus. Igitur auctore Christo, vita seu felicitas nostra, in eo est sita, vt patrem, Christumque noscamus, ac vero defungamur omnibus honestis actionibus, quas iustitia complectitur. Inde sanctos inter patres Augustinus. *Beatitudo est diuinitatis perfecta scientia, ac contemplatio: in ipso autem homine, nunc lætitia quadam conscientia, paradysus est.* Similiter autem dixit Ambrosius. *Beatam vitam efficiunt, tranquillitas conscientia, & securitas innocentia nihil bonum scriptura, nisi quod honestum asserit, virtutemque in omni rerum statu beatam iudicat, qua neque augeatur corporis bonis, vel externis, neque minuatur aduersis: Verum ad mortalem hanc vitam perfecta Dei cognitio non pertinet; a cultu virtutis, isto in orbe, est petenda felicitas.*

August. de doct. Christ.

Ambros.

2. de offic. 3.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Arist. 10. eth. 1.

Plat. Protag.

Hactenus Philosophia de fine; nunc videndum est, natura quem ducat ad finem,

Numquam aliud natura, aliud sapientia dicit.

Sapientia, autem seu ratio recta, tendit in virtutem, vt docuere Stoici. Horatius quidem scribit,

- - denique te ipsum

*Concette, num qua tibi vitiorum in seuerit olim
Natura,*

Tulli. de leg. 1.

Senec.

Tulli. de leg. 1.

Senec.

Tulli. de leg. 1.

Senec.

Tulli. de leg. 1.

Senec.

Melius tamen Cicero, sunt in animis quasi virtutum igniculi, & semina, qua feliciter adulescere, nec à prauis opinionibus seu spinis succrescentibus suffocarentur, ipsa nos ad beatam vitam perducerent. Virtus secun-

secundum naturam est, vitia inimica, & infesta sunt. Et quidem adeò epist. 1. gratiosa est virtus, ut insitum etiam malis probare meliora.

Idem

4. de Benef.

17.

Deteriora sequor.

Denique Homo, (inquit Hieronymus) *naturâ bonus, voluntate factus est malus, est tamen in animis nostris, naturalis quadam (vt ita dixerim) sanctitas, qua velut in arce animi presidens exercet boni, malique iudiciûm.* Ergo cum Stoicis, naturæ rationem adiungamus vt naturæ perfecta virtus accedat. Veniendum ad Iurisconsultos quibus hic sermo de fine addictus est.

Hieron.

ad Demetr.

de virgin.

CAPVT XI.

Iurisconsulti de fine.

SCIENTIÆ ciuilis, præstantia est tanta, vt Aristoteles cum quæreret, cuius scientiæ sit proprius finis vltimus, ita decreuerit. *Videri possit, finis, esse scientia, cui competat in facultates reliquas principatus, dominatio, & præcellentia, talis igitur est scientia ciuilis. Hac autem scientia finem positum habet in cognitione, non actione; Habet ergo aliquid moralis virtutis, cuius ea est natura, vt actionem adspiciat: & certè qui præficitur Reipublica, sit oportet exercitatus, in studio virtutis, dum bonos efficere studet. Denique scientia ciuilis honesta, & iusta considerat. Finem igitur illius in iustitiâ vniuersali, constituendum liquet: illi enim, iustæ, & honestæ actiones deputantur. hinc proverbium:*

Arist.

1. Nich.

Idem 1. de

morib.

Idem 1. de

morib. 12.

Idem 1.

de morib. 1.

Iustitia una, alias virtutes continet omnes:

Et vero iustitiam hanc iure, legibusque comprehendî, probant hæc Aristotelis verba. *Iurium legitimorum pleraque, ferè ea sunt officia, qua ab vniuersa virtute præscribuntur. Vnicuique virtuti, conuenienter viuere, lex iubet, ac vnum quodque vitium sequi vetat, causa autem efficientes vniuersa virtutis, sunt ea omnia legitima, qua legibus, de disciplinâ ad rempublicam spectante, descripta sunt. Similiter autem, cum idem ille Philosophus ait. Non quidquid est contra leges, iniquum dici potest: legum nomine, iustitiam vniuersalem denotat.*

Idem 4.

Eudem. 1.

Idem 4.

Ib.

Idem 5.

de morib. 5.

denotat.

denotat. Vult enim intelligi non omne quod aduersatur iustitiæ vniuersali, esse etiam contrarium particulari, quæ mater est æquitatis, sed beatitudine nullâ, cumulat hominem, vbi sola est. Nam *perfectus est finis, quo potiti, nihil petimus ultra, nullâque re indigemus: imperfectus ille, qui cum obuenit, etiam egemus veluti iustitiam adepti plura volumus, at felicitatem, nihil.* Cui damus coniunctionem hominum, societatemque, nisi iustitiæ vniuersali? profecto de ipsâ canit Claudianus.

Idem
I. mag.
mor. 2.

Claud. de
consul.
Manl. &
Theod.

*Tu prima hominem syluestribus antris,
Elicis, & sædo detergis sæcula victu:
Te propter colimus leges, animosque ferarum
Exuimus.*

Arist. I.

eth. I.

Idem I.

solis. I.

ὡς περ τε
λέησθ' ἐν,
βέλτερον
τῶν ζώων
ἐν θρωπός
ἐσιν ἔρω
καὶ χαρῆς
δὲν νόμος,
καὶ δικῆς,
χρείστον
πᾶντων.

Fabi. Orat.

Ant. Inst.

I. ult. c. de

leg. Gell. I. 4.

I. ult. C. de

vet. iur. et.

Iam verò, *vita felix, eiusque partes, societate civili continentur & Denique. Et homo suis omnibus numeris absolutus, animalium est optimum, ita semotus à lege, & iure, deterrimum.* Igitur hominis perfectio, beatitudo, finisque, pertinet ad iustitiam vniuersalem, quæ legibus etiam continetur: ac scientiæ civilis propria est. Vnde Iurisconsulti, finem statuere debent in iustitiâ vniuersâ, cuius antistes, Sulpitius appellatur, item Iustinianus, demùm iudex. Profecto idem ille Iustinianus, suos iuris libros, *templum* dicit sanctissimum, in quo iustitiæ, quasi sanctissimæ deæ cultus effulgeat. Hactenus, de fine iurisconsultorum, naturæ, & philosophiæ. Nam exercitatio non alio est fine, quam quo natura, philosophia, atque iurisconsulti. Longa quidem est oratio superior, sed tamen magnitudini lucis, quam diffundet in sequentia si comparetur, fortè videbitur etiam breuior. Atque vt fiat adhuc clarior cognitio finis, tractationem eius ante factam, sub vnum ponemus adspectum, summaque rerum fastigia consequemur.

CAPVT

CAPVT VII.

Traſtationis de fine coniectio.

IGITVR philosophia finem, natura, ratione, virtute, ac Dei assimilatione, circumſcribit: naturam conſequitur ratio, rationem virtus virtutemque Dei assimilatio. Hanc Pythagoras, & Plato expreſſe; philoſophi autem alii tacite videntur proponere. Quod attinet ad Moysen, Clementis Alexandrini verba ſunt, *ait lex poſt dominum veſtrum ambulate, & mandata eius ſeruate. Assimilationem utique lex affectationem vocat.* Iam poetæ, cum volunt, paruo nos eſſe contentos, an non ſimiles eſſe Deo expectunt. Socrate quidem teſte, *Deo maxime propinquus eſt, qui minime eget: eget autem minime, qui pauciſſima cupit,*

*Quanto quisque ſibi plura negauerit,
a Diis plura feret.*

Denique, *diues, a Diuo dicitur apud Varronem, quia ut Deus nihil indigere videtur.* Vnde eſt diues, & Deo proximus, qui minimo contentus eſt, *Sapientia, inquit Philo, miniſtrat opes, deductis a ratione ſententiis moralibus, ac naturalibus, qua virtutem animo ingenerant: ipſa vero virtus detrahbat luxum cibus, dum efficit, ut nihil appetamus extrahid, quo fruimur; & ita Deo affimilemur, Deum enim rerum minime indiget, quia res habet omnes. Homo quidem profuſus in quemlibet ſumtum, numquam non fertur in abſentia bona, deſiderio inflammato. Probus autem vir, natura vitatur immortalis, ſicut & mortalis; obnoxium inopia corpus gerit, mente vero eſt diſtiſſima, quoniam ipſa adſpirat ad immortalem.* Iam vero quod ſpectat ad Stoicos, reliquosue philoſophos, Tullius hortatur, *naturam optimam ducem tamquam Deum ſequi.* Clementis autem Alexandrini verba ſunt, *Stoici ſecundum naturam viuere finem eſſe decreuerunt, Dei nomen in natura, decore mutantes.* Epictetus vero ait, *atquin ipſe præcipuus philoſophorum, & velut anteſignanus ſermo breuis admodum eſt, quid enim longum dicere finis eſt ſequi Deum? & ille quidem Stoicus, per philoſophos, intelligit Stoicos, perque naturam Deum. Sedenim apud Claudianum*

... Diis proximus ille eſt.

Quem ratio non ira mouet.

Quod autem ille de ira dixit, pertinet ad omne paſſionum genus. *Pbil. de abſt. Hoc illud eſt, inquit Philo, apud eos qui optime philoſophati ſunt decantatum*

D

TUM

Clem. Alex. Strom. 2. Deut. 8, 16. cap. 10, 12, 13.

Laert. 2^o,

Horat. 3. od. 6.

Pbil. de mag. an.

Tull. de ſenect. Clem. Al. Strom. 2.

Epict. 1. diſt. 20.

Claudian. in conf. Ma.

cum ultimum bonorum, consentienter natura vivere, quod sit, cum animus semitam virtutis ingrediens per vestigia, ductumque rationis ambulat, & sequitur Deum. Christus ipse porro voluit nos Deo assimilari, cum Dei cognitionem, pro fine nobis proponeret, itemque iustitiam. Quippe Deum noscens, sit Agapetus, Deo assimilabitur, assimilabitur autem, qui Deo dignus erit, dignus erit qui nihil Deo indignum admittet, sed cogitabit, quæ Dei sunt, quæ cogitabit loquetur, quæ loquetur demum faciet. Denique natura cum tendat ad virtutem, tendit ad assimilationem Dei: sicut etiam faciunt, Romani iuris auctores, cum feruntur in iustitiam vniuersam. Cæterum quare, omnis de fine sententia referatur ad assimilationem Dei, ista est causa. Nam similes sui fecerat homines Deus, hanc vero similitudinem bonorum genus omne circumfluebat, atque perficiebat. Vbi vero illa, criminis primi labe scedata est, atque contaminata: hominibus malorum incubuit cohors, & lous (vt poetæ narrant) ingeniosa, scœcundaque artium sæcula prodierunt, Postquam enim, facta est iactura felicitatis, arte, & scientia fuit opus, vt recuperaretur, & vero quia restat in homine quoddam vestigium illius primæ similitudinis, edocente natura philosophi crediderunt, perfectionem, felicitatemque mortalium in eo consistere, vt ii Deo assimilentur, quo perfectius, beatiusque nihil excogitati potest. Ergo remos, velaque, ad Deum intenderunt. Vela quidem, quotquot aperte, & liquido Deum proposuerunt imitandum. Remos autem, quotquot naturam, rationem, atque virtutem disertissime finis loco posuerunt, & remigum modo perrexerunt ad assimilationem Dei, ad quam accelerare non omnibus videbantur.

CAPVT XIII.

De sapientia ex natura, atque philosophia.

POSTEAQVAM finem, de fine dicendi fecimus, & explicatum est, quæ sit illa virtus, quam iurisconsulti excolunt, agendum est de sapientia quam affectant. Et vero quoniam id facit ad naturæ, ac philosophiæ placita, de quibus postmodum

modum (continent enim placita sapientiam) dicendum breuiter de sapientia naturæ, vel philosophiæ. Philosophia quidem, Aristotelis sensu, sapientiam affectat, *qua sit intelligentia simul, ac scientia, cuius proprium est considerare sublimes causas, Deum scilicet atque intelligentias: admiranda, difficilia, & diuina cognoscere: contemplari, probare, ac defendere, si quando necessitas id postulet aliarum principia scientiarum.* Eadem vero philosophia, secundum Stoicos, sapientiam studet, *qua sit diuinorum, & humanorum scientia, vel etiam qua sit, semper idem velle atque idem nolle.* Licet (ait Seneca) relinquam definitiones sapientia veteres, *hac possum contentus esse, quid est sapientia? semper idem velle atque idem nolle.* Sapientia (inquit Tullius Stoicum agens) est conueniens actio. Sed istæ quidem vltimæ definitiones, satis probant quod diximus, talem esse sapientiam, qualis est finis. Scientiæ porro nomen, sapientiæ conceditur, quatenus viros maximo secum confidentes otio, ad contemplationem abducit: vt enim a meditatione producit ad opus, habeturque tamquam ratio agendi, non scientia, verum ars dicitur. Hoc quidem sensu apud Senecam *sapientia est ars, certum petit.* Aristificem inquit *vides vita, alias artes sub dominio habet, nam cui vita, illi vita quoque ornamenta seruiunt.* Denique apud Aristotelem, *sapientia dicitur ars artium, scientia scientiarum.* Sapientiam vero diuinam & humana dantur, quia *primum & causa, & regula, felicitatis humana est cognitio diuinarum rerum, atque prestantissimarum.* Vnde cum per sapientiam eatur ad finem, beatitudinemue illa cognitio sapientiam debet esse propria. Præterquam quod apud Plurarchum vt luce oculus, sic sapientia veritate vtitur. *Veritas autem quemadmodum nomen eius grecum indicat, circa Deum versatur, & Dei actionem immortalem.* Denique, *sapientia totius natura cognitionem, & sua tradit, quid sint Di, qualesque declarat, quid inferi, quid lares, & Genii, hæc eius iniuncta sunt, per qua non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum, mundus iste reueratur.* Cum porro intelligatur ex superioribus vnam esse sapientiam, quæ contemplatione gaudeat, alteram quæ promoueat ad agendum: facile est huic tribuere palmam, cum *virtutis laus omnis in actione consistat.* Etenim cognitio contemplatioque natura manca quodammodo, *Sine boata sit, si sep sep nulla actio rerum consequatur.* Studiis, officiisque scientia, preponenda sunt officia iustitia, *qua pertinent ad hominum utilitatem: qua nihil bo-*

Sen. epist.

20.

Senec. ep. 29.

Idem ep. 20.

Stob. serm.

I.

Ἀρχαὶ γὰρ
καὶ αἰτίας
καὶ κενῶν
ἐστὶ τὰς
ἀνθρώπων
βίαι, ἐν
δομοσού-
ρας αὐτῶν
θεῶν καὶ
τιμωρῶ-
των ἐπι-
γνώσις.

Plut. com.

Stob. serm.

II. ep. 90.

Cic. de off. I.

mini debet esse antiquius. Denique nisi ea virtus, qua constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem, solinaga cognitio, & ieiuna videatur. Iam vero natura limitibus iisdem sapientiam circumscribit, quibus philosophia; nam illa ad v-
Senec. de vit. trumque nos genuit, & contemplationi rerum, & actioni. Quippe o-
bent c. 31. minis animi motus aut in consiliis capiendis, de rebus honestis, & pertinenti-
Cic. de off. 1. bus ad bene, beateque viuendum, aut in studiis scientia, cognitionisque
versatur.

CAPVT XIV.

De sapientia ex iurisconsultis.

Vlpian. l. 1. §. L. 4. ff. de ext. cog. l. d. §. 10. §. 2. ff. de iust. & iur. l. 1. c. de vet. iur. v. nucl. Pomp. l. 2. §. 37. ff. de orig. iur. Forcat. l. necyo. 38. Plus. Themist. Latr. Thol. Cic. de off. 2. d. 2. §. 38. ff. de orig. iur.

SAPIENTIA iurisconsultis non aliud est, quam iurisprudentia siue *sapientia civilis*, vt Vlpianus appellat. Sic iurisprudentia definitur ab eodem Vlpiano, *diuinarum atque humanarum rerum notitia iusti, atq; iniusti scientia*. Nec ambitiosum videri debet, quod iurisprudentiæ deferant iurisconsulti, *sapientia* vel definitionem vel appellationem. Enimuero *iurisprudentia* res diuinas, *humanasque* disponit; & apud veteres, qui *sapientum* nomen assumserrunt, si sane, respublicas legibus, ac iure fundarunt. Et primi quidem Romanorum iurisperiti, antiquitatis ex instituto, *sopbi*, *sapientesque* sunt nuncupati. Fuit (inquit Pomponius) *maxima scientia Sempronius, quem populus Romanus σοφὸν id est sapientem appellauit; nec quisquam ante hunc, aut post hunc, hoc nomine cognominatus est*. Neque vero *sopbi* cognomen Sempronius accepit, ob magiam, vt fingit ille, qui parum aduertit scientiam civilem apud Græcos vsurpari σοφία: apud quos etiam *sapientes septem nihil fuere, quam legumlatores, bonique viri vt Dicaarcheus est auctor*. Denique, *L. Acilium Romani appellauere sapientem, quia prudens in iure civili putabatur*. Ipse etiam Ennius, iurisprudentiam sapientiæ donat nomine hoc loco,
Pellitur e medio sapientia, vi geritur res
Non ex iure manu confertum, sed mage ferro,
Rem repetant.

Vbi quidem manifesta est formula iurisconsultorum, vt Ennii carmina solam iurisprudentiam adspicere videantur. Non defendam

dam pluribus ab ambitione iurisconsultos, quorum a partibus est Aristoteles, cum statuit, *ciuilem prudentiam esse principem, & architectonicam omnium artum, atque disciplinarum.* Non enim aliud ille superius de sapientia dixit. Et vero plerique censent in allata definitione iurisprudentiæ, *notitiam, atque scientiam sumi ex πρῶτης σοφίας, neque distingui ab arte: etenim scientiam, cuius ibi fit mentio, vocari artem apud Vlpianum, non quod effectiua sit, ut artes quas appellant mechanicas, sed quod & practica sit, quando quidem eius finis non est inanis contemplatio, sed actio, qua in usu, praxique forensi maxime cernitur.* Sed apud Cuiacium *scientia distat ab habitu.* Contrariorum enim eadem est scientia, non idem habitus, ut cui nota est bona valetudo, nota est etiam mala, sed qui habitus est bona valetudinis, non idem est mala. Ergo *scientia iusti, & iniusti, liciti, & illiciti, equi, boniue, definitur, cum ius dicitur esse ars boni, & equi.* Cum vero iurisprudentia dicitur esse diuinarum, atque humanarum rerum notitia iusti, atque iniusti scientia: *equidem definitur habitus animi, Etenim animi habitus alii consistunt in voluntate, alii autem in intellectu.* Vlpianus ergo cum definisset *iustitiam voluntatem perpetuam, & constantem, bisque verbis ostendisset, illam esse habitum voluntatis, quia omnis habitus par sibi semper, ac immobilis, motuue difficilis existit, ille inquam cum fecisset istud, adiecit iurisprudentia definitionem, qua ostenderet eam esse habitum intellectus, & animo comprehendendi.* Nam scientia nomen in illa definitione accipitur pro scientia, qua inhaeret subiecto, siue confidet in mente hominis. Alia autem est scientia, qua abstrahitur a subiecto, quale est ius, siue scientia boni & equi. Postremo distat *ars dialoctica, a dialectica scientia, per se existit ars, etiamsi nemo ipsam percipiat. Scientia vero in homine est. Atque ista distinctio, artem boni, & equi, siue eius secernit a iurisprudentia.* Sic Cuiacius eos refutat, qui iurisprudentiam cum iure miscentes, adiunt Vlpianum iurisprudentiam definire, vbi ius definit & contra. Statuimus ergo nos, ut philosophis, & naturæ, sapientia est duplex, contemplatiua & actiua, sic iurisconsultis alia est iurisprudentia contemplatiua, siue *scientia iurisprudentia: alia vero actiua, siue ars iurisprudentia.* Hæc proprie ius dicitur, illa autem proprie iurisprudentia. Cumque sapientia actiua, quæ in hominum communis tuendis per iustitiam maxime cernitur, præferatur sapientiæ contemplatiuæ: patet iurisprudentiæ, præstare ius ipsum, quod

a iustitia nomen accepit, perque illam versatur in propugnanda hominum utilitate. Cæterum Vlpianus iurisprudentiam definit, iusti atque iniusti scientiam, quia iurisprudentiæ finis est iustitia, nec alio sine diuinis, humanasue res explorat, quam ut iustum, ab iniusto separet. Iam vero ius dicitur, ars quia nihil est ars, quam collectum quiddam ex præceptis; priuatum autem ius dicitur collectum ex naturalibus aut gentium, aut ciuilibus præceptis. Deinde C. c. de O. ars est eorum qua sciuntur: capita vero iuris omnia, scientia siue iurisprudentia, continentur. Denique Cicero duas artes ait esse ciuiles atque forenses, iuris scientiam, & eloquentiam. Sed enim isthic scientia iuris dicitur, pro iuris arte, siquidem scientia nomine ars, etiam significari potest. Ius porro interdum accipitur pro ea re quæ iuris arti subiacet, siue pro bono, & æquo. Bonum autem separatur ab æquo, quod bonum sit mali, æquum autem iniqui priuatio, sed alioqui tanta est ytriusque coniunctio, nequeat ut æquum esse quidquam nisi & bonum sit & e contra. Iam æquum a licito distat, quia æquum est, quod etsi non capiatur legibus, bonum tamen iustumque videtur: quod vero per leges licet, hoc appellatur licitum. Eadem porro ratione discerni potest iniquum, ab illicito, qua licitum ab æquo, separatur. Sedenim ius, quod accipitur pro æquo & bono est duplex. Vnum semper omnibus hominibus bonum, æquumque, sicut est naturale ius, id est commune omnium gentium quod etiam ratio, & æquitas naturalis sæpe dicitur. Alterum autem aliquibus tantum hominibus atque temporibus bonum, & æquum, sicut est ciuile ius. Etenim hoc ubi prauum videtur, & iniquum ad æquitatem, & rectitudinem a iudice inuestitur. Prætor etiam illud sæpe corrigit & emendat. Quid quod alia lege lata, vel desuetudine obliteratur? Denique scribit Paulus, de iure ciuili. Altero modo ius dicitur, quod omnibus, aut pluribus, in quacunque ciuitate utile est. Quibus quidem Pauli verbis congruunt ista Liuii, nulla lex satis commoda est omnibus, id tantum queritur an pluribus, & in summam proficit. Cæterum Paulus iuri ciuili recte annectit ius honorarium, istud enim ius, vna vox iuris ciuilis est, siue ius ciuile subsequitur. Sedenim honorarii iuris nomine, ut prætorium, sic etiam Ædilitium, Consulare, Tribunitiumque ius significatur. Plerumque tamen per excellentiam ius honorarium, pro prætorio accipitur.

l. 1. §. 5. ff. de iust. & iur. C. c. de O. rat. 2.

Idem Brut.

Cuiac. ad l. 1. ff. de iust. & iur.

l. 1. ff. de iust. & iur.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur.

ff. eod. Liu. de bell. Ma. 4.

Paul. l. 2, de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

Paul. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 8. ff. eod. l. Seiu. ff. de test.

tur. Nihil porro diximus, de sapientia exercitationis, quia exercitatio sapientiam eandem habet, quam natura, Philosophia, atque iuriconsulti. Superest igitur, ut exponatur ea morum cura, quam suscipiunt iuriconsulti, & vero quoniam id facit ad naturæ, ac Philosophiæ placita, de quibus postmodum, (placitis enim mores instruuntur) dicendum breuiter de morum cura, quam natura, & philosophia videntur habere.

CAPVT XV.

De morum cura, quam natura, Philosophia, iuriconsulti que suscipiunt.

QVANTVM natura conferat ad bonos mores inde satis intelligitur, quod animo semina probitatis inseuit ut diximus, nosque in rectum genitos si emendari velimus iuas. Atque ut natura seminibus illis mores instruit, sic Philosophia præceptis. Etenim *facere docet philosophia non dicere. Peccatur aliquid ait Seneca pratipientium vitio, qui nos docent disputare, non vivere: aliquid discentium, qui propositum afferunt ad præceptores suos, non animum excolendi, sed ingenium. Ita qua philosophia fuit, facta philologia est.* Ergo non philosophos efficit, sed philologos, verborum scientia: vnde *Cleanthes interrogatus, cur olim in paucis philosophis, plures enisissent, quam eo tempore, respondit: quoniam opus olim exercebatur; hoc vero tempore verba.* Præclare quidem agebat Pacuius.

Seneca 2. de ir. 13.

Idem epist. 20

Idem epist. 108,

Stob. serm. 80.

Ego odi homines, ignaua opera, philosopha sententia.

Quid enim est philosophia? certè animi morborum, & affectionum medicina, vel uti scribit Tullius, sanitas animi. Exgo inanis, & vana est, philosophia oratio, qua nullam affectionem in homine curat. Quomodo nullus est usus medicina, nisi morbos repellentis a corpore: ita nec philosophia non auerentis mala animi. Denique philosophia hoc digna nomine, mores instruit præceptis. Sed præcepta philosophiæ mores informantia, variam habent rationem, pro diuersa ratione finis, quem sibi philosophus quisque pro-

Plut. de inist. puer.

Stob. serm. 80.

Sen. ep. 20. proponit. Ecce enim Stoici hoc exigunt, *ut ad legem suam quisque vivat*, quod quidem pertinet ad Chryssippi de fine sententiam, quippe nihil aliud est ad legem suam vivere, quam *secundum naturam suam vivere*, ut habet Seneca. *Communis quidem natura, communis lex dicitur Chryssippo ipsi, & aliis; propria ergo lex iisdem, natura est propria.* Sicut autem Stoici morum præcepta suo ex fine repetunt, ita reliqui etiam philosophi, itemque iurisconsulti, ut patet ex præceptis tribus iuris, quæ iusticiam adspiciunt uniuersam. Cæterum iurisconsulti, legumue latores, hac parte differunt a philosophis, qui legibus operam non accommodarunt suam, quod ad probitatem duntaxat hortentur, illi autem præcepta commendunt spe, metue, quibus ut ait Lucianus quasi tyrannis duobus, agitantur homines, & potentissime ad faciendum concitantur. *Magna quidem pars mortalium potius necessitati, quam rationi, facilius panis, quam honesto obsequitur. Multitudo non abstinere a vitiis ob turpitudinem, sed ob supplicium: quippe vitam perturbationibus habet obnoxiam; dolorem fugit, amatque voluptatem; postremo notionem eorum, quibus honesti, vereque iucundi sunt homines, tam parum animo exprimit, quam parum, vel labris attingit primoribus.* Cum ergo pauci hoc lucrentur ex philosophia, nullis legibus commissa, sanctaque: ut sponte faciant, quod plerique, legum metu exsequuntur, propterea inquam merito, & pœnarum terror, & præmiorum spes, philosophicis præceptis adiicitur. Denique dixit eleganter, prudenterque Plato metum, ac pudorem ciuitatis esse custodes. Ipse quidem Aristoteles ait, *non idem forsitan est bonum videri esse, ac bonum esse ciuem.* Tullius etiam habet callidum potius, quam bonum hunc quem pœnæ, ac præmia bonum efficiunt. Sedenim meo quidem iudicio, quod licitum, id etiam æquum est, ut Cuiacijs probat; & vero perfecte bonus est, qui sola ducitur honestate, & virtutis ergo culpam fugit: verumtamen aliquatenus etiam est bonus, qui præmio, & pœna, in probitatem inlectitur, Cæterum naturæ seminibus, item philosophiæ præceptis, legumue minis, aut remunerationibus, accedere debet exercitatio, ut bonorum morum, integra constet ratio.

Numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit.

Quis

*Quin res, atas, usus semper aliquid oportet noui
Aliquid moneat, ut illa quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in expediendo repudies.*

Sedenim instituendæ exercitationi, conferunt primo exempla, tum prisca, tum noua. Nam opus est iis, ad quos mores nostri Sen. ep. 11. seipsi exigant, nisi ad regulam praua non corriges. Conferunt deinde illi eidem rei, bonorum consortia, quippe nulla res magis animis honesta induit, Id. ep. 94. dubiosque & in prauum inclinantes reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio: paulatim enim descendit in peccata, & vim preceptorum obtinet, frequenter audiri, adspici frequenter: occursum mehercule ipse sapientum iuuat, & est aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias. Neque vero tantum consuetudo bonorum virorum, sed etiam frequens de iis cogitatio plurimum Idem ep. 2. iuuat, exercentem se virtutis in studio. Igitur aliquis vir bonus eligendus est: ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante viuamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus, qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus,

CAPVT XVI.

*Superiorum collectio. Quid vera philosophia, Ipsam
apud Romani iuris auctores extitisse.*

HACTENVS probatum est naturam, & artes ingenuas parum ad sapientiam, virtutem, bonosque mores conferre, sine philosophia, & exercitatione. Præterea explicatum, cui sapientiæ, ac virtuti studeant iurisconsulti, quamue morum curam suscipiant. Et istud quidem ita tractatum est, ut facile sit intelligere ex dictis, quomodo natura, philosophia, & exercitatio conferant ad virtutem, sapientiam, atque mores probos. Itaque superest, ut concludatur, iurisconsultos habere quoddam genus exercitiæ, vel quod idem est veræ philosophiæ. Nam vera philosophia, est firmitas, fides, atque sinceritas. Plat. epist. ad Veritatis & actionis idem est principium. Quantum temporis, quibusdam verborum cauillatio eripit, & captiosa disputationes qua irritum exercent? Atque vicinam disputationes ista, tantum non prodesse? Arist. 10. Arist. 5. eud. 2. Sen. ep. 45. non. Hoc manifestum est comminui, & debilitari generosam indolem in Idem ep. 48.

E

[istas

illas angustias coniectam. Igitur operi indulgenda est philosophia: ut tamen semper in animo virtus, ac sapientia vel maior, vel æque magna sit, quam apparet in opere, & æsculum imitetur.

Phil. omni.
vir. bon. eff.
lib.

--- *Que quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.*

Antisthenes quidem virtute preditum censuit habere instar ponderis gravissimi, quod uti levis est insipientia; sic paribus librata momentis, confirmataque prudentia, gravitatem habet maximam: inde profecto Moyses, attribuit sapienti ponderosas manus, ut indicaret actiones debere minus extra prodire, quam firmo mentis inniti

Vlpian. l. 1.
de iust. &
iur.

auticio. Que cum ita sint verissime Vlpianus scripsisse videtur. Ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet, iustitiam namque colimus: & boni, & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu panarum, verumetiam premiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram, nisi fallor, philosophiam non simulatam affectantes. Cuius

Senec. epist.
39.

Plat. in Eu-
thyd.

Arist. 2.
met. 1.

quidem orationis omnes supra exposuimus partes, conclusio autem est: iurisconsultos veram affectare philosophiam. Sedenim videri possit Vlpianus philosophiam usurpare, pro sapientia. Senecæ enim philosophia, sapientia amor & affectata dicitur. Sæpe autem philosophia, cum sapientia confunditur. Sed quoniam Vlpiani fermo præcipue spectat ad Romani iuris auctores, apud quos, vel apud nullos olim fuit vera ista philosophia, placet (ut alibi etiam sæpe faciemus, ob id quod diximus modo) illos in

Cic. 4. ep. 3.

exemplum, isthuc afferre. Testis est igitur Cicero Sulpicium ab initio ætatis, summæ omnium doctrinarum studiosum fuisse: omniaque que a sapientissimis ad bene viuendum tradita essent, summo studio curaque didicisse. Antistii vero Labeonis libertas in agendo tanta, ut no-

l. 2. §. 47.
de or. iur.

luerit cum offerretur ei, ab Augusto consulatus, quo susceptus fieret, honorem suscipere. Eiusdem etiam in loquendo generositas huiusmodi, ut Augusto iam principe, & rempublicam obtinente, ratum tamen, pensumque haberet, nisi quod iustum, sanctumque esse in Romanis antiquitaribus legisset. Hæc inquam vnde manarunt ad Labeonem, si non e vera philosophia? Equidem Aristonimus illè Chius, de

Gelli, 13. c.
12.

phi-

philosophica oratione sic sensit. *Quemadmodum mel gustu sane dul-*
ce, mordet ulcera, & sanat: ita sermo philosophicus. Eusebii vero
 est illud. *Fiducia loquendi ab animo libero, & veritatem amante pro-*
cedit. Denique apud Senecam, *qui se philosophia subiicit, & tra-* Sen. ep. 1.
didit, statim circumagitur. *Sapientia est liberale studium, quo vere li-* Idem ep. 88.
beros facit, & artium sola liberales sunt, imo verius libera, quibus a-
nimi virtus est. Maxime porro intelligimus a philosophia, liber-
 tatem accepisse Labeonis animum, eo quod, libertate utere-
 tur ille, in retinendo iure antiquo. Facebat igitur Gellius, qui
 recordari illam attribuit, & audiatur Pomponius. *Labeo (inquit)* Pompon l. 2.
ingenii qualitate, & fiducia doctrina, multa inuolare studuit. Non a §. 17 ff. de
 gora de cæteris Romani iuris auctoribus, ne longior sim hoc lo- or. iur.
 co. Sed Labeo quidem, & Sulpicius longe plurimis discipulis,
 authore Pomponio præfuerunt, vnde iis æstimandis esse pos-
 sunt quod, solent esse castella, diiudicandis aquis exinde ma-
 nantibus.

Cæterum sic adhuc tractauimus veram iurisconsultorum phi-
 losophiam, vt facile sit intelligere omnem eius rationem. Vbi e-
 nim de fine, ac sapientia dicebamus, advertere fuit, tangere nos
 præcipuas illius causas. Etenim in præcipuis rei cuiusque causis,
 est finis; & forma ac vero philosophiæ dat esse sapientia. Cum
 vero de morum cura agebamus, opinor visi sumus, effectum phi-
 losophiæ eiusdem attingere. Iam proprii, similibus, dissimili-
 umue rationem proposuimus, dum naturæ, & philosophiæ ad-
 iunximus finem, sapientiam, morumue curam. Postremo qui-
 bus sit placitis vera iurisconsultorum philosophia, generatim in-
 telligitur ex fine, sapientia, morumue cura quam diximus habere
 iurisconsultos. Sed tamen vt perfectior sit cognitio eiusdem phi-
 losophiæ, sigillatim quoque de placitis eius agendum esse videtur.

CAPVT XVII.

Quid placita: aut quotuplicia sint. Vnde sua iuriscon-
consulti hauriant.

DIXIMVS sapientiam in contemplatione, & actione versa- Sen. ep. 94.
 ri, sed enim contemplationem institutio tradit, actionem admo-
 nitio;

- nisi: & institutio quidem decretis, admonitio vero præceptis continentur. Decreta porro non aliud sunt, quam *axiomata, effata*, & *δὲγματὰ*, ut vocant Stoici; & nobis vel decreta licet appellare, vel *scita*. Apuleius etiam *consulta* reddidit. Cæterum ea sunt velut aliquæ leges ac generalia quædam capita, quibus omnem doctrinam admetiri, vel perpendere promptum est. Fixa vero firma, & velut militiæ signa, vi quavis propugnanda sunt, inde
- Tull. or. 4.* Tullius, *decreta philosophi vocant, δὲγματὰ*, quorum nullum sine scelero prodi potest: cum enim decretum proditur, *lex veri*, relique proditur. Sane delitescit in decretis nonnulla vis, quæ feminis modo multifariam exserat se, & explicet, ubi foecundum nacla est ingenium. Hoc interest inter decreta philosophia, & præcepta, quod inter *elementeæ*, & *membra*: hac ex illis dependent; illa & horam cause sunt & *omnium*. Quamvis argumentis collectum, sit qua bona, qua mala sint, nihilominus habent præcepta partes suas: & prudentia, iustitia, officia constant, officia autem, præceptis disponuntur. Denique nihil interest inter decreta philosophia, & præcepta: nisi quod illa generalia præcepta sunt. Atq; ut pedis vñus in aperto est, tegitur autem cor, atque spiritus ipse, cui debetur pedis agitatio; sic abdi, velarique mentibus imbecillis decreta videntur; præcepta vero, sensus humanos incurere: quo fit etiam, ut animos magis afficiant, & ampliori cumulent vtilitate. Cæterum & ipsa quoque responsa iurisconsultorum, inter consulta, & placita numerari debent. Etenim sæpius est legere, placuit
- l. 31. ff. de prudentius: post multas varietates placet.* Quid quod apud Cicero-
ouig. nem iurisconsultus dicitur, *ciuitatis oraculum*? Eius ergo senten-
l. 8. ff. de a- tias, nos vocemus effata: nam Cornificius habet, *aperte fatur di-*
lim. leg. *no*, ubi *ditionis* nomen oraculum sonat, ut isto Pacuuii loco.
- l. 9. ff. ad l.* *Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet.*
fac. l. 7. ff.
de iur. &
dot. l. 4. ff.
de lib. &
postb.
l. 5. §. 1. ff.
de leg. 2.
Cic. de nat.
deo. 1. Corn.
ad.
Hæran. Pa-
eu. ap. Non.
Cic. de leg. 1.
- Effata porro, placitane sua iurisconsulti, non aliunde petunt quam ex natura, & philosophia: nam exercitatio placitis non aliis est quam quibus natura, philosophia, atque Iurisconsulti. Sciendum est vero, naturam animis humanis igniculos quosdam subministrare: id est propensiones, ac iudicia nonnulla, quæ mortali- bus communes notiones ingenerant. Quippe *hominem Natura* non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus tamquam satellites attribuit, ac nuncios rerum plurimarum, obscuras, nec satis apertas intelligentias inchoavit. Sed intelligentia, seu notiones eiusmodi ob-

scure, per philosophiæ placita illustrantur. *Notionem appello (inquit Tullius) quod Græci, tum ἐννοιαν, tum πρᾶξιον dicunt: ea est infusa, & ante percepta, cuiusque forma cognitio enodationis indigens. Vbi quidem enodatio philosophiæ placita significat, itemque vltimæ exercitationis. Proba natura (siebat Zeno) mediocrem exercitationem, præceptoremque candidum natura, facile ad perfectam comprehensionem virtutis quadit. Denique Epicæto auctore, causa malorum omnium, hominibus est, non posse communes notionem, aptare singularibus. At enim earum aptatio, ex philosophia ediscitur, fitque per exercitationem. Intelligimus ergo hanc, philosophiæ placitis ista autem naturæ notionibus esse iungenda, ut acquiratur per sapientiam virtus, & exercentur. Vnde cum iurisperiti habeant in vsu virtutem, oportet hauriant a naturæ notionibus, & philosophiæ placitis genus omne placitorum.*

Laert. Zeno
Φύσις δὲ
ἐσθλῆς
με εἶεν
ἀσχηπὴν
προσλα-
βῆσα ἐπι-
τε τὸν
ἀφθόνως
διδάσκον-
τα, ῥαδίως
ἐρχεται
πρὸς τὸν
τέλει αὐ-
ταίτητες
τῆς ἀρε-
τῆς.

CAPVT XVIII.

De lege generatim.

ERGO per naturam iurisperiti notionibus instruuntur, quia vero ad meditationem, actionemue nos natura genuit, illæ notiones decretorum, præceptorumque vim, & robur obtinent, apud iurisperitos, quibus etiam sapientia, & actiua, & contemplatiua est. Sed tamen in puluere, conflictuque negotiorum plus elucet opera iurisperitorum. Et vero præcepta magis (ut dicebamus) vtilia sunt. Itaque potius hac, aliave parte operis nostri, præceptorum, vel naturalium, vel aliorum mentionem faciemus, quam decretorum. Equidem præcepta naturalia, lege naturali continentur, de qua priusquam agamus, placet de lege generatim dicere. Lex græcum nomen inde habet, quod suum cuique tribuat, & quia illam *vitiatorum emendatricem esse oportet commendatricemque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducitur.* Et corte appellatio latina, est a legendo, seu deligendo quod agendum, vel omittendum. Denique lex definitur, *Var. de long. norma mensuræ actionum, iuxta quam inducitur aliquis ad agendum, lat. s.D. Tb. vel ab agendo retrahitur.* Item quadam rationis, ordinatio, ad bonum 4.90. a. 1.2.

Cic. de leg. 1.

Var. de long. lat. s.D. Tb. 4.90. a. 1.2.

commune, au eo qui curam communis s habet p̄ umulgata. Lex est, ait Papinianus, commune præceptum, virorum prudentium consultum; delictorum, quæ sponte, vel pignorantia contrahuntur coer-

Papinian. l. citio: communis reipublicæ sponso. Vbi Papinianus commune præ-
1. ff. de iur. & iur. ceptum vsurpat, eodem sensu, quo antiquus sane iurisconsultus

Capito, generale iussum: & vero non in singulas personas, sed ge-
neraliter, lex constituitur, vt differat a priuilegio. Nam singulare
ius, ita quidem nuncupatur, at profecto commune est: defini-
1. 6. ff. de tur enim, quod contra tenorem rationis, propter aliquam utilita-
leg. tem, auctoritate constituentium introducitur, & recipitur in ciuitate
communiter, eiusmodi est Senatus consultum de assignandis li-
bertis, ius libertatis, conditionis & vsucapionis. Addidit vero
Papinianus, sponte, vel ignorantia, vt significaret, corrigere, &
coercere legem non ea tantum quæ dolus admisit, sed etiam quæ
casus, error, & culpa. Nam qui per errorem in commissum in-
cidit, cogitur dependere fisco, vel publico, vestigal in duplum,
1. vlt. §. 1c. ff. de publ. si commissas ipso iure merces vult recipere, tenetur quoque in du-
plum, vel castigatur extra ordinem, qui ædes aut aceruum, casu
1. 9. ff. de aliqno vsit. Denique Papinianus legem vocat, communem reipu-
incend. rui, naufr. blicæ sponsonem, quia cum sit commune præceptum, debet etiam
esse communis sponso. Leges, ait Iulianus, nulla alid ex caus. nos
1. 32. ff. de leg. tenent, quam quod populi iudicio receptæ sunt.

CAPVT XIX,

Lex tripliciter accipitur.

VT superiora plane intelligantur, sciendum est legem tribus modis accipi, primum quidem iuxta substantiam suam, deinde vero vt legislatoris in mente, voluntate, ac imperio residet, denique; vt apud eos est, quibus obseruatur. Legis autem substantia est, vt regula siue norma sit, qua regantur humanæ actiones, atque constringantur. Enimvero quid fieri debeat, vel omitti, lex aperire, debet, ac impellere etiam ad agendum, vel ab agendo deducere. Nec interest, legis obligatio nascatur, ex ipsa rei natura, (quod fit, in lege naturali) an vero

vero (sicut in ciuilibus contingit legibus) ex voluntate, ac potestate superioris. Denique *legis virtus est, imperare, vetare, permissere, punire.* Hæc porro norma, quæ dicitur lex, nihil aliud est, quam illud, quod humana mens agendi consiliis intenta, composito quodam modo considerat. Exempli gratia istud. *Furtum est fugiendum.* Regula est, quam nostra mens ita intuetur, vt intelligat furti maculam, pariterque à moribus amandandam iudicet. Iam vero lex in legislatore, ille actus est, quo iudicat, vult, & imperat; hanc eamue normam viuendi obtinere. Etenim in legibus, & præcipue ciuilibus requiritur, vt legislator sapienter, prudenter intelligat aptam esse bono communi, regulæ alicuius institutionem. *Lex iniusta, non est vera lex: sapientis est leges condere: & ait sapientia, per me reges regnant, & legum conditores, iusta decernunt.* Voluntas autem, & imperium, quæ desiderantur in legislatore, pertinent ad eius auctoritatem, atque potestatem. Non enim legitime vult legislator, aut imperat: nisi vel imperare possit, vel etiam velle. Est vero imperium, quasi explicatio, signumque voluntatis, quoniam ipsa non patet, nisi ope, imperii, & promulgationis. Denique si legem spectamus in iis, quorum est parere legi: mentis est agenda tractantis iudicium, quo illa censet hanc, illamue regulam viuendi, obseruandam esse, sicut præscripta est, atque promulgata. Vn e patet, legem vltimo hoc modo spectatam, intellectus esse, non voluntatis effectum. Nam quæ legislatorem adspicit, habetque vim obligandi, partim voluntatis est, partim etiam intellectus. Ergo huc pertinet istud: *Qui facit voluntatem patris mei.* Id est, qui legem nomothetæ illius maximi non violat. *Item hoc: Quod principi placuit legis habet vigorem.* Sed eos, qui diuinæ legis obsequio se manciant, istud adspicit. *Præceptum domini, illuminans oculos.* Cæterum intelligitur ex dictis occupari legem, in humana moribus flectendis ad probitatem: deinde vero colligitur promulgationem illius esse necessariam. Non enim lex hominis dirigit, nisi eis perspecta sit. Sedenim vsus, ad rationem promulgationis, in humana lege, requirit, vt ipsa fiat solemniter, signoque proposito. Nam signum, principis voluntatem aperit, ritus autem sollemnis indicat pondus adesse auctoritatis, qua mancipemur legis obsequio. Diuina porro lex solemnitate non indiget.

1.7. ff. de leg.

proverb. 8.

15.

Mat. 7. 21.

Inst. de iur.

na. gen. ciu.

ciu.

Ps. 19. 9.

diget, sicut humana. Quippe duplici persona princeps videtur indutus, vna quæ priuata sit, & reliquis hominibus illum adæquet: altera, quæ publica, & ab iisdem illis eum segreget. Itaque vt pateat autoritate publica principem sancire aliquid: ritui publico debet id testatum relinquere. DEus autem citra solemnitates consequi potest, vt intelligamus ipsam diuina vti potestate. lam vero lex naturalis promulgatur ope ratiocinationis, quam

D. Thom. 9. 7. art. 4. ad 1. Apo. Rom 2. Psalmogra. Psal 47. Dominic. Sor. 1. de in. & iust. q. art. 4. e. ad hac de postu. pra. D. Thom. 9. 80. art. 3. Esach 34. 2.

natura mentibus inserit. Hinc Apostolus ait naturalem legem, inscriptam esse cordi. Psalmographus vero: *Multi dicunt, qui ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Quælibet porro lex, quando sufficienter est promulgata, non tantum eos tenet, quibus innotuit, verum etiam ignorantes: quia legis obligatio, legislatoris ex voluntate metienda est. Ipsa vero lex naturalis omnes homines ab incunabilis tenet, non quidem, vt eam tunc, (quoniam adhuc sunt destituti vsu rationis) verum vt suo tempore, seruent. Quippe obligatio ista manat, ex natura rationali, quæ a natiuitate existit in hominibus. Cæterum intelligitur etiam ex superioribus, esse tantum communis, aut eius, qui præest communitati, ferre legem, quia lex bonum commune adspicit, & obligat homines: quod quidem extremum solius est autoritatis. Iusta ergo lex communi inseruit bono; & tyrannidem illi affectant, qui potestate suprema abutuntur, vt propriis commodis studeant; *Vae pastoribus*, ait propheta, *qui pascebant semet ipsos: nonne greges a pastoribus pascentur?*

CAPVT XX.

De lege æterna.

GENERALEM legis cognitionem exquirentibus, occurrit ipse fons legum, id est æterna lex. Igitur manibus, vt ita dixerim lotis in ea, ad cæteras leges aggrediemur. Legem æternam esse patet, quia sicut ratio diuina, cum creat omnia, rationem habet ideæ: sic omnia cum regit, vicem, vigoremque legis accipit. Sed æterna lex, cum sumitur pro regula

la quadam ad agendum accommodata, quæ est æternæ, seu necessariæ veritatis, & cui per naturam obligamur: in varia legum æternæ genera diuiditur. Sunt enim plurimæ leges æternæ similes huic, (exempli causa) *DEus est colendus*. Cum vero accipitur lex æterna, pro diuinæ mentis actu, quo indicat DEUS eandem illam regulam, esse obseruandam, obseruarique vult: profecto est ratio, secundum quam DEUS, res flectit omnes, orbemque temperat. Licet autem eadem lex æterna considerari possit in hominibus, qui obsequuntur illi: tamen hoc iuxta loquendi modum videtur incongruens. Ista enim regula, *DEus est colendus*, potest in nobis esse, quia nostro proponi animo, & haberi ab eodem tamquam obseruanda. Sed nec isto quidem pacto, lex æterna dicitur, verum naturalis, quia non viget in nobis ab æterno, tantumque per lumen naturale promulgatur. Cæterum lex æterna DEI legislatoris in mente, si rem adspicimus, ab idea, providentiæ diuinæ non distinguitur: si vero nostri conceptus modum intuemur, distat ab idea, tum quod idea faciendæ rei conceptus est, lex autem gubernandæ: tum vero etiam quod idea non habet ullam voluntatem obligandi. Sed differt a providentiæ lex æterna, quoniam providentiæ ad singulares, in singulari protenditur, aliter nempe Carolum adspicit, aliter Paulum: vna autem eademque lex, vniuersum genus humanum amplectitur: & vero obligat, quod neque ipsa præstat providentiæ. Legi ergo æternæ simul omnia obsequuntur: quamquam obsequii non vnus est modus. Rerum enim artifex *nititur a fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*. Sed ea, quæ rationem legis habent, propriæ cognitionis, ac iudicii via, ducuntur ad æternæ legis obsequium: quæ vero carent ratione, per naturales impetus, eodem promouentur. Vnde fit, vt istis imposita sit parendi necessitas, illis autem libertas relicta: & vero lex æterna, tantum apud angelos, & homines, rationem legis obtineat. Nam DEUS quidem æternæ legi non subiacet, quia nulli inferior est, ideoque nec ab yllo regi potest. Deinde vero conceptus diuinæ mentis, a diuina substantia non secernitur: supra se autem, est nulla res. Postremo lex gubernat actiones, sed actio DEI, qua diuinas producit ipse personas, naturalis est, ac necessaria, quamobrem æternæ legi non subiicitur magis, quam actio,

actio, quæ idem in rebus ipsis libere operatur. Huic enim actio-
 ni, nihil addidit DEum. Aeterna porro lex, DEi legislatoris in
 mente spectata, fons & origo est, legis naturalis, vt in homine
 ipsa consideratur. Enimvero lex naturalis hoc modo conside-
 rata, nihil est, nisi recta ratiocinatio, quæ censet, verbi gratia,
DEum esse colendam, quæ regula est æternæ veritatis. Illa autem
 ratiocinatio, fluit a ratiocinatione, quæ DEus ab æterno vidit,
 idem esse seruandum. Nostra enim mens, diuinæ est participa-
 tio quædam, & imago, propterea iudicium nostrum, vbi rectum
 est, iudicio DEi congruit, ab eoque proficiscitur. Sed æterna,
 naturalisue lex, secundum suam spectatæ substantiam, & vti æ-
 ternæ veritatis regulæ, prorsus inter se conueniunt, nec vna,
 principium est, atque fons alterius. Iam diuina, vel humana
 lex, in homine spectata, manat ab æterna lege, quatenus ipsa
 in DEo reperitur. Illa enim ratione, lex diuina rectum est iudi-
 cium, quo concludimus, viuendi regulas a DEo præscriptas, ob-
 seruari debere. Istud autem iudicium, diuino iudicio congruit,
 ab eoque profluit. Quod vero pertinet ad humanam legem, po-
 testas humana, quæ legem condit humanam, a potestate diuina
 manat, etenim *omnis potestas a DEo est*. Deinde autem, iudi-
 cium, quo videmus, hoc illudue omittendum, aut faciendum,
 quod fieri, relinquere homines voluerunt; diuino conuenit et-
 iam iudicio, & ab eodem procedit. Denique diuina, vel huma-
 na lex consideratæ secundum suam substantiam, siue vt quædam
 sunt regulæ, prodeunt ab æterna lege, simili modo spectata. Quo-
 niam ex eiusmodi regula æterna, *DEus est colendus*, exeunt aliæ
 omnes regulæ, quæ pertinent ad cultum DEI. Item ex ista, *ne-
 mini facienda est iniuria*, effluunt in humanam societatem, multi-
 plices normæ viuendi cum hominibus.

Rom, 13, 1.

CAPVT XXI.

De lege naturali.

LEX naturalis continet ius naturale, quod supra definiimus, Sed theologi, a iuriconsultis in eo differunt, quod naturale ius appellant, id quod, ex insita vi naturæ, in omnes emanat homines: ius autem gentium, quod iisdem ex generali consensu populorum, est commune. Nam rationalem naturam volunt, ex sua substantia, ius naturale nancisci: gentium vero, vt ciuili degit in communitate, & republica. Cæterum sicut id, quod est, primo se offert, ac proponitur intellectui: ita bonum, voluntati; Quidquid enim mens percipit, illud habet rationem eius, quod est: & quidquid voluntas appetit, rationem boni. Vt ergo primum meditantis animi principium, ducitur ex eo, quod est: concipiturque hoc modo. *Idem non potest, simul esse, & non esse.* Sic primum agenda recolentis animi principium, manat a bono, & tale est: *Bonum est persequendum, & malum fugiendum.* Atque ex isto quidem præcepto generali, proficiscuntur alia præcepta naturæ. Huiusmodi porro præcepta, perpetuo constringunt vinculo, nec vumquam abrogantur: etenim profluunt a ratione reela, quæ numquam variatur. Sed tamen illa ipsa præcepta, nonnihil per opinionem falsam, prauamque peccandi consuetudinem, deleri queunt. Inde enim ista: *Obscuratum est inspiens cor eorum. Tenebris obscuratum, habentes intellectum, alienati a visa DEi, per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum.* Alia porro præcepta naturæ, casibus dumtaxat aliquibus obligant: vt illud, quo nex vetatur hominis, tantum enim non licet occidere, priuata auctoritate, & vbi necessaria minime est defensio. Alia vero præcepta naturæ, numquam non obligant, qualia sunt de periurio, cultu idolorum, & reliqua.

Igitur mundo tamquam alicui reipublicæ præest DEus per æternam, vt expositum est, legem:

*O stelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nexus solio,
Rapido cælum turbine versas:*

F 3

*Boët. metr.
3. l. I.*

Legem-

*Legemque pati sidera cogis,
 Tu frondifera frigore brumæ,
 Stringis lumen breviora mora,
 Nihil antiqua lege solutum
 Linquis, propria stationis opus,
 Omnia certo sine gubernas.*

Rebus autem omnibus, natura bonum proponit, ad idque illas refert, hinc *bonum est, quod omnia appetunt*: sed quomodo natura, bonum omnibus proponat rebus in homine licet, videre, ac placet. Nam quidquid inest cæteris rebus, hoc complectitur homo.

CAPUT XXII.

Præcepta naturæ.

ITAQUE homo speciem reipublicæ illius mundanæ exhibet, cum sit microcosmus, & quem in mundo locum DEus obtinet, hunc in homine animus. Sedenim homo, cuius rei concurrat, in naturali hoc præcepto. *Conseruanda est substantia, in se suisque rebus est obssendum.* Quæ vero sensu conuenit animantibus, homo: imbuitur præceptis eiusmodi: *Generandum est. Educanda est proles.* Quoniam porro fruuntur ratione mortales, ideo per naturam habent præcepta, quæ veram DEi cognitionem, humanamque societatem, vel ignorantie fugam, & iniuriæ adspiciant. Igitur naturale est, vt nihil non appetat conseruationem sui, procuretue ipsam, tum propagando se, tum aduersa fugiendo, complectendoue amica.

*Omne adeo genus in terris, hominum ferarumque
 Et genus æquorum, pecudes, piæque volucres,
 In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.*

*Arboribus varia est natura creandis,
 Pullulat ab radice aliis densissima silua,
 Ut Cerasis, vlmisque: etiam Parnassia laurus.*

Par-

*Parua sub ingenti matris se subiicit umbra ,
Quin & caudicibus sectis, mirabile dictu
Truditur, e sicco radix oleagina ligno.*

*Triste lupus stabulis maturis frugibus imbres,
Arboribus venti.* —————

*Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix fæto pecori.* —————

Cæterum fugit, aut insequitur, quidlibet homo cum ratione: reliquas autem res, naturæ quidam impulsus, instinctusue promouet ad omnia, remouetque ab omnibus. Item aliquo impetu cæco feruntur alia in propagationem sui, atque in coitum, sed homo ductu rationis id facit, vnde *mattimonium* dicitur. *Ius naturale*, inquit Vlpianus, est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium: sed omnium animalium, que in terra, que in mari nascuntur, eadem quoque commune est. Hinc descendit maris, atque foeminae, coniunctio, quam nos *mattimonium* appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censerit. Ergo ius non tantum est insita ratio, ductusue rationis per naturam insitus, sed etiam quod rationi consequens atque proximum est, licet ratione non fiat, aut ducatur, aut administratur, verum innata quadam facultate, atque vi. Proxime ad rationem accedit naturalis, & communis animalium impetus, quo rapiuntur ad copulam: quod porro tale est, vt rationi iuriue sit proximum, id quodammodo ius existit. Ex *Juliano*, si qua in re ius deficit, id custodiri oportet, quod proximum est iuri. Certe iuri naturali, tribuitur coniunctio maris & foeminae instituta ad procreandum, procreatio liberorum & educatio, iniuriæ propulsatio. Ista autem sic propinqua sunt mero iuri, vt eorundem pleraque adscribantur iuri gentium, quatenus scilicet ratione reguntur. *Florentinus* quidem, sentit ex iure gentium esse, vt vim atque iniuriam propulsemus: nam iure hoc euenire, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Sed tutelam *Florentinus* intelligit inculpatam, siue cum modo pari, æquoue susceptam. Si enim defensionem æqua-

*Vlpian. l. 1.
§ 3 ff. de
iur. & iur.*

*Julian. l. 1. § 2.
ff. de leg.*

*Florent. l. 3.
ff. de inst. &
iur.*

lem, & remotam a culpa, si modum detrahimus, iniuriæ, visque propulsatio, ex iure naturali est communis omnium animalium. Similiter porro matrimonium est coniunctio maris, & fœminæ, non tamen est commune omnium animantium. Etenim matri-

l. 1. ff. de iur. d. b.

monium est coniunctio cum ratione, & fide suscepta; itemque eo voto, vt firma, stabilisue permaneat. Huiusmodi vero coniunctionem bruta nullam habent, nec enim rationem aut fidem habent, non etiam coniunctionem firmam & indiuiduam. Ergo, vt ait Cicero *ius naturale est commune omnium Quiritium, sed distat homo a bellua, quod bellua sensu moueatur, homo ratione*. Quia porro matrimonium: ad naturale, gentiumue ius pertinet, inde

Paul. l. 14. §. 2. ff. de rit. nupt.

Paulus. *Nec vulgo quesitam filiam, pater naturalis potest uxorem ducere: quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius, & pudor inspiciendus est: contra pudorem est autem, filiam uxorem suam du-*

l. 220 §. 3 ff. de ver. sign.

cere. Sedenim, vt liberorum procreandorum animo, & voto, duci debent vxores: ita etiam alendorum, & educandorum.

Alioqui dabitur vita, vt eripiatur, & per beneficium apparebit affectata crudelitas atrocissima. Cuius enim immanitatis est, benefacere, vt maleficii sit potestas? *Necare porro videtur, non tantum is, qui partum præfocat: sed & is, qui abiicit, & alimonia denegat.*

l. 4. ff. de agn. lib.

Nihil interest occidat quis, an causam mortis præbeat. Equidem animalia, (vt Ælianus ait) prolis amica sunt, eoque hoc magis, quo maiori sœua feritate. Pertinent huc poëtæ ista:

l. 14. ff. ad l. Cornel. de sic.

*Tempore non alio, catulorum oblita leana
Sæuior errauit campis, vel funera vulgo,
Tam multa informes vrsi, stragemque dedere
Per syluas, tam sæuus aper, tum pessima tigris.*

Neque vero non sunt homines, hac re similes animalibus. Prævi enim, crudelesque homines, caritate sunt in liberos præcipua. Quippe se, suaque eo vehementius diligunt, quo magis ob ingenii peruersitatem, a cæteris alieni sunt. Cæterum in bonis viris erga liberos indulgentia nimia reperiri potest. Cum enim omnibus comes, humanosque se præbeant, difficile est, vt minime vergant in liberos nimia facilitate, propter affectionis pondus, quo communiter, priuatimque in eos inclinantur. Propterea credo sapientissimi Romanorum, filios dedere patribus educandos. Enimvero non carent generis caritate patrum, paternam autem in-

indulgentiam, in alienis liberis non habent. Cicero quidem *Cicer. pro ait. Fuit in hac causa, pertristis quidam patruus.* Horatius vero: *Calli.*

Ne sis patruus mihi.

Ea igitur educatio liberorum, esse debet, ut virtutis an orem, cultumq; insinuet. *Non ideo* (ait Augustinus) *laudo quod liberos habes, sed quod eos virtutibus erudis: ut enim tibi nascerentur fecunditatis fuit, ut viverent felicitatis: ut bene educarentur voluntatis.* Denique in liberorum conseruatione, virtutis propagationem non minus quærere debemus, quam memoriam nostram. Hanc quidem in alendis, suscipiendisque liberis, maxime quærimus, ut eleganter Callistratus scribit hoc loco; *Filios, filiasue concipimus, ut ex prole eorum carumne diuturnitatis nobis memoriam, in animum relinquamus.* *Callistr. l. 220. §. 3. ff. de v. sign.*

CAPVT XXIII.

Præcepta Naturæ, hominibus per rationem insita.

QUOD ratio naturalis inter homines constituit, id apud omnes peraque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes viuunt. Id autem, ius, quo gentes humane viuunt, a naturali recedere, facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit. Cæterum hoc idem ius dicitur naturale, præsertim vbi cum solo iure ciuili componitur, ius enim ciuile, ius positione est. Sic ergo Paulus ait: *Ius pluribus modis dicitur, vno modo, cum id, quod semper æquum, ac bonum est, ius dicitur, ut ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vile est: ut est ius ciuile.* Imperator autem: *Iure naturali quod sicut diximus, appellatur ius gentium.* Triphoninus etiam: *Si tantum naturale, & gentium ius intuemur.* Denique naturalis origo contractuum dicitur, item naturalis æquitas, & naturalis obligatio, pro æquitate, & obligatione profecta ex iure gentium. Naturalis enim obligatio (cuius in iure mentionem habemus frequentissimam) nulla ex illo naturali iure profluit, sed ex isto, seu gentium iure. *Is natura debet,* ait Paulus, *quem iure gentium dare oportet, cuius sedem secuti sumus.* Igitur obligatio, qua seruus domino tenetur, aut seruo dominus, manat ex iure gentium; alias enim obligari

Gai. l. 9. ff. de iustit. & iur. l. 1. §. 4. ff. eod.

Paul. l. 11. ff. eod.

Instit. de res. diu. Triphon. l. 3. ff. de pos. l. 1. ff. locat. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de ir. ast. pecun. Paul. l. 84. ff. reg.

brua

J. 4 ff de
iust & iur.

bruta possent. Cum ergo nulla cum brutis sit communis obligatio: nulla venit etiam ex communi iure cum brutis. Seruitus demum introducta est iure gentium, sed seruo superfuit *hominis* nomen, quod sicut *animalis* est naturale. Personam licet nullam gerat in ciuitate seruus; quoniam persona ciuilis est appellatio, nec ciuili iure potest ille quidquam: nihilominus ut homo natura, sic naturalis capax obligationis, esse dicitur. Ius enim gentium libertatem sustulit, non vetuit tamen obligari seruos: iuris hoc ciuilis additio est. Cæterum quod iuris est naturalis, id esse iuris gentium, non contra, ex dictis intelligitur. Profecto plerumque ius gentium pugnat cum iure naturæ, ut seruitus est iuris gentium, libertas autem ex naturali iure proficiscitur; omnia quippe animantia nascuntur libero.

Phil. de
gram &
pœn. aut. 8
quad. ad Mo-
na. c. 1. Ci-
ter. Tuscul.
I. de nat.
Deor. 2. A.
post. ad Rom.
I. Nazianz.
or. 2. de the-
ol. Tertull.
apol. c. 17.
Cyprian.
tract. de
vun. do.
Psalm. 18.

Iam vero ex gentium iure, seu naturali ratione, homines præceptum hauriunt primum, de religione erga DEum. Equidem *natura mortalis*, ait Philo, *scire potest: Deum esse, non tamen esse talem, cum enim bono ipso sit melior: antiquior, puriorque ipsa unitate, non potest alius, quam sibi parere, & considerari.* Licet porro intelligi possit eum esse, tamen omnes non intelligunt illud, aut peiore via intelligunt. Etenim aliqui DEum esse liquido pernegarunt; aliqui dubitarunt: nonnulli etiam potius more maiorum, quam ratione ducti, religionem veram collocarunt in superstitione. Qui autem scientia duce peruenerunt ad DEum, isti (ut vulgo dicitur) ex inferiore hoc loco, ad nubes profilierunt. Cum enim isto in orbe versarentur, quasi bene conformata in urbe: circumspicerent vero terram arboribus, animalibusque refertam, irriguam aquis: vento temperatam, & reciprocis anni tempestatibus; Sole demum, Luna, & aliis sideribus circumseptam: cum inquam fruerentur hoc mirabili spectaculo illi, cogitare cœperunt, tam magnificas, præclarasque res, rectorem habere, quandam orbis artificem: quia lex natura, vult opificem curare opus. Qui autem citra rerum opem, ipse se pronexit ad cognitionem DEI, ille inquam adscribi debet numero sanctorum DEI famulorum, huic enim carissimus extitisse videtur. Inter eos porro fuit, qui Chaldaica Israel nuncupatur, Græca autem ὁσὼν θεῶν, hoc est, DEum videns, sciensue, non qualis est, verum quod est. Deum enim esse aperuit Israeli, non terra, non cælum, sed Deus ipse, ita Sol, per solum agnoscitur. Solem, & ipsa luce, lux adspicitur. Quos-

quos DEi cognitionem affectant, per inspectionem rerum, & coniecturam, probabilisue rationes: si similes videntur quærentibus naturam unitatis, per dualitatem, cum istius illi sit origo, & proinde ab eadem illa sit incipiendum. Sed, quibus est curæ veritas, quæ ipsam adeunt ope DEi: cognoscunt si DEum, sicut ex lumine, lumen inspiciunt. Cæterum ex cognitione DEi, orta est religio erga DEum, quam nulla gens non habet innatam. Quæ enim est natio tam barbara, quæ non susceperit anticipationem, & metum DEI, itemque usum simulacrorum? hoc autem dicitur religio. Nam religio est cultus DEI, nomenque habet a relinquendo, quod *Sabin. apud Gel. c. 9.* nullus audeat attingere rem religiosam; vel etiam a relegendo, ut Cicero voluit, quod qui religione ducuntur, retractant diligenter, & eligunt, quæcumque ad cultum DEI pertinent. Vel denique, ut Lactantius habet a vinculo pietatis, quo DEus homines sibi adstrinxit. *Plotin. 9. Ennead. 9.* Verissime igitur, Plotinus ait, *animum in habitu naturali constitutum, amare diuinitatem.* Neque vero tantum amant naturaliter homines DEum, sed etiam colunt, & quædam obseruant religionem.

CAPVT XXIV.

De iurisiurandi religione, & obligatione.

PERTINET ad religionem iusiurandum, id enim continet in se metum diuini numinis. Quippe vbi iuratur, testimonium Dei accipitur in alicuius dicti confirmationem. Denique Vlpianus ait. *Quod si deferente me iuraueris & Vlpian. l. 21. absolutus sis, postea periurium fuerit adprobatum: Labeo ait, de ff. de dol. dolo actionem in eum dandam. Pomponius autem per iusiurandum transactum videri, quam sententiam & Marcellus libro octavo digestorum probat: stari enim religioni debes. Equidem iusiurandum pro transactione, & pacto cedit apud Romani iuris auctores. Sed & si seruus meus (ait Vlpianus) delato, vel relato iurando, iurauis rem Domini esse, vel ei dari oportere: puto dandam mihi actionem, vel pacti exceptionem, propter religionem, & conuentionem. Scribit autem Paulus. Iusiurandum speciem trans-* *Paul. l. 2. ff. actionis cod. add. l.*

§. 9. ff. cod. *actionis continet, maioremque habet auctoritatem, quam res iudi-*
Cuiac. 22. cata. Denique pacti & iurisiurandi vis eadem est. Vtroque mo-
 obf. 7 l. 11. §. *do tollitur actio iniuriarum, quæ descendit ex ratione naturali: i-*
 1. ff. de in- *tem quæcunque obligatio ex eadem ratione promanat. Vbi et-*
 iur. l. 95. §. *iam pactum non seruetur, ibi nec iusiurandum. Seruetur au-*
 4. ff. de so- *tem vtrumque exceptioni, quoniam ex vtroque naturalis obliga-*
 lut. l. 7. §. *tion nascitur. Et inde contra omnes custodiri debet vtrumque.*
 16. ff. de *Paulus quidem ait, de iure iurando. Qui iurasse dicitur, nihil re-*
 pact. *fert cuius sexus, ætatisue sit, omni enim modo custodiri debet ius-*
 Paul. l. 26. *urandum, aduersus eum, qui contentus eo cum deserres fuit.*
 ff. de iur. *Quamuis pupillus non videatur peiorare, quia sciens fallere non*
videatur. Vbi quidem Paulus alludere videtur ad solemnia iuris-
jurandi verba hæc. Si sciens falso me Diespiter salua vrbeque, ar-
ceque, bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Cæterum ex dictis in-
 Sext. fomp. *telligitur, iusiurandum habere religionem, obligationemue na-*
 Plaut. autul. *turalem, & inde nos commode illius, hoc loco meminisse.*
 Polyb. hist. 3.
 add. Cuiac.
 2. obf. 21.

CAPVT XXV.

De obsequio in parentes, & patriam.

HOMINES etiam secundum corpus participes videntur
 immortalis, mortalisque substantiæ: mortalis, quia mor-
 tale corpus habent, immortalis autem quia generant.

Cum vero generant ministri efficiuntur DEÏ: ergo num-
 quam fungemur officio in eum qui minime apparet, id est Deum,
 si non fungimur in parentes, quos humani compago corporis
 præbet intuendos: Spernit ille dominum, qui ministrum. Ali-
 qui certe penitus inflammati pietate, omnes vitæ partes, famula-
 tui diuino mancipant, quidam in fouenda societate humana stu-
 dium quodlibet ponunt. Sed mentem suis absolutam numeris,
 hæc, & illa vitæ ratio facit. Qui porro humana negligunt, nec
 bonis, aut malis immærent, ad lætanturue alienis; ac deinde cul-
 tum Dei non complectuntur: ii ferarum videntur induisse natu-
 ram. Sedenim inter eos principem crudelitatis locum obtinent,
 quotquot eos, quibus acceptam referre debent vitam, loco,

pre-

pretioque nullo reponunt. Equidem ii, hominum, Deique sunt inimici: dum impietate feruntur in eos, qui Deo obsecundantes, vitam illis tribuerunt. Cui hominum bene velint posteaquam nihili æstimant parentes, a quibus omnia ceperunt, quosue contingunt proximo societatis gradu? Igitur hominum, Deique cultum, & obseruatiam, adspicit præceptum de parentibus obseruandis. Et pietas quidem erga liberos, educatio, cura, custodiaque liberorum est ex iure naturali; pietas autem erga parentes, honor, & obsequium iis dandum, manat ex gentium iure. Sed enim honorare debemus parentes quoslibet. *Vna est omnibus parentibus seruanda reuerentia, & ab omnibus liberis. Etiam militibus pietatis ratio in parentes constare debet. Item inter colliberos matrem, & filium, pietatis ratio in parentes salua esse debet.* Vt autem parentum & liberorum nulla est hac parte discretio, ita nec temporum. *Liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni, videri debet.* Dicitur autem liberto, quia patronus quasi parens alter est, seruitute exempto. Contingit enim homines nasci varie. Libertinus appellatur homo nouus, quia natalibus restituitur. Inde est imperatoris *πατριγενεια*. non fortitum. Cæterum filius pietatem parenti debet, libertus patrono, etiam operas. Ergo ex dictis intelligitur, quomodo sit accipiendum, quod Pomponius scripsit, ex iure gentium esse, *ut parentibus pareamus.* Nam parere hoc loco non est dedere se patriæ potestati, quæ proficiscitur ex iure ciuili, verum est obsequi, & reuerenter habere parentes, quibus, *honorem deferre naturale quoddam pondus hortatur.*

Sed enim vt parentibus parere debemus, ita patriæ, cuius excipimur sinu, cum materno prodimus vtero. Maxime quidem, in scæminis natura dominatur; præcipuum vero suæ dominationis indicium Romæ exhibuit ipsa in illis, cum Romanæ matronæ detracta collo monilia, negatasque manibus gemmas, subministrarunt bello, atque condonarunt.

*Corpore sic toto, ac membris Roma omnibus usa,
Exangues rursus tollebat ad athera vultus.*

Igitur ex scæminis naturalem in patriam amorem, ediscere licet, ac vero Silius canit.

G 2

Suc-

*Sil. de bel.
Pun 12.*

Sil. de bell.
Pun. 8.

*Succensere nefas patriæ, nec fœdior vlla,
Culpa, sub extremas fertur mortalibus umbras,
Sic docuere senes.*

Denique Horatius.

Horat. 3. od.

Dulce, & decorum est, pro patria mori.

Pomp. 1. 2.

f. de iust. & iur.

Quod porro dixit Pomponius ex iure gentium esse *ut patria pareremus*, id etiam pertinet ad benevolentiam, qua profequi debemus, quotquot eiusdem sunt patriæ, cuius nos sumus.

CAPVT XXVI.

De propulsanda vi, atque iniuria.

POMPONIVS cum statueret ex iure gentium esse, *ut parentibus pareremus*, nihil addidit de benevolentia officii-ue, quibus profequi debemus quotquot per parentes, eundemue sanguinem, nobis deuinciuntur. Atenim quæ sint in istis partes nostræ, satis indicauit Florentinus, vbi scripsit ex iure gentium esse, *ut vim atque iniuriam propulsemus, nam iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem, homini insidiari nefas esse.* Ista quidem verba innuunt, quale sit officium cognati, in cognatum; quando quidem eiusmodi officio, Florentinus metitur officium hominis in quemlibet hominem. Profecto *vim vi repellere licere Cassius scribit, idque ius natura comparatur, apparet autem (inquit) ex eo arma, armis repellere licere.* Vis quidem alia est armata, alia inermis, sicut alia publica, alia priuata. Vtraque autem pariter ut ait Liuius, & eodem modo repellitur, quo est illata. Sedenim vitæ vis iniicitur, pudori iniuria, qualis est stuprum, puod alii quis inferre vult. Florentinus vero quia nefas sit hominem struere insidias homini, tacite exprimit fas esse insidiis obsistere: adhibita tamen ratione, & æquitate, præsertim vi experiendo contra vim, ex continenti. *Eum igitur (ait idem) qui cum armis venis, possumus armis repellere, sed hoc confessim,*

non

non ex interuallo. Tuitio fit in ipsa concertatione, post congressum ultio: vlciscendi vero ius nequaquam est, sed tuendi. *Il- lam enim solum,* (inquit Paulus) *qui vim infert ferire conceditur, & hoc si tuendi duntaxat, non etiam vlciscendi causa factum sit.* Denique præfens dolor ex improviso si quid extorquet, hoc facile excusatur. Equidem vim inermem male repelleremus armata, verum armatam probe quibuslibet armis refellimus. Nec enim si pugione quis aggreditur me, necesse habeo pugionem potius, quam ensem, opponere. Cæterum insidiæ quas hominum vnus alteri struit, nefariæ sunt, exemplo insidiarum; quas cognatus a-
 liquis alteri facit. De istis quidem insidiis Papinianus habet, *Do- nationem patris bonorum proxima cognata viuentis, nullam fuisse constabat, verum ei qui donauit, ac postea iure prætorio successit, quoniam aduersus bonos mores, & ius gentium festinasset, actio- nes hereditarias in totum denegandas respondit.* Vbi certe Papi-
 nianus contra bonos mores, gentiumque ius censet esse præfesti- nationem, qua cognatæ viuentis, & ignorantis successio donatur. Hæc enim præfestinatio inducit ad audendum quidlibet in cogna-
 tam, cuius ex morte speratur aliquid. Insidiarum autem procu- ratio, structione nulla cognatis fieri potest, quin boni ciuitatis mores, & gentium ius lædatur. Nam & eodem iure gentium, ne-
 fas est homini hominem insidiari, hæc ratione, quia cognati sunt. Equidem sicut in cognatis, ita in omnibus hominibus prohibetur
 votum captandæ mortis alienæ, spesque successionis præmatura, & nefaria vt Seneca dixit & *acerbissima,* vt Iustinianus appellat. *Improbum esse Iulianus existimat eum, qui sollicitus est de viui here- ditate.* Tantum porro abest, vt cognatum offendere liceat, vt etiam eius iniuria *ad dolorem nostrum, iniuriamque nostram porri- gatur.* Postremo *lex Pompeia parricidii, capite primo eos adpre- hendis; qui parentes, cognatosue, aut patronos occiderint.* I-
 gitur quo iure parentes patronique censentur, eodem etiam co- gnati, quoue cognati, eodem homines.

Paul. l. 45. ad l. aquil.

Papin. l. 29. §. 2. ff. de don.

l. 2. §. 3. ff. de his quib. & indig. l. vult. c. de pact.

l. 1. §. 21. ff. de collat. l. vlt. c. de pact.

l. 2. ff. de lib. caus. l. 1. §. 4. ff. de accus.

CAPVT XXVII.

De seruitute, & bello.

l. 4. ff. de iust. & iur.

Lactant. inst. 4.

Tertull. in Marc. 1.

Idem in aplog. add.

Sen. ep. 47. Fest 53. ff.

lica. 2. 8.

l. 195. § 2. & §. 3. ff. de v. sig. Gai.

l. 196. ff. deod. Triphon 1.

64. ff. de cond. in deb.

SERUITVS quoque & manumissio, profecta est ex ratione quadam naturali, siue ex iure gentium. Vt liberos parentibus patere ius est, ita dominis seruos. Pater quidem, & dominus, idem est filio, sed tamen, proprie *domini* nomen timendæ potestatis est, *pater* vero pietatis. Stulte (ait Tertullianus) *dominum* appellas, *negas timendum, cum hoc nomen potestatis sit etiam timende.* Scribit etiam idem, *gratius est nomen pietatis, quam potestatis.* Vnde seruos potius adspicere videtur appellatio domini: quamquam & serui, & liberi continentur eadem domo, sintque sub eodem domino, seu principe, vt Gaius dixit, & monarcha, vt habet Aristoteles, qui œconomiam, ait esse monarchiam. Ergo *vt libertas naturali iure continetur, sic dominatio ex gentium iure introducta est,* hoc scribit Triphoninus. Atenim seruitus orta est primum ex præliis, captiuum enim quem occidere poterat, si seruasset aliquis, æquum erat, ipsi deseruire illum, quamdiu libuisset. Quippe nullo pretio vita redimitur. Vnde mirum nequaquam si libertas nullo quoque pretio æstimabilis, pro illa dependebatur.

Bella porro iusta tantum, a gentium iure manarunt, quid enim a naturali ratione magis alienum est, quam bellum iniuquum? iusta autem bella sunt, quibus iniuriam reipublicæ illaram persequimur, quia ius ciuile deficit, & manu, ferroque res peragenda videtur. Publicum ergo consensum bello accedere oportet, cum publice intersit bellum suscipi. Publicus autem consensus, in populo, vel principe residet, vnde Vlpianus: *Hoftes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano, ceteri laurunculi, vel prædones appellantur.* Marcianus autem: *Lege Iulia maiestatis tenetur, & qui iniussu principis bellum gesserit.* Pertinet porro isthuc, quod Liuius ait: *Eum agere iure gentium, qui queritur de legato pulsato.* Si quis enim missum belli causa legatum, pulsasset, id contra rationem factum existimabatur. Sancti ergo fuere legati, quorum mos erat, ne quis eos violaret, ferre segmina, a quibus sancti venit appellatio.

Vlpian. 24. ff. de cape.

Marcian. 1. 3. ff. ad l. Iul. maie.

Liu. 1.

l. 8. §. 1. ff. de iur. rer.

tio. Cæterum iusta bella suscipi non tantum debent, sed etiam geri. Haud igitur acerbe, vel usque ad internecionem tractabitur hostis, haud lædetur fides interita data ad inducias, aliam rem.

CAPVT XXVIII.

De gentium discretione, & constitutione regum.

VT gentium iure bella sunt introducta, sic discretæ gentes. Ratio quippe naturalis minime tulit omnium confusionem gentium. Itaque pro linguis, regionibus, atque moribus, distinxit illa gentes, & constituit nationes. Sedenim in nationibus quòque discreuit patritios, siue nobiles a plebeiis. Inde Liuius: *Communicato consulatu plebi, ea re turbatum fuisse ius gentium.* Iam vero gentibus necesse fuit etiam præfici reges, qui iura redderent, rerumque potirentur. Ergo regna sunt condita iure gentium. *Omnes (ait Tullius) antiquæ gentes quondam paruerunt regibus, quod imperii genus primum ad homines iustissimos, & sapientissimos deferebatur, deinde etiam posteris prodebat.* Et vero regnum posteris præditi iustissimum, quia posteris præsumuntur in virtute similes ei, cui honor ille delatus est. Cæterum iure gentium, regia potestas filio regis natu maximo cedit. Vnde apud Liuium, natu maior ita minorem alloquitur: *Iure spei tuae obstat ætas mea, obstat ius gentium.* Ut autem ea tantum bella sunt iuris gentium, quæ iusta, & legitima; sic etiam iuri gentium deputantur ea solum regna, quæ iusta, & pia sunt. Apage ergo a gentium iurè tyrannidem, & monarchiam, quæ duo vocabula plerumque accipiuntur in malo, neque sunt iuris gentium. Quid est regnum? Potestas, quæ secundum leges, atque ex populi voluntate suscipitur. Monarchia vero, est tyrannis, quæ dominatur, & subigit inuitos. Regni finis est communis utilitas: monarchiæ propria. Reliquas autem regni, & monarchiæ differentias persecutus est Aristoteles.

l. 5. ff. de iust. & iur.

Liui. 7.

l. 5. ff. de iust. & iur. Tull. de leg. 3. add. Arist. Polit. 3.

Sallust. coni. Cæcilin. l. 6.

l. 6. Infirm. 32.

l. 5. 7. Liui. 40.

Arist. Polit. add. Polit. 6.

l. 1. polit. 3. 4.

CAPVT XXIX.

De distinctione Dominorum: positione terminorum: collocatione ædificiorum: & commercii institutione.

DISCRETIS gentibus, regnisque conditis: in regno, & gente qualibet, iure gentium distincta sunt dominia, & termini agris positi, & ædificia collocata. Inde ergo tot rationes domini iure gentium acquirendi. Sedenim uti ex illa dominiorum distinctione factum est, ut agris termini ponerentur, & in suo quisque ædificaret: ita ex ædificiorum collocatione, & coniunctione secutum est *commercium*: quo quidem verbo, non solum significatur emendi, vendendique ius inuicem, sed mutus quoque congressus, ac sermo. *Natura* (scribit Quintilianus) *præter cætera animalia, indidit pectoribus nostris, societatem quandam, quæ mutuo gaudere congressu, contrahere populos, contrahere vrbes educuit.* Commercii porro, quod contractus adspicit, tot sunt species, quot contractus. Unde Hermogenianus recte ait, ex iure gentium, esse *commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes instituta exceptis quibusdam, quæ a iure civili introductæ sunt.* Sed intelligendum est commercii species esse, & manare ex gentium iure, etiam commodatum, societatem, depositum, item mutuum, & ipsos contractus innominatos. Item quasi contractus, & maleficiæ, quasiue maleficia: hæc enim etiam contractus habentur & inuitos obligant. Sedenim quod ait Hermogenianus: *obligationes instituta*: loqui videtur de obligationibus, quæ pariant actionem, quæue sunt efficaces, & utiles. Nam obligatio, quæ iuris gentium est, nec actionem parit; non est proprie obligatio, sicut indicat Iulianus. Diocletiani, qui, quidem & Maximiniani verba sunt: *In vendentis, vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non astringit necessitate contrahentes obligatio nulla est.* Denique *obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluenda.* Igitur institutas gentium iure obligationes dixit Hermogenianus, quarum

*l. 5. ff. de
iust. & iur.*

l. 5. ff. cod.

*Hermogen.
l. 5. ff. cod.
add l. 1.
§. ult. ff. de
contr. emp.
l. 1. ff. locat.
l. 7. ff. de
pact.
l. 7. ff. de
pact. §. ius
autem gen-
tium. inst.
de iur. nat.
gens.
l. frer. ff.
de re iudic.
l. 1. c. si
adu. del.
Iulian.
l. 16. §. 3. ff.
de fideiuss.
l. 13. c. de
contr. emp.*

rum origo cum causa, & effectu, statim extitit, produxitque actionem, omnibus populis consentientibus. Quas vero obligationes, certa lex fecit efficaces, hæc potius ad civile ius pertinent, quasi primum tunc introductæ sint, cum lege confirmatæ sunt; separantur autem ab aliis obligationibus, quæ gentium iure & civili sumserunt statim effectum. Cæterum, quod diximus, maleficia gentium iure introducta esse, intelligitur id etiam inde, quod Ulpianus ait, *Probra quedam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more ciuitatis, ut puta furtum, adulterium natura turpe est.* Et vero adulterium natura probum est, quoniam matrimonium natura stabilitum est. Furtum autem natura etiam probum est, quoniam dominia sunt distincta natura, similiter porro natura probum est, homicidium, lætrocinium, frausue, (vt ait Tullius) item testimonium falsum, & alienæ rei desiderium, quia homini, hominem insidiari nefas esse, natura comparatum est,

Ulpian. l. 42. ff. de verb. sign. add. l. 1. §. 3. ff. de furt. Lactan. epist. 6. Tull. de off. 1.

CAPVT XXX.

Traçtationis de naturali lege coniectio, atque explicatio.

Pœna natura. Natura de amicitia.

ITaque generi animantium omni est a natura tributum, vt se, vitam, corpusque tueatur, declinet ea qua nocitura videntur, omnia vero, qua ad viuendum sint necessaria inquirat, & paret. Commune item animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quedam eorum, qua procreata sunt. Sed inter hominem & belluam hoc maxime interest, quod hac tantum, quantum sensu mouetur, ad id, quod presens est, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum, aut futurum. Homo autem, qui rationis est particeps, conscientia cernit, principia, & causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, & rebus presentibus adiungit, atque adnectit futuras: facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam preparat res necessarias. Eadem quoque natura vi rationis, hominem conciliat homini, & ad orationis, & ad vitæ societatem: impellitque vt hominum cæcus & celebrari inter se, & a se obiri velit.

H

Ac

Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hac est, in qua omnium rerum, quas ad communem usum hominum natura genuit, est seruanda communitas: ut quæ distincta sunt gentium iure, & ciuili, ita teneantur, ut sit constitutum, cætera sic obseruentur, ut in Græcorum prouerbio est, amicorum esse communia omnia. Sed enim societas propior est eiusdem gentis, nationis, lingua: interius etiam est, eiusdem esse ciuitatis. Arctior vero colligatio societatis propinquorum, ab illa enim immensa societate generis humani; in exiguum angustumque concluditur. Nam cum sit hoc natura commune omnium animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio: proxima in liberis. Deinde una domus, communia omnia. Sequuntur fratrum coniunctiones: post consobrinorum subrinorumque. Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: sanguinis enim coniunctio, & beneuolentia deuincit caritate homines. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmitior, quam cum viri boni moribus similes, sunt familiaritate coniuncti: In quibus enim sunt eadem studia, eadem voluntates, in his fit, ut æque quisque altero delectetur, ac seipso; efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putauit, ut unus fiat ex pluribus. Sed cum omnia ratione, animoque lustrauerimus, omnium societatum. Nulla est gratior, nulla carior, quam ea, quæ cum reipublica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates, patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Cæterum ubi contentio quadam & comparatio fit, quibus plurimum tribuendum sit officii: principes sunt patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus: proximi liberi, totaue domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibus cum, communi, etiam plerumque fortuna est. Item amici, quos similitudo morum coniungauit. Hoc igitur ordine Natura vult subuenire homines, hominibus, hoc iustos esse cum eis, cum quibus aliquo societatis gradu sunt. Etenim ut illa, genus omne hominum sociavit inter se ita ad participandum alium, alio, communicandumque inter omnes: iustos effecit, ut intelligitur etiam inde, quod homines ab iniuria plurimum natura arceat. Quippe aliquo contaminati probro, penas luunt, non tantum iudiciis, quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt, & ut sint, tamen persepe falsa sunt, sed etiam agitatione furiarum, quæ inte-

idem de leg.
I.

infectantur eos, non ardentibus cadis, sicut in fabulis, sed angore conscientia, fraudisque cruciatu.

cur tamen hos tu
 Evasisse putas quos fixi conscia facti,
 Mens habet attonitos, & furdo verberere cædit
 Occultum quatiente animo tortore flagellum?
 Pœna autem vehemens, ac multo scævior illis
 Quas & Seditius grauis inuenit, & Rhadamantibus,
 Nocte dieque suum gestare in pectore testem.
 Quid pœna præsens, conscientia mentis pavor,
 Animusque culpa plenus, & semet timens?
 Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.

Juven. Sat.
 13.

Sen. Hippo.

Equidem vim conscientia exprimit Paulus hoc loco: *Quæ Paul. l. 15.*
 situm est, an is, qui maiestatis crimine reus factus sit, manumittere ff. qui & a
 possit, quoniam ante damnationem dominus est. Et Imperator Antoni- quib.
 nus, Calpurnio Critoni rescripsit, ex eo tempore, quo quis propter fa-
 cinorum suorum cogitationem, iam de pœna sua certus esse poterat, mul-
 to prius conscientia delictorum, quam damnatione, ius data libertatis e-
 um amisisse. Item Marcianus: *Marcian. l.*
 deprehenſi, metu criminis imminentiſ, mortem ſibi conſciuerunt, heredem 3 ff. de bo.
 non habent. Papinianus tamen libro decimo sexto reſponſorum ita re- cor.
 ſcripſit, ut, qui rei criminis non poſtulati, manus ſibi intulerint, bona e-
 orum ſiſco non vindicentur. Non enim facti ſcleritatem eſſe abnoxiam,
 ſed conscientia metum in reo velut conſeſſo teneri, placuit. Ergo aut po-
 ſtulati eſſe debent, aut in ſclere deprehenſi, ut ſi ſe interfecerint, bona co-
 rum conſiſcentur. Cæterum non modo ius, iuſticiaue a natura di- Cic. de leg. 1.
 iudicatur, ſed omnino omnia honeſta, atque turpia. Nam & commu-
 nis intelligentia nobis notas res effecit, eaſque in animis noſtris inchoa-
 vit, ut honeſta in virtutè ponantur, in vitiis turpia. Hac autem in o-
 pinione exiſtimare, non in natura poſita eſſe, dementis eſt, Virtus e-
 nim eſt perfectà ratio, hæc autem ad naturam (vt diximus) per-
 tinet. Bonum non eſt in opinionibus, ſed in natura, nam ni ita eſſet,
 beati quoque opinione eſſent, quo quid dici poteſt ſtultius? quare cum &
 bonum, & malum natura iudicetur, certe honeſta quoque, & turpia, ſi-

mili ratione diiudicanda, & ad naturam referenda sunt. Ergo natura docet, quid bonum, malumve sit, quid turpe, quid honestum, quid virtus, quid vitium, & simul etiam ostendit, ut vidimus, bonum, atque honestum esse prosequendum, turpe vero, & malum esse fugiendum. Denique igniculos, communesve notiones, suppeditat naturæ, quibus vitium cernamus, & reiiciamus natura, studio autem inflammato rapiamur in virtutem, quæ naturæ finis est, sicut exposuimus supra. Sed quoniam explicata sunt naturæ præcepta, quæ boni, & honesti, virtutisve prosecutionem, mali vero & probri, vitiiue fugam, item societates illas omnes, amicitia excepta, adspiciunt. Restat opinor, ut dicamus hoc loco, quid natura præcipiat de amicitia, quæ virtutis fructus est, honesti comes, boni communicatio, maliqve alieni auersio. Itaque natura præcipit, ut amicos cohortemur, consolemur, iuuenimus opera, & consilio, atque obiturgemus interdum, Plauti quidem verba sunt:

*Ego amicum hodie meum concastigabo, pro commerita
noxia,
Inuitus, ni me id inuitet, ut faciam fides.*

Modestinus. l. Modestinus autem ait: Si minores non habent eos, qui ex legibus sunt, 2. ff. qui pec. defensores, si quidem tutoribus indigent, propter aetatem, possunt petere eius add. l. 44. ff. de negot. gest. eis tutores constitui, cognati, & qui secundum affinitatem sunt, familiares parentum masculorum, & faminarum: possunt & amici parentum, & educatores ipsorum puerorum hoc petere. Hac quidem lege servatur ordo inter eos, quibus societate quadam arctiore coniungimur, per naturam institutus, atque a nobis ante propositus. Eadem porro lege amici opera, in tutore petendo admittitur. Similiter autem ius, mandato in exsequendo, recipit operam amici.

l. i. §. 4. ff. mand. Cie pro Rosc. Amer.

priuatæ (ait Cicero) rebus, si qui rem mandatam, non modo malitiosus gessisset; sui questus, aut commodi causa, verum etiam negligentius: cum maiores summum admisisse dedecus existimabant, itaque mandati constitutum est iudicium: non minus turpe, quam furti: credo propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his opera nostra vicaria fides amicorum supponitur, quam qui ledit, oppugnat omnium com-

commune praesidium, & quantum in ipso est, disturbat vita societatem. Amici porro consilium exquiritur hoc Romani iuris loco: Si ab- *l. 6. ff. ubi pup. ed.*
sens sit tutor, & alimenta pupillus desideret, si quidem negligentia, & nimia cessatio in administratione tutoris obiiciatur, qua etiam ex hoc arguatur, quod per absentiam eius deserta, derelictaque sunt pupilli negotia, euocatis ad finibus, atque amicis tutoris: praetor, edicto proposito, causa cognita, etiam absente tutore, vel remouendum eum, qui dignus tali nota videbitur, decernet, vel adiungendum curatorem, & ita, qui datus erit, expediet alimenta pupillo. Quoniam porro praepcepta, & decreta naturæ, explicat & perficit philosophia: videndum est deinceps, quomodo, vel quibus praepceptis decretisque, philosophia iurisconsultos instruat, dum naturam exponit; atque consummat. Vbi dicitur etiam, philosophorum; quæ dignitas fuerit, quæ philosophia, quæue lex; quæ vnius philosophi cum altero, in dignitate, philosophia, vel lege comparatio. Proponetur etiam, quatenus in philosophia, vel lege, cum philosophis conueniant Romani iuris auctores. Sic enim iuris studio facilius erit separatio; coniunctione placitorum philosophicorum: Et deinde electio, applicatione eorundem, ad quaestiones iuris omnes. Eo quidem animo, consilium philosophiæ placita post hac dabimus, ut intelligat iuris studiosus, quam vim, copiamue placitorum ex philosophia possit haurire: & vero illa feligat, ubi res atque ratio postulabit. Plurimum certe promissa redditur, electio rei cuiusque, dum explicatur; unde res ipsa fit, quamue cum alia re habeat rationem, & conuenientiam, siue disconuenientiam: cum etiam virorum, quibus multa sunt deferenda, vel similis, vel diuersa electio affertur. Ergo procliuus erit studioso iuris, eligere placita philosophiæ; cum tractauerimus, unde prodeant, quod modo conueniant; aut disconueniant, inter se: cum etiam apposuerimus cuique placito philosophiæ, electionem Romani iuris auctorum, quibus, quisque studiosus iuris tribuere debet, maxime.





VERA IVRISCONSULTORVM PHILOSOPHIA.

LIBER SECVNDVS,

CAP. I.

Philosophiæ definitio, diuisio.

STVDIA cogitanti varia, nullum potest occurrere; cuius dignitas, utilitas, atque suauitas tanta sit: quanta est Philosophiæ. Si enim quærimus oblectationem animi, requiemus curarum, Sapientiæ studium numquam non aliquid peruestigat ad bene beateque viuendum: si vero constantiæ virtutisque rationem expetimus, aut Philosophia ars est, aut alia nulla, per quam hoc assequamur.

- - - *Petite hinc, iuuenesque, senesque,
Finem animo certum, miserisque viatica caris.
Feruet avaritia, miseraque cupidine pectus
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes, sunt certa piacula, que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo cultura patientem commodet aurem.*

Et

Et certe Philosophiam *fuere, qui aliter atque aliter definirent, alii studium illam virtutis esse dixerunt, alii studium corrigendæ mentis, a quibusdam dicta est appetitio rectæ rationis.* Testis est quidem Plutarchus; Philosophiam Stoicos appellare *studium artis conuenientis; conueniens autem, unam & supremam virtutem:* sed isto loco virtus sapientiam significat, hoc enim eodem sensu, Posidonius dicitur *duas posuisse virtutes, contemplatiuam, & actiuam.* Tullius etiam ait; *princeps omnium virtutum est sapientia,* ipse porro Plutarchus; hanc philosophiæ definitionem, Platoni attribuit: *Philosophia est meditatio mortis.* Authorem autem Hieronymo, *primus Pythagoras dixit philosophiam, meditationem esse mortis, quotidie de carcere corporis nascentem educere animæ libertatem.* Sed idem quoque Socrati dat Clemens Alexandrinus, & addit *meditari mortem; non aliud esse, quam sensibus uelli, applicariue rebus, mente libera & integra.* Sic vero, Plato, id esse dixit. *Fugere corpus & animum in se colligere.* Hinc Apuleius. *Philosophum, inquit, oportet nihil sic agere, quam ut semper studeat, dum philosophiam esse mortis affectionem, consuetudinemque, moriendi.* Igitur definitio philosophiæ quam Pythagoras, Plato & Stoici, afferunt congruit definitioni finis, quam faciunt iidem, recte, ut enim diximus, finis est norma Philosophiæ, qualisque finis est, talis etiam Philosophia. Cæterum philosophia diuiditur in dogmaticam, Academicam & scepticam. Dogmatica sententias ac decreta constituit, conceditue quiddam, aut negat. Academicæ vero est incerta facere omnia, vel aliqua tantum probabilia; ut facultas diiudicandæ rei, numquam non remaneat. Sceptica demum nulla finit esse vel probabilia. Sed Academicæ veteris authores sunt aliquibus; Socrates, & Plato: illorum enim sententia est: cum Physica, Mathematica, cæteræue partes philosophiæ essent adhuc tantum tractatæ, & ratione magis quam ratiocinatione prolata decreta: primunt Socratem decretis adhibuisse logicam, modumque differendi partem in quamlibet. Iam Academia, quæ media dicitur, principem nouit Arcefilam, *ignorantia, ut Lactantius ait, magi strum, quippe, nihil sciri.* Constituit, protulitque in medium, celebratam illam *Εποχήν* siue assensus retentionem. Sequitur noua Carneadis, qui omnia dixit *ἀκατάληπτα* seu imperceptibilia; *sedes.*

Sen. ep. 59.

Plut. de Plat. Phil.

Laert.

Zen.

Tull. de off.

2.

Hieron.

adu. Ruff.

Clem. Alex.

Strom. 5.

Plat. Phæd.

thæet.

Apul. de

philos.

Lact. 3. c. 6.

Cic. Acad. 4.

idem Lucul. sed enim cum sustulisset iudicii rationem in nobis, falsa, verique modum in rebus esse passus est, contra quam fecit Arcefilas.

Nume. ap. Euf. 14. prap Luan. gel. idem. ibid. Cic. acad. 4. Aristocl. ap. Eufeb. 14. Quarta autem Academia Philonis fuit, quem a Carneade, & Carneadis discipulo, suoque præceptore Clitomacho recessisse, plures memorizæ prodiderunt, Numenii autem fide videtur Academicæ veteri propior. Quintam demum Academicam Antiochus Philonis auditor inuexit, euidentiæ, ac sensuum iure suscepto. Nunc vero Scepticæ philosophiæ, Pyrrho dux fuit, voluere autem Sceptici, *res ex aquo indifferentes, incertas, iniudicabiles*: eorum enim in Empirici scriptis, huiusmodi sunt verba. *Nihil definitio: rationi omni opposita ratio quædam est.* Itaque vix illos ab Arcefila distrahas, Empiricus tamen, hunc ab iisdem illis in eo distare vult, quod Arcefilas retentionem assensus, bonum esse, dicat: assensum autem, malum, idque iuxta naturam, Sceptici vero tantum iuxta apparentiam. Naturæ porro nostræ debilitatem, ac tenebras, plane si inspicimus, vereor ut quod ait Seneca. *Disputare cum Socrate liceat, cum Carneade dubitare.* Academia quidem nos componit ad modestiam, nec sinit exultare animam, & temeritate nonnulla, in errorem incidere, est etiam laude dignus amplissima finis eorum, id est *Αραξία* seu imperurbatio talis, ut ne vlla re sensibus proposita moueamur. Sed iidem ipsi nimio disputationis ardore, in absurdissima prosiluisse videntur, & reliquisse veritatem, vni prope philosophiæ dogmaticæ, pro hac ergo dabimus secundam philosophiæ diuisionem.

Senec. de breui. vit. 6. 14.

¶ CAPVT II.

Philosophiæ diuisio Secunda.

Senec. Epist. 95.

NATURÆ Philosophia consentit in eo, quod & contemplatiua est, & æliua, spectat, simulque agit. Eam autem contemplatiuam dicimus, cui scientia solus, aut præcipuus est finis; etenim *plurimum discriminis est, utrum aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit, tamen alterum sine altero non est, nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit.* Contemplatiua porro philosophia diuiditur

idem. de vit. beat. c. ult.

ditur a Peripateticis in theologiam, quæ vocatur a multis prima philosophia, resque superas corpore & materia carentes, ut Deum, Genios, & animum considerat: in physiologiam, quæ intuetur ea quibus inest materia, quæve sensu percipi possunt, puta lapides; plantas, & animalia; denique in mathematicam, cui noscuntur in corpore aliquo, res corpore nullo præditæ, quales sunt numeri, figuræ, soni, motusque cœlestes. Iam vero actiua nuncupatur philosophia, quæ finem suum in actione præsertim habet, eius autem pars alia est Ethica, hæc moribus inuigilat, viuendique modum suggerit: alia Oeconomica, ipsi cura est domus, & familia: alia demum politica, hæc societatem humanam ciuitatesque adspicit. Cæterum philosophiæ totius dogmaticæ, diuisionem breuiorem, Apuleius sic concipit, ut *naturalem, intellectualem, rationalem, moralemque* philosophiam agnoscat. Adhuc vero strictius partitur philosophiam dogmaticam, Seneca cum Stoicis hoc loco. *Philosophia tres esse partes, dixerunt & maximi & plurimi authores: moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro vero falsa sarrepani.* Igitur studium sapientiæ ad actionem, contemplationemue porrigitur, ut homo cognitis perceptisque virtutibus, a corporis obsequio recedat, & indulgentia: ut ubi cœlum, terras, maria, rerumque naturam omnium intuitus est, ea vnde generata, quo recurrant, quomodo obitura sint vidit; ipsumque illa regentem, ac moderantem pene apprehendit: in ista inquam magnificentia rerum, atque in hoc conspectu, & cognitione naturæ, despiciat ea, quæ vulgo dicuntur amplissima, ut, denique posteaquam ciuili se natum societati sensit, haud tantum subtilem disputationis modum amplectatur sed fusa quoque gaudeat oratione, hæc stabiliat leges, hæc tueatur bonos, hæc præcepta salutis, & laudis apte ad persuadendum edat ciuibus, hæc demum facta & consulta fortium, ac sapientum, sempiternis prodat vna cum ignominia improborum monumentis.

Apul. de dog. Pla. Senec. epist. 89. Laert. Zen. Plus. I. de placit. Philof. I.

CAPVT III.

De Sectis, & Scholis Philosophiæ.

PHILOSOPHIÆ secta fuit olim triplex, vetustissima quidem apud eos, quibus erat extra Græciæ, vel Italiæ fines, habitatio: postquam enim tenebras ignorantiae, peccatum offudit Adamo, & datus est locus multiplici artium generi, Sethus cui prædixerat pater, mundum aqua dein igne consumtum iri, columnas statuit, vt ferunt, duas, lapideam, quæ superesset vndis, latericiam, quæ flammis: in vtraque vero inscripsit, quæcunque hactenus excogitata erant, notaue. Et lateritia quidem exstabat adhuc ætate Iosephi, sed scientia prima mortaliū, a Noacho etiam est fulta, sexcentos enim annos ante diluuium vixerat, & ita potuit ab Adami posteris, atque a patre Lamecho, eiusdem Adami coætaneo, plurima haurire: ac vero diffudit, vna cum stirpe in Chaldæos, Ægyptios, Æthiops, Indos, Persas, Scythas, Gallos, Celtas, & quidquid aliud vsquam hominum fuit. Iudæos enim, quid exprimam? liquet habuisse scientiam iam inde a patre Abrahamo, & Moyse, ac vero etiam nouisse scholas Essæorum, Sadducæorum, Pharisæorum, qui solet esse exitus senescentis, ac pene iam delirantis philosophiæ. Iudæorum ergo, & aliorum, quos extra Italiam, Græciamue positos superius enumerauī, secta est, quam barbarorum, appellant Græci, apud quos barbari sunt, *quotquot, vt ait Plato, nullam vitæ, aut lingua communionem habent.* Sed tamen illi cultu animorum Græcos exornasse videntur. Scribit enim Clemens: *Philosophia res varie utilis olim quidem apud barbaros viguit, gentes diffuso splendore collustrans, denique etiam ad Græcos venit.* Secta porro, quæ tenuit Italiam a Pythagora duxit originem. Græciæ autem secta, in sectas abiit tres, nempe. Poeticam, Ionicam, & Eleaticam, plurimi quidem faciunt solius Ionicæ mentionem, sed clarior, distinctiorue mihi videtur ista partitio. Poeticæ igitur sectæ, in aliis principes, Orpheus, & Homerus: quamquam Orpheo nomen philosophi Laertius eripere tentat, quod vitia Diis obtrudat ea, quæ raro turpissimi hominum, & flagitiosissimi perpetrent; sed intelligimus Orpheum, vt alios poetas,

Ioseph. antiq. Iud. 3.

Clem. Alex. Strom. 1.

Laert. de vit. phil. init.

poetis, scientiæ genus omne velis inuoluisse fabellarum: & quidem Philosophi, Orphei æuo censuere augustius, vt efferretur sono grandiore sapientia: primus autem Pherecides *versuum nexu repudiato conscribere ausus, passivis verbis.* Iam Ionica prodiit *Apul. Flor. 2.*

Thalete, & septem illis sapientibus, quos Thaleti aggregant, nam *Thales primus, Philosophiam naturalem inchoavit in Græcia: primus astrologiæ secreta rimatus est.* Eiusdem porro Thaletis fuisse dicitur, Archelaus ille, quem Socrates audiit, cumque Ionica plurimum ante Socratem physicis incubuisset, ad Ethicam a Socrate prorsus adducta est, ipse enim: *Iustin. marz. aduer. gent. Laert. Tab. Sidon. carm. 15.*

————— *De naturæ pondere migrans,
Ad mores hominum limandos, transtulit usum.*

Accessit vero ad Socratem Plato, a Platone Aristotelis, & Zenonis Citici scholæ exierunt. Secta demum Eleatica, Xenophanem Colophonium habuit authorem, teste Clemente Alexandrino; nullius ille fuit auditor, vt aliqui volunt, quidam Bottonem, vel Archelaum audiisse memorant, Favorinus ait, eum a Parmenisco, & Oresta de Pythagoricis defecisse. Eleatica autem in secta, Democritus Abderites, & Epicurus, collocari posse videntur. Hæc de philosophiæ partibus, sectis, & scholis, quantum sat est ad ea, quæ sequuntur intelligenda.

CAPVT IV.

*Philosophia dat iurisconsultis præcepta, quæ continentur
lege ciuili: philosophiæ legisque ciuilis
comparatio,*

IURISCONSULTIS plurimum conuenit sapientia, quæ fertur in actionem, contineturque præceptis, quorum vim maximam philosophia suggerit, præbetque in lege ciuili, etenim *quid philosophia, nisi lex vice?* aut qui olim philosophi & *Senec. Epist. 94.* sapientes, si non vti diximus, cum de sapientia loqueremur, legumlatores? certe ciuilem legem peperere tempora, locus, & utilitas, hinc Horatius:

Atque ipsa utilitas iusti prope mater, & equi.

Habita

Theoph. 1.
inst. 2.

Habita est autem loci ratio, apud Athenienses ea lege, qua frumenti negotiatores vectigalium immunitate donati sunt, item apud Lacedæmonios iure, quo peregrini reiciebantur. Quam vero lex civilis, tempus attendere habeat, Plato docet, ubi Minocem, & Lycurgum arguit, quoniam in ferendis legibus, quid utrumque tempus pacis, & belli requireret, minus intellexisse videbantur, & fuerant magis de certamine, quam de pace solliciti. Cum tamen *quas tempora aliqua desiderant leges, mortales, & temporibus ipsis mutatas sciamus, quæ in pace late sunt, plerumque bellum abroget, quæ in bello pax.* Cæterum lex civilis hac parte philosophiam æmulatur, quæ debet tempori, loco, & utilitati; prima enim ætate culta est philosophia naturalis, tum deinde rationalis, atque moralis: naturalem vero scientiæ utilitas, rationalem, ac moralem discussus, & probitatis intulit; Stoicæ demum Philosophiæ nomen a loco datum est. Sedenim plurimum accedit ad Philosophiam, lex civilis in eo, quod sicut arctissima est conjunctio naturæ, & philosophiæ, ita etiam naturalis, civilisque legis, nam obligationem illa receptam lege, hæc pene suarum admittit in numerum, quippe facta ex obligatione eiusmodi solutio, conditionem haud parit. Deinde *naturalis, ac civilis ratio facit, ut alter possideat rem, alter a possidente petat. Vim vi repellere omnia iura permittunt. Civili iure, & naturali comparatum est, ut ille, cuius est solam, sit etiam dominus superficiæ. Ne quis sui commodi causa noceat alteri, non tantum Natura, seu gentium iure, verum etiam legibus populorum, quibus in civitatibus respublica continentur, liquet esse decretum.* Quod si lex civilis naturali aliquando detrahit, non propterea impugnat ipsam: detrahere enim, tantum est aliquid excipere, nec mutatur regula iuris, cum ab ea excipitur. Et quidem illud, in quo lex civilis naturali detrahit, spectat ad usucapionem: nam quia cognatos natura fecit homines, idcirco vetat, nequis facultates suas, aliena iactura augeat, sed civile ius lucrum ex alieno detrimento non invidet ei, quem tempore certo, bonæ fidei possessorem extitisse constat; interest enim publice, ut ne semper vacillent dominia, commodisque privatis, publica decet anteferri. Cæterum hac parte lex civilis, quandam habet rationem, qua naturali consentiat: illa enim publicæ utilitatis ratio, secundum naturam est, quæ priuatam utilitatem

§. retinenda
inst. de in-
terd. l. sci-
entiam §. qui
cum aliter ff.
ad l. Aquil.
l. ult. ff. de
superf.
Cicer. de
off. 3.

reii-

reiici patitur, ut hominum societas, cui maxime studet, salva maneat & integra. Itaque & ubi lex civilis detrahit, additue naturali, & ubi ipsam explicat, certe parum, aut nihil ab eadem recedit, sicut etiam philosophia, vestigiis semper inhæret naturæ, cuius est interpretis fidissima. Postremo cuiusque legis civilis, & cuiusque philosophiæ, finis est idem, ut exponetur, unde & utriusque eadem sapientia, morumue cura: eadem quoque præcepta sunt. Igitur lex civilis ad philosophiam pertinet, cumque ea maximam habet affinitatem.

CAPVT V.

Præcepta Decalogi.

CIVILI ludæorum, legi decalogo præiit ipse DEUS, quod naturæ lex in mortalibus erat obvoluta tenebris ignorantia, cum danda fuit civilis illa, cuius prodeunt ex naturali lege præcepta. Nam decalogus præcepta naturæ continet exposita libro superiore, capit vero etiam debita institutioni diuinæ, & in istum reiecta librum, ubi de iis, quæ DEUS, aut sapientes viri proposuerunt. Enimuero institutum dicitur hac parte præceptum, quod omnibus non liquet naturaliter, sed ex propositione DEI aut sapientum, quale istud est: *Non facies tibi sculptile.* Nam quemadmodum si quis honores regi debitos, præseis eius imperiis, non tantum stultissimus habetur, verum etiam imprudentissimus, qui nequaquam aduertat ad periculum, in quo versatur, conferendis in famulum iis, quæ domino competunt; ita qui proprium DEO cultum rebus a DEO conditis attribuit, consilii prorsus est inops & aequitatis, quod in qualibus concedat equalia, minusque hoc pacto ingerat dignitatis in minore, quam magno detrahat. Sed errant adhuc magis ii, quos imaginum cultus, statuarumue habet, fugit enim ipsos inter cetera, quod puerum minime latet, opere nempe nobiliorem esse artificem. Rectius illi pietorem colerent, aut statuarium. Spernat inanima, quisquis anima viget, Non est rationis, ut diuinum opus; humani operis cultui vacet. Sed præcepto superiori iungitur illud, non assumes nomen DEI tui in vanum. Et ratio coniunctionis huius est, quia rei, nomen adhæret,

D. Thom. q. 100. A. 1. c.

Exod. 20. 4.

Deut. 5. 8.

Phil. de

prac. de

Exod. 20. 7.

Deut. 5. 11.

vt vñbra corpori; posteaquam ergo DEI propugnatus honor, nomen est conseruandum in veneratione. Equidem iuramentum definitur, dubijs in rebus DEI testificatio, & inde probri loco reponendum videtur, vt aliquis DEum mendacii testem adhibeat, qui vero temere iurant, viam sibi struunt ad mendacium: *tanto longius a periurio quis est, ait Augustinus, quanto remotius a iuramento.* Quoniam igitur iurare loco, temporeue alieno, citra necessitatem, tandem peierare & mentiri est, hoc vero impium, & a virtute prorsus auersum, vt significabat Pindarus, cum diceret, mendacem virtuti, valedicere: Præcepto de religione, recte DEus adiunxit præceptum de iureiurando temere non faciendo. Et quidem sacri iuris nomine, donatur aliquando iusiurandum. Næuius enim:

*Ius sacratum Iouis iurandum sanguin^o. Virgilius autem;
Fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura.*

Sed facilitatem in iurando, apud Romanos a prætore naturalis æquitatis interprete repressam, hoc indicat loco Vlpianus. *Quæ ff. de condit. insit.* sub conditione iurisiurandi relinquuntur, a prætore reprobantur, promittit enim ne is, qui sub iurisiurandi conditione quid accepit, aut omittendo conditionem, perderet hereditatem, legatumue, aut cogere-tur turpiter accipiendo, conditionem iurare, voluit ergo eum, cui sub iurisiurandi conditione quid relictum est, ita capere vt capiunt hi, quibus nulla talis iurisiurandi conditio inseritur; & recte, cum er-go faciles sint nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis, alii perquam timidi metu diuini numinis, vsque ad superstitionem, ne vel hi vel illi, aut consequerentur aut perderent quod relictum est: prætor con-sultissime interuenit; etenim potius is, qui voluit factum quod religio-nis conditione adstringit, sub conditione faciendi relinquere debuit, ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes de-ficerentur conditione. Marcelli quoque verba sunt, non dubitamus, *ff. de condit. & demonst.* quin turpes conditiones remittenda sint, quo in numero, plerumque sunt etiam iusiurandi. Sed additur hic plerumque, vt intelligatur fauore libertatis, aliaue ex causa naturali, æquitatem permitte-
Vlpian. l. 12. ff. de iur. iur. c. 10, vt homines iurent, & vero habet Vlpianus. *Si quis liberta-tem, sub iurisiurandi conditione reliquerit, edito prætoris locus non erit, vt iurisiurandi conditio remittatur; & merito: nam si quis remi-*

temiserit conditionem libertatis, ipsam libertatem impedit, dum competere aliter non potest, quam si paritum fuerit conditioni. Sed præterea leges Romanæ nunquam remittunt nudas conditiones iurandi, testatur enim ita Gaius, heres esto Sempronius, si iurauerit, Sempronius necesse habet parere conditioni, præfandis eius modi verbis, testor diuinum numen, fas mihi sit eam hereditatem capere, vel, ex animi mei sententia hanc hereditatem habeo. 1. Antist. ff. de acquir. heredi.

Quæ quidem si heredis mente præfatus est, eam vim obtinent, ut hereditatem sine alia re agnouisse videatur; quod tamen aliter se habet in eo, qui cæteris conditionibus potestatiuis satisfacit: nam ei, qui hereditatem ita accepit, si decem dederit, hereditas non aliter acquiri potest, quam si post impletam conditionem id egerit scriptus heres, per quod hereditas, aut legatum acquiri solet. Cæterum licet in conditione apposta, sub iureiurando, iusiurandum remittatur, non tamen id remittitur, quod iuris iurandi conditione colligatum est. *Hæc scriptura si iuraueris se viginti daturum* (ita legimus ex Cuiacio) *aut facturum unam conditionem exprimit, habentem duas partes, quare quicumque scriptus eris sub conditione, si iuraueris se decem daturum, aut monumentum facturum, quamuis verbis edicti ad hereditatem vel legatum admittatur, tamen compellitur facere id, quod facturum se iurare iussus est, solo iureiurando remisso.* 1. 26. ff. de con. & dem. Cuiac. ibid. 5. Itaque leges Romanæ, superstitionem, siue subtilem ut appellat imperator reuerentiam, a iuraturis amoueri volunt, ubi res exigit, & vero improbant effrænatam eorum temeritatem, qui nunquam non 1. 21. c. de fid. Inst.

- - Intrepidi quæcumque altaria tangunt.

Iuuen. Sat. 13.

Ea porro præcepta, quorum hoc loco mentionem fecimus, finem ad eundem referuntur, ad quem naturæ illa, de quibus libro superiore actum est, intelligo virtutem, siue pietatem. Sed poenas quidem nullas Decalogus imponit, quia decalogi Deus auctor, præcedit sue bonitati conuenire, ut salutaria, sed panarum vacua præcepta eraderet, ne potius mortales raperentur ad consilium timoris ignorantis, quam prudentis rationis.

CAPVT VI.

Ex Philosophia, & lege ciuili Iudeorum, omnis alia lex, & philosophia, Moysis dignitas, & prologus ad legem Iudeorum ciuilem.

PRINCIPIO iurisconsultos esse admonendos ciuili Iudeorum legi, suadet eius antiquitas, & præstantia. Nullius enim legis ante ipsam facta mentio est, tuncque dumtaxat sermo de legibus fuit, cum monarchiæ in democratias abierunt, & Athenis quidem primum Draconis tempestate, post deinde Solonis: Lacedæmonie vero cum Lycurgus duos reges extruderet, Crotonæ postea, Locris, & Tarenti Quippe reges olim, rebus in omnibus tulere iudicium, sed homines tandem iugo soluere se regio, cupiitque plebs æquari diuitibus, & nobilibus, ope legis, quam Liuius surdam, & inexorabilem facit. Iam Platonis & Pythagoræ Philosophiam, a ludis esse, sancti patres docent, & Tertullianus quidem ait, *ut sciatis ipsas quoque leges vniuersas, quæ videntur ad innocentiam pergere, de diuina lege, ut antiquioris formæ mutatas. Antiquior omnibus veritas ni fallor, & hoc mihi proficit antiquitas præstructa diuina literatura, quo facile credam, thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientia, inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigauerunt, ut qua de nostris habent, ea nos comparent illis, dum nostra conantur homines gloria, & eloquentia libidinosi, si quid in sanctis scripturis offenderant digestum pro instituto curiositatis, ad propria opera verterunt, neque satis credentes diuina, quominus interpolarent, neque satis intelligentes ut adhuc subnubila, etiam ipsis Iudeis obrumbrata, quorum erant propria, videbantur: nam & si qua erat simplicitas veritatis, eo magis scrupulositas humana, fidem aspernata, mutabat, per quod incertum misuerunt, etiam quod inuenerant certum, inuentum enim tantummodo Deum, non ut inuenerant, disputauerunt, ut de qualitate, & de natura eius, & de sede disceptent, alii incorporalem, alii corporalem asseuerant, ut tam Plato, quam Stoici, alii ex atomis, alii ex numeris, ut Epicurus, & Pythagoras. Hæc Tertullianus, quæ significant omnem & legem, & philosophiam, a libris sacris esse deductas.*

Ioseph cont. Apion. Bo. din. 6. de rep. 6. Plat. Ly. 507g.

D Hieron. epist. ad Paul. Augustin. 8 de ciu. D. 4. Ambros. serm. 18. in psal. 118. Cyrill cont. Iul. Theodores. de princ. 2. Terzull. de an. c. 1. Ad. Apol.

ctas. Eorum quidem conditor Moyses, posteaquam Regis Ægyptii filia substituit eum in vices, & iura filii, regio in modo vitæ, *Phil. de vit.*
 sic versatus est, vt animum genere omni litteraturæ excoleret, *Moyf.*
 ad eum enim confluxere vicinis regionibus, quotquot peritia legum illustrabat, in aliis etiam doctrinæ generibus conspicuos, e sinu Græciæ pingua deduxere stipendia. Eiusdem vero fecesus in Arabiam quid aliud extitit, quam palæstra virtutum? equidem fuit illa ratio ciuiliſ, qua duce contemplationi, actioniue incumberet. Soceri autem grege suscepto, prælusit hominum gubernationi. quam deinde ita suscepit, vt tamen Regum fastuosas opes abiceret, Deus enim vniuersæ ipsam naturæ præfecerat, parebant elementa imperanti, vtq; mundi ciuis videretur, nullam urbem incolebat, quid quod mortalium imperua mentibus secreta penetravit? Denique vitam exhibuit imitandam, & qui futurus erat legislator, ante multo lex animata apparuit. Profecto dictum verissime ciuitates fore beatioreſ, vbi regnarent philosophi, regesue philosopharentur; est autem agnoscere in Moyse philosophicam, regiamue, dignitates, sicut & eas, quæ nomothetim, sacerdotium prophetiamue adspiciunt, etenim regis est, atque legis, imperare faciendâ, & omittenda vetare, verum vtriusque videtur etiam esse, vt humanorum, sic diuinorum inspectio, quocirca Moyſi necessarium fuit summi pontificis, munus, vt sacrificiis omnibus perfecte adimplendis, nihil non ab omnipotente Deo impetraret; deinde vero quoniam multa, cum diuina, tum humana latent homines, desideranda fuit in Moyſe propheta vt inspirante Deo, intelligeret, quæ rationis lumen exsuperant. Hic est ille virtutum chorus insignis, quo nituit Moyses, verum vt nomothetim attingamus, excelluisse illam in Moyſe constat; ideo quia multis floruit sæculis, erat enim quasi consignata naturæ sigillo, præterea nationes aliæ, quas virtutis ardor habuit, eandem susceperunt, cum tamen viderentur arbitrari, suas leges ita demum posse vigere, si spernerent alienas, & quidem olim nomothetis Mosaica, Chaldaicis in literis venustatem suam recondidit, sed vbi meditatio continua, & exercitatio, suauitatem eius gustandam, extraneis hominibus dedit, tunc eiusdem gloria vbicunque fulsit, & Philadelpho quidem iubente, in græcum versæ est illa, festiuo cum gaudio Pharos insulæ. Moyses porro, descripsit orbis opificium, ante

te nomothesi suam, credo ut significaret vnum esse patrem orbis, & verum legislatorem, deinde omnibus, qui leges habent, amplectendam esse naturæ sequelam, & mundi cuius incolæ sunt regulæ inhærendum, aliqui certe legislatorum, statim ad præcepta, pœnasque venerunt, aliqui vero sapientiores, ut videbatur, ante descriptis vrbibus, leges protulerunt sed tyranni credidit esse Moyses, ut sine exhortationibus præcepta traderentur, quam obrem legibus adiunxit prologos, epilogos, suauitatemque admonitionum, deinde vero sensit alienum a dignitate legis, ut ab vrbe mortalium manibus fabricata duceret initium, & suæ nomotheseos amplitudinem intuitus, existimauit non posse illam limitibus orbis circumscribi, factum inde est, ut ageret de mundi creatione, cuius politiam, in sua legislatione repræsentat, si enim singula Iudaicæ legis præcepta scrutamur, intelligimus ea respicere harmoniam vniuersi, Deique legi æternæ congruere. Similiter autem Moyses sua in historia docet, prospere bonis euenisse, malis autem infeliciter, quia deinde legibus pœnæ in sceleratos infligendæ erant, præmia vero conferenda in probos.

CAPUT VII.

De ciuili lege Iudeorum.

IGITVR censuit Moyses, orbem esse velut urbem amplissimam, habere sidera, ut magistratus, res infra lunam, in ære, circumue terram positas, quasi ciues; æterna autem Dei lege omnia gubernari; hanc vero legem æternam, sui consimilem reperisse in Iudeorum republica, quæ mundanam quoque imitaretur. Etenim in ea, Moyses vidit se tamquam supremum aliquid, seniores autem electus ex nobilitate, atque virtute, ut

D. Thom. 1. magistratus. Tuli, ait dominus, de vestris tribubus viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes. Et ista quidem verba significant, Aristocraticum, Democraticumue aliquid habuisse rempublicam Iudeorum: nam Aristocratia est, ut seligantur ii, quos virtus genusue commendat, Democratia vero, ut ex populo seligantur iidem & a populo. Cæterum si fidem accommodamus Hebræis, Mosai-

*D. Thom. 1. magistratus.
105. art. 1. c.
Deus. 1. 15.*

Mosaica lex, ut æternæ legi congruit, ita etiam naturali, quæ omnibus hominum membris indita est. Statuunt enim illi tot esse præcepta legis affirmatiua, quot ossa corporis humani, siue dacentia quadraginta octo: tot autem negatiua, quot nervi & ligaturæ, seu trecenta sexaginta quinque. Sed necessariam fuisse legem Mosaicam, satis inde constat, quod naturalis nequeat per se solam, homines dirigere ad finem, cuius causa procreati sunt, quæ est extra naturæ limites. Deinde vero lex naturalis nequaquam attingit singulares causarum figuras. Quod autem pertinet ad humanam legem, vacillat ipsa, neque certum retinet modum in iis, quorum est contingens ratio, vel particularis, præterea civium non penetrat animos, intusque perlustrat. *Igitur non est qui possit scire vias eius, Baruc. 3. nec qui excogites semitas eius, sed qui scis uniuersa nouit eam. Et 31. 37. tradidit iacob pæro suo, & Israël dilecto sua in lege: posthac in seruis visus est per euangelii lumen: & quoniam improbi de scientia gloriati, ideoque huic traditi, ad idæolatriam & vitia iam a tempore Abrahami deflexerant, commodum fuit ætate Moyse, legem aliquam dari improbis ut instruerentur: bonorum vero gratia, idem fieri oportuit, quia tum lex naturalis incipiebat criminibus obtegi: dederat quidem Adamo Deus præceptum de fructu, quod omnia, quæ vnaquam lata sunt præcepta continuit: dederat Abrahamo quædam mandata, dederat sacrificia patribus. Sed tamen reliqui homines per longa annorum spatia, sine legis adinotione extiterant, non quia Deo creatura aliquando curæ non fuerint, sed quia sciebat ille se solum fecisse naturam, ut ei pro lege ad exercendam iustitiam natura sufficeret. Præterea nondum multiplicati in populum Iudæj, nondum seruitute liberati erant; lex autem ciuilibus populo datur, neque in seruos cadit. Iudæicæ porro legis constitutiones, variari Deus vetuit hoc loco; nec additis verbo quod loquor, nec auferetis ex eo. Sed quibus vetuit, nempe Iudæis, quibus legem dedit. *Qua est alia gens sic inclita, ut habeat ceremonias iustaque iudicia, & uniuersam legem? non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Diuus quidem Augustinus Iudæis datam esse legem probat, ut tamen omnes in iis audirent, neque Tertullianus abludit. Et vero lex illa pertinuit ad Christianos, ea ratione, qua fuit imago quædam eorum, quæ Christus impleuit hæc autem omnia, in figura continebantur.**

*Venet de leg.**Baruc. 3. Et 31. 37.**Tertull. in Iudæ. Genes. 26. D. Hieron. ad Damo. Virg.**Deut. 12. 32.**Deut. 4. 8. P sal. 147. 20.**August. 1. q. ex ver. test.**q. 4. Tertull. in Iudæ.**August. 19. gebant cont. Faust.*

Matth. 7. & gebant illis : scripta sunt vero ad correptionem nostram , priusquam veniret fides , sub lege custodiebamur , conclusi in eam fidem , quæ reuelanda erat , itaque lex pedagogus noster fuit in Christo.
1. Cor. 10. 11. Gal 3. 23. Hebraeor. 1. Certe idem author veteris , & nouæ legis , extitit , Deus. *Multifariam , multisque modis olim Deus loquens in prophetis , nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.* Sed Iudaica lex Angelorum ministerio , proposita est Moyli , Moylis autem ope , Iudæis. *Lex ordinata est per Angelos in manu mediatoris.* Quare verius est , nullum veteris legis præceptum , a Moylis autoritate fluxisse , & legitur quidem apud Mathæum. *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudiij , & dimittere uxores vestras , ab initio autem non fuit sic.* Sed probabilior opinio fert , repudiij libello , matrimonia fuisse dissoluta , nullius autem hominum autoritas propria efficere potest , vt coniugij semel contracti , vinculum abruptatur. *Quod Deus coniunxit , homo non separet.* Mosaicam porro legem , & philosophiam) vsurpabimus hac parte , quoniam arbitramur , non abs re nomen eius implorari , cuius ope lex habetur , & Philosophia. Enimvero legem in bonis legibus numerandam esse patet , quia fuit a Deo , cui nullus similis est in legislatoribus , per illum reges regnant , & legum conditores iusta decernunt. Neque vero solum bona extitit Mosaica lex , verum etiam utilis , nam per legem cognitio peccati : Deinde per eius pœnas homines in officio continebantur. *Vt audientes ceteri timorem habeant , & nequaquam talia audeant facere.*

CAPVT VIII.

De moralibus legis Mosaicæ præceptis.

Ps. 119. 18. Rom. 4. 1. **Q**VANTA sit Mosaicorum præceptorum dignitas , ista indicant. *Reuela oculos meos , & considerabo mirabilia de lege tua. Hac est enim vestra sapientia , & intellectus coram populis , vt audientes vniversi , præcepta hæc , dicant : eni populus sapiens , & intelligens.* Sed idem clarius intelligitur , ex eo , quod lex triplicis generis habet præcepta , nempe ea , quæ spectant ad mores , quæ ad cærimonias , quæ ad iudicia. Scribit enim Apostolus : *Lex quidem sancta , & mandatum sanctum ,*

& iustum, & bonum. Hic autem, mandatum dicitur sanctum, D. Thom. q.
 propter caerimonialia præcepta, iustum propter iudicialia, bo- 99. art. 4.
 num propter moralia. Diuisionis autem istius ratio est, quoni-
 am lex habet efficere, vt bene nos geramus erga DEum, & pro-
 ximum: hoc vero fit dupliciter, primo per moralia præcepta,
 quæ generatim docent, DEum esse colendum, & seruandam vna
 cum proximo iustitiam: Secundo, per caerimonialia, & iudici-
 alia, quæ speciatim exponunt, quibus caerimoniis colendus sit
 DEus, quibusue modis seruanda inter homines iustitia. Cum-
 que ratio virtutis in tribus consistat, & primum in
 scientia hominis eius, qui rem aliquam agit, scientiam hu-
 manam, Mosaicamque lex intuentur, vbi secundum ignorantiam
 agentis, pœnas infligunt, veniamque dant. Sed in virtute se-
 cundum est, voluntas, & electio, quoniam autem vtraque per-
 tinet ad motus interiores animi, propterea voluntatem & ele-
 ctionem, sola lex Mosaica adspicit. Postremo in virtute tertiu-
 m est, vt constanter agamus, atque ex habitu: sed minime hoc
 spectat ad humanam, Mosaicamque legem, quia DEus, aut homi-
 nes non puniunt eum, qui parentes reueretur, etsi non ex ha-
 bitu pietatis hoc facit. Igitur finis idem est legis, & philoso-
 phiæ Mosaicæ, hoc est virtus, & honestum, vt intelligitur et-
 iam inde, quod virtutis prima pars & præcipua spectat ad DE-
 um, cui tria debemus fidelitatem, reuerentiam, & famulatum.
 Sed fidelitas in eo ponitur, vt alium non agnoscamus principem:
 reuerentiæ est iniuriam ei non facere: famulatus demum accepta
 cognoscit beneficia. Pars vero secunda virtutis, hominem
 accommodat homini, vel sigillatim, cum suis fungitur officiis
 erga quemlibet, vel generatim, cum nulli nocet inter agendum,
 loquendum, & cogitandum. Ista porro omnia tractantur in Mo-
 saica lege, vel eius præceptis, quæ moralia sunt, id est mores
 sua ex substantia intuentur: & pertinent ad præcepta decalogi.
 Est enim fidelitatis præceptum: *Non habebis Deos alienos*, reue Deut. 5, v. 7.
 rentiæ autem *non assumes nomen DEI in vanum*. Famulatus de- I. 12.
 nique: *Memorato, vt diem sabbathi sanctifices*, quod quidem sua
 ex substantia morale est, caerimoniale vero ex certa temporis de-
 terminatione: naturalis enim ratio docet, seruendum esse DEO,
 qui Dominus est rerum omnium, quando autem famulatus ei sic

præstandus, hoc eius ex libera voluntate dependet. Postremo ad decalogi naturalisue legis præcepta, legis Mosaicæ moralia, reuocari possunt, vt quæuis conclusio scientiæ ad principia, vt etiam singulare præceptum ad generale, reuocemus igitur illa, pariterque explicemus.

CAPVT IX.

Præceptum de superstitione tollenda.

Deus. 18, 10.

MOYSIS Ethicam, seu moralia legis Mosaicæ præcepta, describere incipimus, a præcepto superstitionem vetante, quia nihil prius, antiquiusue habet natura, vero DEI cultu; iubet ergo Moyses: *Non inueniatur in te, qui lustrat filium, aut filiam ducens per ignem, nec sit maleficus, atque incantator: nec pythones consulat, quæratue a mortuis veritatem.* Hic autem superstitio prohibetur, quæ est, vana religio, contra verum DEI cultum, & perpetratur, quando vel aliter, quam par est, vero DEO cultum exhibemus, vel falsum colimus Deum. Sed vltima hæc species superstitionis, alias quinque complectitur, nempe idololatriam, magiam, diuinationem, vanam obseruationem, & maleficium. Idololatria est diuini cultus exhibitio facta ei, qui non est Deus. Magia vero est potestas peruersa efficiendi, quod naturam supra est. Sed diuinatio est expositio peruersa eorum, quæ naturali lumine, cognosci queunt, vt omnium, quæ profus a diuina, vel humana voluntate pendent, vt etiam contingentium, aliorumue occukorum, quæ prænuntiat dæmon, ex coniectura, boniue Genii reuelatione, vel certe, quoniam rerum naturæ certissima erant, licet aliud hominibus videretur, vel etiam, quia ipse fuit effecturus. Equidem per astrologiam percipi possunt, eclipses, pluuix, cæteraque huiusmodi, sed eadem illa, non potest iudicare de iis, quæ relicta sunt arbitrio DEI, vel hominum. Auguria porro, & auspicia, quæ sunt aliæ species diuinationis, tunc sunt licita, cum prædicimus, quod animalia quædam, duce natura prænuntiant: vt ecce mergi fulicæ, & ardea, tempestatis signa dant, apud Virgilium hoc loco:

lomp

*Iam sibi tam curuis male temperat vnda carinis.
Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi.
Clamoremq; ferant ad littora: cumque marina
In sicco ludunt fulicæ: notasque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.*

*Virgil. ge.
orig. 7.*

Sedenim obseruatio vana, superstitionis est species, quæ dæmonem tacite innocat, & rebus vitur facientibus nihil, ad ea, quæ efficit, spectat autem huc maleficium, siue ars nocendi per dæmonem, ars vero ista, vel amatoria est, & ad libidinem trahit, vel venefica, & personis earumue rebus nocet, commouenda vi grandinis, aut ventorum, item alia ratione, quo spectat istud.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Virg. ecl. 3.

Cæterum Mosaicæ legis vincula, superstitionis tot capitibus inñicienda sunt, nec alio petenda igne bellua, quæ tam multis pullulat atra colubris, crescitque christianam in religionem, velut in Herculem vinci dolentem, tantum enim ex ea mctum religio prisca susceperat, fauentibus ignorantie tenebris, vt illam non satis auderet aggredi, quam nec poterat plane auertere. Sed antiquitatis in cœno, volutatam liberius, religio Christiana, & videt, & tenebris eductam vocat ad excidium: inde illi rabies, atque ex noui hostis pugnacitate, noua certandi pernicacia, cuius tamen impetum frangere potest nostra religio, cum suis, tum etiam auxiliaribus legis Mosaicæ copiis. Equidem Romani iuris authores, quos habuit vana religio, si vllos vnquam, a superstitione defensores, Mosaicum illud præceptum, suis in præceptis posuere, nam Paulus: *Vaticinatores, qui se DEO plenos assi-* Paul. 5. *seru-*
milant, idcirco ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate, pa- 21.
bulici mores ad spem alicuius rei corrumpentur, vel certe ex eo popu-
lares animi turbarentur. Quo pertinet sane, Taciti locus iste: *Mathematici genus hominum potentibus insitum, sperantibus fallax,* Tacit. *hiflor.*
quod in ciuitate nostra, & vetabitur semper, & retinebitur. Sed I.
enim quod attinet ad incantatores, & magos habet Vlpianus: *Medicos fortassis quis accipiat, etiam eos, qui alicuius partis cor-* Vlpian. *l. 1. §.*
poris, vel certi doloris sanitatem pollicentur, ut puta, si auricularius, ff. *de extr.*
si fistula, vel dentium, non tamen si incantauit, si imprecatus est, non e- 86.

Sunt

Modest. l. 1. ff. ad l. Cornel. de sic. & venef. Paul. §. sen. cont. 23. §. 9. §. 11. Virgil. a. uisid. 4.

junt ista medicinae genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse, cum praeicatione affirmant. Modestini autem verba sunt eiusmodi: Ex senatusconsulto, legis poena damnari iubetur, qui mala sacrificia habuerit. Postremo Paulus: Qui sacra impia nocturnae, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendae curaerint, aut cruci suffiguntur, aut bestiis subiiciuntur. Magicae artis confcios, summo supplicio affici placuit, id est, bestiis obici. Et vero probrosam Romanis habitam esse magiam, Virgilius hoc loco innuit:

Testor ego magicas inuitam accingier artes.

CAPVT X.

Præcepta de senioribus honorandis: & nullo per cogitationem violando.

Lenit. 19. 3.

PARENTES honore perpetuo prosequendos natura edocet, Moyse autem hoc ita explicat, ut velit ætatis, dignitatisque gradu superioribus reuerentiam quoque exhiberi; *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Cuius quidem præcepti vim perpetuam fuisse apud Romanos, *1. 5 ff. de vir. imitum.* hæc significant: *Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, namque maiores nostri, pene eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant circa munera quoque municipalia subeunda, id. 1. 6. ff. de fid. instr.* dem honor tributus est. Si de tabulis testamenti deponendis agatur, & dubitetur, cui ea deponi oportet, *Gell. 2. 26. §. 15.* semper senio rem iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem feminae, & ingenuum libertino præponemus. Quo referri potest Gellii locus iste: *apud antiquissimos Romanorum, neque generis; neque pecunia præstantior honos tribui, quam ætati solitus, maioresque a minoribus colebantur. Ad Deum prope, & parentum vicem, atque in omni specie honoris priores, potioresque habiti.*

Ouid. Fast. 3.

*Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
 Inque suo pretio, ruga senilis erat,
 Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
 Nomen & ætatis mite senatus habet.*

Impro-

*Improbitas illo fuit admirabilis aeo,
 Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
 Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
 Barbato cuicumque puer, licet ipse videret,
 Plura domi farræ, & maiores glandis æceruos,
 Tam venerabile erat, præcedere quatuor æpnis;
 Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ.*

*Iuuenal. sa-
 tyr. 13.*

Iam vero cum natura mortalium, alios insidiari aliis veter, ac e-
 ripere vitam, Moyse dedit hoc præceptum: *Non stabis contra* Leuit. 19,
sanguinem proximi tui, nec odio habebis fratrem tuum in corde tuo. 16.

Certe in vicio est, & quidem sacrilegii, quisquis sacratissimam
 DEI possessionem expilat, id est violentas manus homini iniicit;
 sed scelere non caret etiam ille, qui noxiam habet cogitationem,
 & inquinata est anima, si minus manu. Ut hostes reputamus
 eos, non tantum, qui aperta vi nos adoriuntur, verum illos
 quoque, qui muro bellica instrumenta admouent, ruinamque no-
 stram licet non districto, & patenti Marte moliuntur. Sic ho-
 micidas habemus, non modo quotquot necem adferunt, sed et-
 iam quotquot ipsam quibuscumque possunt modis, & machina-
 tionibus tentant approperare, cæterum cogitationis rationem
 haberi non finit ille Romani iuris auctor, cuius verba sunt: *Co-* l. 18. ff. de
gitationis pœnam nemo patitur. Cuiacius autem id refert ad edi- pœn.
 ctum, *quod quisque iuris:* nam duæ fuerunt huius edicti partes, Cuiac. 8. obs.
 vna de eo, qui ius nouum dixit, altera de eo, qui ius nouum 22.
 dici postulauit, ytraque autem locum habet, si ius aliquod, al-
 teri quis dixit, diciue postulauit, cum effectu; secus autem ces-
 sat edicti, quæ sic vocatur pœna. Conscientia potro qua

l. 1. S. ult.
 l. 3. ff. quod
 quis. iur.
 Iuuen. sat.

— *Iudice nemo nocens, absolvitur.*

Reis annumerat, punitue, quotquot vel cogitarunt nocere, hinc
 Seneca: *Latro est, antequam manus inquinatur, quia ad occiden-*
dum iam armatus est, & habet spoliandi, atque interficiendi volun-
tatem, exercetur & aperitur opere nequitia non incipit, sacrilegi danti
pœnas, quamuis nemo usque ad Deos manus porrigat. Sed Roma-
 ni iuris authores, consilio voluntatique pœnas statuunt, vbi co-
 natus aliquis accedit, tenenturque carceres, quibus facinoris me-

13.
 Senec. 5. de
 benef. 14.

§ 29. ff. de ta contingitur. Ita punitur ea, quæ procurat abortum: item
 pen. l. 38. §. ille, qui accingitur, ad inferendas sibi violentas manus, item,
 ult. ff. eod. qui latitat animo fugiendi: *fugitivus est, non is, qui consilium fu-*
 l. 17 §. 4. ff. *gienti a domino suscepit, licet id se facturam iactauerit, sed qui i-*
 de adit. edit. *pslo facto fugæ insum mense deduxerit, nam & furem, adulterum,*
 l. 225. ff. de *aleatorem, quamquam alia significatione, ex animi propositione cu-*
 verb. sign. *iusque sola quis dicere posset, ut etiam is, qui numquam alienam*
rem invito domino subtraxerit, numquam alienam matrem familias
corruperit, si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus
sit: tamen oportet eadem hæc crimina, assumpto actu intelligi, &
ideo fugitivum quoque, & errorem, non secundum propositionem so-
lam, sed eum aliquo actu intelligi constat. Denique leges Roma-
 næ in facta concipiuntur, aut initia factorum, quibus voluntas
 præfuit. *Diuis Hadrianus rescripsit eum, qui hominem occidit, si*
 l. 1. §. 3. ad *l. Cornel. de non occidendi animo hoc admisit, ut solui posse, & qui hominem non*
 Sic. *occidit, sed vulneravit, ut occideret, pro homicida damnandum, &*
ex re constituendum hoc, nam si gladium strixerit, & eo percusserit, in-
debitate occidendi anima in eum admisisse, sed si clavi percussit, aut
cucuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi a-
nimo, leniendam penam eius, qui in rixa, casu magis, quam vo-
luntate homicidium admisit. Certe in maiestatis crimine eadem se-
 veritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt.
 Sed temere verbis ex istis colligitur, solam voluntatem puniri
 in crimine maiestatis: nam sola voluntas perduellem haud facit,
 initiumque facti, seu factio requiritur. Similiter verò ubi dicitur
 nihil interesse inter ambitum, cœptam, atque perfectum, quia pa-
 ri forte leges, *scelus, ac sceleris voluntatem puniunt;* intelligendum
 de voluntate, quæ factio prodita sit, etenim nudam voluntatem,
 solus intuetur Mosaicæ legis author DEVS, cui nihil tam visum,
 nihil tam inuisum, quam mens incesta, & animus impurus; latet au-
 tem mortales, & parum tangit scelerata mens, unde in ea factum,
 factiue initium, ut Romanæ, sic Gallicæ leges desiderant; nec
 audiunt istud Apuleii: *In maleficiis etiam cogitata scelera non per-*
 fecta vindicentur, *cruenta mente, pura manu, sufficit ad pœnam me-*
 ditari puniendam.

CAPVT XI.

Præcepta de obseruanda veritate in iudicio.

PROXIMVM est atque contiguum, præcepto naturæ vetan-
tis infidias, præceptum quo falsa testimonia prohibentur,
ex hoc autem Moyſes elicit primo iſtud. *Ne in iudicio pluri-* *Exod. 23, 2.*
morum acquieſce ſententiæ, ut à veritate deſies, cuius qui-
dem exemplum, fortassis hæud ita inepte dat, apud Romani iuris
authores, hic locus. *Si pars iudicantium de inoffiſo testamen-* *l. 10. ff. de*
to, contra testamentum pars secundum id sententiam dederit, quod *inoff. test.*
interdum fieri solet, humanius erit, sequi eius partis sententiam, que
secundum testamentum spectauit, nisi si aperie iudices inique secun-
dum scriptum heredem pronunciaſſe apparebit. Vbi ergo dubia
non est iudicum iniquitas, secedendum ab iis, & iustitia duce,
in contrariam abeundum sententiam. Secundum porro præcep-
tum veritatis, ita suggerit Moyſes. *Non eris criminator & su-* *Leuit. 19, 16.*
ſurro in populis. Arguit igitur eos qui calumpniantur, siue *falso* *l. 1. §. 1. ff.*
crimina intendunt, iſtud enim est calumniari: item qui populum *ad Turpil.*
intligant, ad accusationem alicuius. Et horum quidem omni-
um scelus medio tollunt Romani iuris authores, etenim dignos
odio existimant, quotquot temere procedunt ad improbam accu-
sationem, item ex Marciano, *incidit in Turpilianum, qui accu-* *Marcian. l.*
ſatorem ſubmittit aut inſtigat, aut qui mandat alicui, & inſtruit *1. §. 13. ff.*
eum ad uſuſationem copiam, dando probationes, allegando ac- *eod.*
cuſationes. Et certe Marcianus vt Moyſes agere videtur, de ijs
qui intligant ad iudicium publicum, siue cuius executio, cuius e
populo datur. Nam Turpilianum ad publica iudicia tantum per-
tinet, vnde nec ille qui ex Turpiliano accusationem instituit &
deſeruit, in eius poenam incidit, eodem Marciano authore. *l.* *Marc. l. 1.*
tem ut si dicatur aliquis id ſenatusconſultum incidisse Turpilianum, *ff. de Tur-*
preſidis est super ea re notio, & tamen contra deſertorem ſenatus- *pil.*
conſulti, non interuenit coercitio, qui autem dicit quem in hoc ſe-
natuſconſultum incidisse, deſuſator non est. Et huius quidem ora-
tionis postrema sententia est, eum qui ex ſenatusconſulto Turpil-
iano institutam accusationem abiecit, non incidere in poenam ſe-
natus-

natusconfulti, quodeos solumtenet, qui iudicio publico semel instituto defuerunt, non etiam qui priuato vel extraordinario, quale est huius senatusconfulti.

CAPVT XII.

Præcepta de fraude vitanda.

ADHVC actum est, de præceptis quæ mortalium vitam, & honorem tuentur; capite autem isto Moyses eorundem bona defendit: imo vitam si stamus iudicio Catonis, hic enim *interrogatus quid fœnari? quid hominem, inquit, occidere.* Ergo natura dominorum distinctionem fecit, & inde prohibitio furti, cuius prohibitionis in sententiam, adducit hoc *Deus. 23. 19.* Moyses. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram.* Sed fratris nomine intelligit eum, qui sit eiusdem nationis, vrbis, & familiæ, inuit vero licere ab extraneis hominibus vsuras exigere, non enim Dei legem ferentis ea mens fuit, vt peterentur ab exteris gentibus vsuræ, sed istud ille permisit, ob Iudæorum propensionem in auariciam, scuitiamue: quippe arbitratus est mitiores fore Iudæos in extraneos homines, si lucrum aliquod ab iis acciperent. Igituraliena est a natura, & Deo vsura, inde ipsam vetat, hæc notella. *Et si multis maiorum nostrorum fuerit visum, vsurarum pensionem esse recipendam, idque haud dubie propter difficultatem, & asperitatem creditorum, nos tamen velut indignam republica, abominandam eam censuimus, vt que diuino iure sit prohibita, quapropter mandata nostra serenas, ne cui ex vlla causa, vsuram accipere liceat, ne scilicet legis obseruatione, legem Dei transgrediamur, sed quantumcumque quis susceperit, ea in forem impediatur.* Hanc porro Nouellam patri suo tribuit Leo: fuit autem Leonis pater Basilus. vnde apud Harmenopolium, Nouella Basilii legendum videtur, non Nouella Leonis, locus vero ubi Leo patri tribuit illam Nouellam, & reuocat, iste est. *Si a spiritibus ita se mortale genus regi fueret, vt humanis præceptis nihil indigeret, id vero & decorum, & salutare esset, ac quoniam ad spiritus sublimitatem eleuare, diuinæque legum vocem amplecti non*

cuius-

cuiusque est, ac vero quos hac virtus ducat numero valde paucis sunt, bene sese adhuc res haberet, si saltem secundum leges humanas viveretur. Quae vocantur credita pecunia usura, ubique a spiritus decreto conuamnetur, id sciens parens noster, aeterna memoria princeps, usurarum solutionem, sanctione sua prohibendam putauit. At qui propter paupertatem res illa non in melius (quem tamen finem legislator proposuerat) sed contra in paenis vertit. Qui enim antea usurarum spe, ad mutuo dandam pecuniam promisi fuerant, post latam legem quod nihil lucri ex mutuo percipere possunt, in eos qui pecuniis indigent, difficiles atque inimicos sunt. Quin etiam ad facile iurandum, quodque id fere consequitur ad iusurandum abnegandum, id occasione praebuit. Breuiter ob redundantem in humana vita peruersitatem, non modo non profuit legis virtus, verum metiam obsuit. Quamquam igitur ex se legem culpam (quod quidem etiam absit) nequeamus: propterea tamen quod humana natura, quomodo diximus, ad illius sublimitatem, non perueniat, egregium illud praescriptum abrogamus: ac in contrarium statuimus, ut arii alieni usus ad usuras procedat, idque quomodo veteribus legislatoribus placuit ad trientes centesima, nempe qua quotannis in singulos solidos. Singulas faeneratoribus siliquas pariunt. Igitur Roma noua tales habuit usurarum leges, veteri autem, argentariam partem honestam fuisse, probat Suetonius, ubi dicit, Octauiano Caesari obiectum in maledictis ab Antonio, aurum argentarium, sed & Cassius Parmensis eum nepotem nummularii per contumeliam appellauit, credo quia faeneratorio iungebatur argentariae, & apud Ciceronem legitur faeneratorio Romanis odiosa; sane inquit Tacitus ~~vetus urbi senecbre malum, eoq; cohibebatur antiquis ac minus corruptis moribus.~~ Nam primo duodecim tabulis sanctum ne quis unciario faenore amplius exerceret, dein ratione tribuniti, ad femuncias redacta, postremo vetita versura, multisue plebiscitis obniamitum fraudibus est. Itaque Tacitus malum senecbre dixit, quod seditioni causas praebuerit, ut probant illae pauperis querelae apud Liuium, cuius etiam fide, tulit Q. Seruilio, C. Marcio cos.; anno v. c. quingentesimo primo, L. Genucius Tribunus plebis, ne faenerare liceret, anno urbis centesimo quingentesimo octauo; centesimo sexagesimo primo, faeneratoribus multis, ab Adilibus curulibus dies est dicta. Sed faenebres leges aetate Ci-

ceronis labefactatus fuisse, colligitur inde, quod scribit ad Sexti-
 um, *omnino sem. sibus magna copia est*, quod ad Atticum, *Cecilio
 nummum moueri ne a propinquis quidem minore centesimus posse*,
 Romanni porro iuris auctores, vsuram naturæ incongruam esse
 fatentur huiusmodi locis. *Est maxime uelura, sicut usura, non
 natura, sed iure percipitur. Sed de pecunia recte cauere oportet,
 his a quibus eius pecuniæ usufructus legatus erit, qui senatusconsulto
 non id effectum est, ut pecunia usufructus proprie esset,
 nec enim naturalis ratio auctoritate senatus commutari potest, sed
 remedi introducto, caput quasi usufructus haberi. Usura pecuniæ
 quam percipimus in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex
 alia causa est, id est noua obligatione.* Sæpe quidem Gallis ob u-
 suras datæ sunt leges, sed eas auaritia semper est nisi fraudare,
 certe suggestit contractus, quos appellat pignoratitios, horum au-
 tem imagine grassatur, vsuræ atrocissimæ veritas. Gliscit enim it-
 la se passu lento, & furdo, speique blanditiis inescat homines: i-
 gitur venenum eius tamquam aspidis confopit, at somnus iste tan-
 dem abicit in sibiitam opum necem. Cæterum ut vsuras sic aliud om-
 ne fraudis genus inhibuit Moyses, quemadmodum istud præce-
 ptum indicat. *Non habebis in seculo diuersa pondera.* Et huic
 quidem præcepto, sua vis fuit apud Romanos, quippe si *uenditor
 mensuras publicæ probatas uini, frumenti; vel cuiuslibet rei, aut
 emtor corruerit, doloue malo fraudem fecerit, quanti ea res est
 eius dupli condemnatur, decretoque Diui Hadriani præceptum est, in
 insulas eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsessent.*

1. 6. ff. de e
 uind. l. 2 ff.
 de usuf.
 Dent. 25, 13.
 1. 3. ff. ad l.
 Corn. de
 fals.

CAPVT XII.

Præcepta de illicita copule fuga.

SOCRATES de amore dicturus in publicum velata facie pro-
 diit, qua ergo nisi velata lucem adest, hoc caput, cui tan-
 genda sunt amoris quædam prodigia? quodue sit eius velum,
 nisi breuitas in dicendo, quam effectabimus? non loque-
 mur copiose, ne aperte, non aperte, ne turpiter. Qui mulieri-
 bus

bus gaudent alienis, si vota connubiorum fœdant, speque prolis legitimæ defraudant; unde naturæ lex sceleris loco reponit adulterium, naturæ porro legem sic explicat Moyses. *Non erit meretrix de filialibus Israel, neque fornicator de filiis Israel.* Enimvero quis toleret eum, cui grauis est suus pudor, quiue deponit omnem verecundiam, ut liberius indulgeat libidini, & impuram animam fœdissimorum facinorum oneret pondere? equidem apud Romanos. *Non ignoscitur ei quæ obientu paupertatis, turpissimum vitam agit. Non solum ea quæ facit questum, sed ea quoque quæ fecit, etsi facere desit lege notatur, neque enim aboletur turpitudine quæ postea intermissa est.* Vitii etiam quod naturæ prorsus alienum est, Moyses prohibitionem facit. *Cum masculo non commisceberis.* Ac vero cum vir nubis in feminam viris porrecturam, quid capiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est quod non proficere? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor queritur, nec videtur? subendum insurgere leges, armari iura gladio ultore, ut exquisitis pœnis, subdantur infames. Eum inquit Vlpianus, qui per vim stuprum intulit, vel mari, vel fame, sine præmissione temporis, accusari posse dubium non est, cum eum publicam vim commiserit, nulla dubitatio est. Pertinet isthuc lex Scantinia; sed portenta scelerum ista, Negat oratio plurius exponere. Igitur alia parte tractationis istius, omitto, Romanorum leges, quas Mosaicæ, Romanæque nomotheseos collatio refert, ac PITHOEVS explicat ne digesta, incongrue videar digerere: hac vero illud a me fit, ne etiam magis explicem, quæ minus explicanda credidi.

Deut. 18, 17.

l. 43, §. 5. §. 4 ff. de iur. nup.

Leuit. 18, 22
§. 11. c. ad l. Jul. de ad.

Vlpian. l. 29, §. 9. ff. ad l. iul. de ad.

CAPVT XIV.

De caerimonialibus legis Mosaicæ Præceptis.

CAERIMONIALIA dicuntur Moysis præcepta, quæ explicant hoc Decalogi præceptum: *Memento, ut diem sabbathi sanctifices.* Eorum enim aliqua de sacrificiis agunt, aliqua de rebus sacris: aliqua demum de obseruantis legalibus, omnia vsro DEI cultum adspiciunt; sed apud Christianos

Luc. 16. 16.

Heb. 7. 12.

Heb. 7. 18.

Theodoret.
ad Phil. 3.

Ephes. 2.

††

Tacit. Hi-
stor. 5.

Vlpian.

Fragm. 9 1.

1. 1. § 2. §.

2. 1. 9. ff. ff.

de di. re. l.

118. ff. de v.

fig. l. 73. ff.

de q. em. l.

36. ff. de

Relig.

l. 11. ff. ad l.

Cornel. de

sic.

Tacit. hist.

5.

Vlpian. l. 2.

6. 1. ff. de

polli.

nos nullo sunt vsui: *Lex & Propheta usque ad Ioannem. Trans-*
lato sacerdotio, necesse est, ut etiam legis translatio fiat. Eius-
 modi autem præcepta, videntur obrogata, quoniam imperfecta
 sunt. *Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem, &*
inutilitatem. Deinde figuras continent, quas Christus implevit.
 Præterea lumen Euangelii, sol iustitiæ Christus apparuit. *Super-*
vacaneus est lychnus, si sol apparuerit, supervacaneus pædagogus in,
qui perfectam acceperunt sapientiam. Denique Christus fecit vtra-
 que vnum, id est ex ethnico, Iudaicoue populo, vnum com-
 posuit ouile, destruxit ergo medium legis Mosaicæ, velut pa-
 rietem, quo populus alter ab altero separabatur, & vna Lege Ev-
 angelica, populum vtrumque conclusit. Antea nihil tam con-
 trarium fuit, quam Iudæorum, & paganorum iura. De Roma-
 nis, Mosaicisque legibus, hoc ita testatur Tacitus: *Moyse, quo*
sibi in posterum gentem firmaret novos ritus, contrariosque cæteris
mortalibus indidit; profana apud Iudæos omnia, quæ apud nos sa-
cra, rursum concessa, quæ nobis incesta. Nec quidquam prius im-
buuntur quam consernere Deos. Meminerunt quidem Romanæ
 leges sacrificiorum, meminerunt etiam rerum sacrarum. Sed
 Iudæorum legem intuentibus, neque sacrificia, neque res sacras
 habuere Romani. Contra vero, Iudæi circumcisionem in om-
 nibus approbarunt, sed eandem Romani tolerarunt in solis Iu-
 dæis. *Circumcidere Iudæis filios suos tantum rescriptio Diui Pii per-*
mittitur, in non eiusdem religionis, qui hoc fecerit, castrantis pæna ir-
rogatur. Sic porro in Iudæis Romani circumcisionem tolerarunt,
 vt tamen inter *instiuita sinistra* ponerent, & crederent, *facta pra-*
uitate valuisse. Moyse vetat filium familias obligari voto sine
 patris autoritate; idem vero, quod Moyse sentit Vlpianus. *Vq-*
to, inquit, patres familiarum obligantur, puberes sui iuris, filius e-
nim familias sine patris autoritate, voto non obligatur: atque hæc
 etiam pertinet istud Poëtæ:

— Ipse pater famulam vocico.

Sedenim ita Romano iure obtinuit, quia voti nuncupatio
 fiebat multis præsentibus, & modo legitimorum actuum, in qui-
 bus iussa patris expectabantur. Nullas autem solemnitates externas
 intuius est DEV S, cum similiter statueret. Quid ergo? sane
 tems-

temeritatem adolescentiæ, ac iuuenum mentem ad vota, sicut ad alia leuissimam. Denique interna, DEum in ferenda eiusmodi lege mouerunt, Vlpianum externa; quod etiam patet inde, quia DEus prohibet rem semel votam vlla ratione commutari, scribit autem Vlpianus: *Si quis rem aliquam voverit, voto obligatur, Vlpian. l. 2. qua res personam vouentis, non rem, qua vouetur, obligat. Res e. ff. eod. nim, que vouetur, soluta quidem liberat, ipsa vero sacra non efficitur.* Quod si res vota non obligatur, & non efficitur sacra, certe variari potest. Ergo Vlpiani mens alia est hac parte, quam DEL, quia DEus in statuenda rei consecratione, vouentis cogitationem adspicit, Vlpianus vero solutionem, quæ exterius quiddam est, sicut & sepositio, quam idem Vlpianus requirit, vt decima bonorum vota, in bonis eius, qui vouit esse desinat, *si decimam quis bonorum vouit decima non prius esse in bonis desinat, quam fuerit separata. eod. l. 2. §. 2. ff.* Denique Romani caerimonialia Iudæorum præcepta censuerunt superstitiosa, vt arguit istud; *Ex, qui Iudaicam superstitionem sequantur, Diui Seuerus, & Antoninus honores adipsis permiserunt. l. 3. §. 3. ff. de decur.* Neque si Romanæ leges, Mosaicis hac parte conueniunt, est eadem vtrinque ratio conuenientiæ, peruerse igitur quæreremus apud Romanos præcepta Iudæorum caerimonialia, sed & inutiliter hoc fieret a nobis, quando ea non licet vsurpare, vnde intelligitur etiam, cur facta sit a nobis, expositio nulla præcepti de Sabbatho, ad quod omnia caerimonialia referuntur.

CAPVT XV,

De iudicialibus legis Mosaicæ præceptis.

PRÆCEPTA vocantur iudicialia, quæ proponunt rationem iustitiæ inter homines conseruandæ, seu interpretantur moralia præcepta, quibus inest humanæ iustitiæ ratio. Itaque tot sunt huiusmodi præceptorum genera, quot hominum, inter quos obseruari iustitia debet, quædam enim præscribunt modum iustitiæ, inter principes atque populum: quædam inter ipsos populares; quædam inter populum, & extraneos, quædam postremo inter domesticas personas, patrem scilicet

M

cet

cet ac filium, maritum & vxorem, dominum atque seruum. Omnia porro iudicialia præcepta, per aduentum Christi abrogata sunt, vt intelligi potest, ex dictis, vbi de cæremonialium abrogatione. Sedenim hæc, aliter quam illa, videntur abrogata, quoniam peccat grauitè, quisquis obseruat hodie: cum tamen iudicialia obseruari queant sine noxa, modo non obseruentur, quæsi obligent ex veteris legis institutione: discriminis autem ratio est, quia cæremonialia præcepta fuerunt præcipue instituta, vt Christum figura quadam exprimerent, vnde Christo iam præsentè non possunt repeti, vel falsa, mendaxque figura ipsorum est; iudicialia vero, præsertim instituta sunt, ad rempublicam Iudæorum componendam. Ideo sine mendacio fas est iis vti: nam & Romanæ leges, eiusmodi multa continent. Recte igitur, atque vtiliter explicabuntur. Equidem constat quælibet respublica, consilio publico, magistratibus, & iudiciis: est vero politicæ hæc omnia componere, ac dirigere per legem, cui se infundit, atque permiscet. Diuina porro scientia, vim consilii, quo Iudaica, seu diuina potius, vt habet Iosephus, respublica regeretur penes se voluit manere. Dicit enim Moyses, *te elegit Dominus DEVS tuus, vt sis ei populus peculiaris. Prouideat Dominus DEus spiritum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem banc.* Ipsi quoque DEI verba sunt: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Quod autem spectat ad magistratus, & iudicia, permisit hæc certe principibus Iudæorum: *Congrega septuaginta viros, de senioribus Israel. Iudices & magistratos constitues in omnibus portis, vt iudicent populum iusto iudicio.* Et quidem isthic, magistrorum nomen facit, vt magistratus Iudæis relictos intelligamus, nam *cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam ceteri, diligentiam, & sollicitudinem rebus, quibus præsumt, debent, hi magistri appellantur, qui etiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur.* Sed ipsa lex Mosaica Iudaicorum magistratum, atque iudiciorum rationem continet, ergo & politicam, quæ diuina certe est, sed Mosaica nuncupari potest, quia protulit ipsam Moyses, vna cum Iudaica lege, cum qua & illam explicabimus.

Arist. in polit.

Ioseph. in appion.

Deut. 7, 6.

Nam, 27, 16.

1. Sam. 8, 7.

Num. 11, 16.

l. 57. ff. de iur. sig.

CAPVT XVI.

Præcepta de iudicis officio.

NON tantum instituit DEVS, qui iudicarent, sed etiam quomodo iudicarent. Quippe cum iudicibus magnanimitas debeat adfidere, sanxit per Moysen, ne pauperis commiseratione iudicum animi frangerentur in iudicio, istud autem prima facie mirum videatur, quod fere omnibus in legibus Mosaicis, minarum terror incumbat arrogantibus, præmia vero sperare iubeantur, quoque aliorum ærumnis præbent se misericordes, opesque suas putant communicandas indigentibus: & sane verissimum est, nulla re propius ad Deos accedere homines, quam beneficiis in alios conterendis; voluit porro DEVS intelligi, debitam esse miseris tantum misericordiam, non esse autem reos miserorum, sed improborum numero. Cæterum si Romanas adimus leges, illud idem habet Callistrati hæc sententia: *Sed in cognoscendo, neque excalescere ad-versus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illachrimari oportet, id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit effervescente ira, vel misericordia deprimi eius est, qui regulam, qua cogitat, uti prius inflectit, hoc vero nullus artifex bonus facit, ergo nec facere debent probi iudices.* Denique iudicis tum maxime placidus vultus esse debet, cum magna pronunciat. Jam vero quod attinet ad audiendos a iudice testes, Mosaica lex vetat, auribus testibus fidem adhiberi, nam intersunt faciendis rebus oculi, & negotia quasi tractant, atque contingunt: nihil non examinant, reteguntque beneficio lucis, quæ singula mortalibus præbet intuenta, tantum autem rebus adsunt aures, cum oratione falsa ut plurimum explicantur, postremo magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum insigitur.

Callistr. l. 19. §. 1. ff. de off. præsid. Arist. Rhet. I. Sen. de ira c. 16.

S. ult. inst. de grad. co.

*Segnius irritant animas demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.*

*— Qui audiunt audita dicunt, qui vident plene
sciunt.*

l. 38. ff. de
prob.

Cæterum Mosaico illo præcepto quidam aduersum putant hunc Romani iuris locum: *Si arbiter animaduertere debeat, an operis facti memoria exstet hoc ei quarendum est, an aliquis meminerit id opus factum esse.* Paulus. Imo cum in arbitrio quaritur memoria facti operis exstet, nec ne, non hoc quaritur, num aliquis meminerit quo die, aut quo consule factum sit, sed num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit, & hoc ita, quod Græci dicere solent ἐν πλάττει, etenim potest hoc memoria teneri intra annum (puta) factum, cum interim nemo sit eorum, qui meminerit, quibus consulibus id viderit, sed cum omnium hæc est opinio, nec audisse, nec vidisse, cum id opus fieret, neque ex iis audisse, qui vidissent, aut audiuissent, & hoc insuante similiter sursum versum accidet, cum memoria operis facti non exstabit. Agitur hoc loco, de operis noui confectioe, propter quam recurritur ad testes auritos, vt confirmari potest his verbis: *Idem Labeo ait, cum quaritur, an memoria exstet facto opere, non diem, & consulem ad liquidum exquirendum, sed sufficere si quis sciat factum, hoc est, si factum esse non ambigatur, nec utique necesse esse, superesse, qui meminerint, verum etiam, qui audierint eos, qui memoria tenuerunt.* In aliis rebus admissum fuisse testem auritum, testis est Asconius, de finali quæstione id refert Harmenopolus, Seneca vero secundæ notæ testes eos esse dicit, qui vidisse se negant, sed audiuisse. Certe humanarum est legum finere, vt veritas quibuslibet argumentis inquiratur. Lex autem diuina perfectior fuit, quam vt pateretur, incerta fide, certum inniti iudicium. Eiusdem

Paul. l. 2. §.
8. ff. de aq.
& aq.

A/ con. in
ver. l. 3.
Harmen. l.
1. §. 6.
Sen nat. q. 4.

Deut. 19, 15
D. Thom. q.
105. art. 2.
ad 8. m.

Vlpian. l.
12. ff. de t.
Arcad. l. 1.
ff. cod.
Modest. l. 2.
ff. cod.

porro legis, hoc præceptum, *in ore duorum, vel trium. testium stabit omne verbum.* Pertinet quoque ad officium iudicis, & habet istam rationem, quia non facile creditur, aut probabile non est, duos testes in mendacium conuenire, ergo admisit DEVS duos testes, & præcipue cum testimonii essent minime vacillantis, ac suspicione omni carerent: nam voluit etiam DEVS examinari testem: quid vero Romani iuris authores? Vlpianus, ait: *ubi numerus testium non adicitur, etiam duo sufficiant.* Arcadius autem: *Testimoniorum usus frequent, ac necessarius est, & ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat.* Modestinus vero: *In testimoniis dignitas, fides, mores, grauitas, examinanda sunt.*

Vltimum de iudicis officio præceptum in lege Mosaica est e-
Deut. 16, 19. *iusmodi. Non accipietis munera, qua excæcant etiam prudentes, & sub-*

ver-

vertunt verba iustorum. Quippe iustus iniuste facit iustitiam, si doni causa, iustitiæ enim est suum cuique tribuere, iniustitiæ autem id facere, ut lucrum aliquod inde procedat. Sed si dedi, ait Vlpianus, ut secundum me in bona causa iudex pronunciaret, est quidem relatum conditioni locum esse, sed hic quoque crimen contrahit, iudicem enim corrumpere videtur; & non ita pridem Imperator nosler constituit, litem eum perdere. Iudex tunc litem suam facere intelligitur cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit, dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram æstimationem liti prestare cogatur. Sed posterioribus Vlpiani verbis Budæus obiecit ista Gaii: Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur. Sed quia neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, cet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio, xeneri in factum actione, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit, panam sustinebit. Sed Budæi vana obiectio, sic eluditur: iudex, ut dolo malo, sic quoque imprudentia litem suam facit: imprudentia quasi maleficio est, dolus autem plane maleficio, hinc doli causa iudex in veram liti æstimationem, condemnatur apud Vlpianum, imprudentiæ vero gratia, in quantum religioni iudicantis visum est apud Gaium. Profecto idem Vlpianus habet: Non vero in totum xeniis abstinere debet proconsul, sed modum adicere, ut neque morose in totum abstineat, neque auare modum xeniorum excedat, quam rem Diuus Severus, & Imperator Antoninus elegantissime epistola sunt moderati, cuius epistola verba hæc sunt, quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus, vetus proverbum est: ἕτε πᾶντε, ἕτε πάντοτε, ἕτε παντα πάντων, id est, neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus, nam valde inhumatum est, a nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia auarissimum, verum isthic agitur de muneribus, quæ proconsuli dantur, ut hospiti, non ut iudici.

Vlpian. l. 2.
§. 2 ff. de
cond. ob
turp. caus.
Idem l. 15. ff.
de iud.

Gai. l. 6. ff.
de extr.
l. cogn.

Vlpian. l. 6.
§. 2 ff. de
off. pra.

CAPVT XVII.

Præcepta principibus eligendis & instruendis.

QVONIAM lex habetur velut ars vitæ humanæ, & in qualibet arte, regularum est certa distinctio, propterea in qualibet lege, oportet aliquam præceptorum esse separationem. Iudicialia ergo præcepta legis Mosaicæ diuisimus pro ratione hominum, quibus accommodantur. Hæc quidem ampla est diuisio, sed enim ex præceptorum copia, Iudæi commendantur hoc loco: *Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, sicut autem ex utilitate populi est, ut sacerdotes iis præsent, quæ DEI cultum adspiciant, ita, ut principes rerum humanarum habeant rationem.* Et vero in statuendis principibus, duo videntur attendenda. Primum, ut omnes in principatu partem agnoscant, quippe fit hoc pacto, ut placide agat populus, & omnes principum institutionem ament, atque conferuent. Præterea vero considerandum est, quænam sit species administrationis in quaque republica. Præstitit autem hoc DEVS, ut intelligitur ex dictis, ubi de Iudaicæ reipublicæ statu, sed quoniam DEI sub cura præcipua Iudaicus populus fuit, ideo summi principis dignitas reseruata DEO, & quidem ab eo præpositi sunt genti Iudaicæ Moyses, Iosue, cæterique iudices, nam legitur, *spiritum Domini fuisse in iis.* Omnino regum est optima gubernatio, sed ipsam nimia potestas in Tyrannidem facile abripit, nisi regis perfectissima sit virtus, quia *non est nisi virtute maxima præditorum, bonam ferre fortunam;* Talis autem virtus in paucissimis elucet. Quid quod Iudæis erat in avaritiam crudelitatemque propensio, qua certe vna plurimum homines ad tyrannidem sese conferunt? itaque verissimum genti Iudaicæ credidit DEVS, ne statim regem amplissima cum potestate acciperet, sed iudicem, atque gubernatorem, in sui custodiam: DEUS tamen ab initio de rege instituit, ut eligeretur ex iudicio DEI, ut meditaretur Iudaicam legem: hac porro meditatione, futurum DEVS existimauit, uti rex coleret diuina præcepta, cum quibus consortio frequenti, colloquioque esset, vteretur inquam lege

Num. 24. 5.

D. Thom. 9.

205. a. 1. c.

Arist. polit.

2.

Iudic. 2. 18.

Arist. eth.

10.

lege quasi iceptro, quasi nota perfectæ dominationis, & expresse ad antiquum regni diuini prototypum. Sed tamen aliter cecidit res, annisque voluentibus tam infesta Iudæis extitit regia dominatio, quam olim expetita. Romæ autem a Tarquinio sic odiosum fuit regium nomen, ut Suetonius de Cæsare scribat: *Adiecit ad insignem despecti Senatus contumeliam, multo arrogantius factum, nam cum sacrificio Latinarum reuertente eo, inter inmodicas, ac nouas populi acclamationes, quidam e turba statua etus, coronam lauream candida fascia preligatam imposuisset, & Tribuni plebis, Epidus Marullus, Cæsiusque Flauus, corona fasciam deirabi, hominemque duci in vincula iussissent, dolens, seu parum prospere motam regni mentionem, sue ut ferebat ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunus grauiser increpitos potestate priuauit, neque ex eo infamiam affectati regii nominis, discutere voluit, quamquam & plebeio regem se salutanti, Cæsarem se non regem esse responderit, & Eupercalibus pro rostris, a consule Antonio admotam sapias capiti suo diadema repulerit, atque in capitolium loui optimo maximo miserit.* Sed tamen quod spectat ad scientiam legum, habitus est singularis in ea Marcus imperator, qui Mœciano nauarat operam, quemque Papinianus *iuris religiosissimum* dixit, cæteri vero imperatores, animata iura, id est iurisconsultos, in amicis habuerunt: quid quod Iustinianus ipse iurisconsulti nomen, auctoritatemque affectat: *Quid maius ait, quid sanctius imperiali est maiestate, vel quis tanta superbia fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat, cum & ueteris iuris conditores, constitutiones, qua ex imperiali decreto processerunt, legis vim obtinere aperte, dilucideque definiant. Si in presenti leges condere soli imperatori concessum est, leges interpretari solo dignum imperio esse oportet, explosis itaque ambiguitatibus, tam conditor, quam interpret legum, solus imperator iuste existimabitur.*

Sueton. Iul. Cas. cap. 79.

Papin. l. 67. § ult. ff. de leg. Iustinian. l. ult. c. de leg.

CAPVT XVIII.

Præcepta Iudæis inter se componendis.

AD omnes populi Iudæici partes, iudicialia quædam pertinuisse indicat istud. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Ac uero quia *populus est cæcus* Pf. 147, 20. Cicer. op. Aug. 2. de mul. cia. d. 21.

multitudinis, iuris consensu, & utilitatis communione sociatus, hæc communio, & ille consensus, præceptis aliquibus debet adstringi. Ista autem præcepta, vel adspiciunt seruandum inter conuices ordinem iudiciorum, vel etiam rationem habent commercii inter eosdem exercendi. Ad ordinem iudiciorum facere videntur, præcepta quæ iudicis officio tribuimus supra, pertinet

Deus. I. 17. etiam hoc præceptum, quod iustum est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, nulla erit personarum distinctio. Etenim iustitia fungimur duæ natura, quæ ciues a peregrinis non separat, cum homines eiusdem conditionis omnes fecerit. Romanis quidem peregrini fuere, quotquot extra ciuitatem, & vero illis ius reddidit prætor peregrinus: Non sufficiente urbano prætor, quod multa turba etiam peregrinorum, in ciuitatem venires, creatus est alius prætor, qui peregrinus appellatus est, ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebas. Adspicit porro iudiciorum quoque ordinem, præceptum Mosaicæ legis istud: Si difficile & ambiguum apud te iudicium profluxeris, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, ascendes ad locum, quem elegerit Dominus, veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore. Præcepti autem huius imaginem, ius Romanum habere videtur, nam apud Iudæos consuli debuerunt illo ex præcepto sacerdotes, vbi fuit difficultas in iis, quæ DEI cultum intuebantur, iudex vero vbi perplexitas in hominum rebus occurrebat: similiter autem apud Romanos consulere oportuit Imperatores, cum ambigui quiddam habuit quæstio, de cultu DEI, hominumue rebus proposita. Nec enim de omni quæstione consuli se Imperatores passi sunt. Diuus Hadrianus in hac verba rescripsit, seruos alienos, qui sollicitauerit, aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, reneatur necne, facit quæstionem, & ideo non me consuli de ea re oportet, sed quod verissimum in re præsentis cognoscitur, sequi iudicem oportet. Constantini est constitutio ad Plotianum Lucaniæ rectorum: Super paucis, qua iuridica sententia decidi non possunt, nostram debes consulere maiestatem, ne occupationes nostras interrumpas. Eiusdem verba sunt: De rebus præcipuis maximisque, non de quibuscumque vilissimis, nostrum debent interpellare consilium. Sed enim ut intelligatur Imperatores de cultu DEI decidisse, scribit ad Traianum Plinius: Te domine Maximum Pontificem consulendum

2. §. 28 ff. de or. iur.

l. 11. §. ex facto ff. de mi. l. 1 ff. de ventr. inspi. l. 32. §. cum quidam ff. de recept. l. 5. ff. d. l. Fab. de pla.

Constantin. l. 1. c. Tb. de rglat.

l. 2. c. Th. de op. publ.

putari,

putavi, quid me observare velis. Et certe tum imperatoria tum etiam Pontificia dignitas, eiusdem fuit apud Romanos, ut patet ex Valente & Vlpiano, cuius etiam oratio ista: *Sciendum est locum publicum tunc sacrum fieri, cum princeps eum dedicavit, vel de dicandi dedit potestatem.* Atque huc respexisse videtur poeta, ubi canit:

- - - *Rex idem hominum, diuumque sacerdos.*

Ceterum fuit quoque Melchisedech in naturali lege, rex atque pontifex, item Moyses in scripta, summus princeps, summusque Pontifex, ut minime sit novum Ecclesie prepositus, secularis accessit principatus; quod tamen nequitia Caluini facit insolens & intolerandum.

Iam vero quod attinet ad commercii rationem, Aristoteles ait optimum esse, ut eorum, quae possidentur distinctio fiat, vsus autem partim sit communis, partim ex voluntate domini cuiusque communicari queat. Hæc porro Deus ipse servauit; agros enim partitus est, inter Iudæos, debellatores hostium; cuius quidem partitionis exemplum aliquod in Romano iure si quaerimus, forte non incongruens accipi potest eo loci, quo de limitatis agris agitur. Etenim eum agrum Trebatius ait esse limitatum, qui pulsus hostibus manu captus est, quiue ideo limitatus, ut sciat quid datum, id est quid victori militi assignatum sit. Sed quoniam multæ ciuitates, extremam adiere ruinam, quod rebus suis nullas, aut sane leues imposuerant leges; propterea Deus Iudaicos agros, variis adstrinxit legibus, inter quas, illa est. Ne prædia rustica in perpetuum alienentur. Huius autem legis ratio fuit, ne prædiorum huiusmodi confunderetur diuisio, etenim urbana prædia, quorum diuisio nulla erat facta, in perpetuum poterant distrahi: tugurii porro fuit hac parte ius idem, quod prædii rustici. Nam tugurium adheret prædio rustico, & ad eius custodiam paratur, idcirco debet eodem iure censerî. Certe ita Romani iuris auctores, quasi partes, & membra esse videntur. *Longa possessionis præscriptio tam in prædiis, quam in mancipiis locum habere manifestum est.* Quam porro Deus studuerit, rebus in tribu, ac familia conseruandis, inde etiam intelligi potest, quod ius *perpetuas* siue retrahens

l. 31. §. ult. ff. de leg. 1. arg. l. 14. §. 15. l. 6. de leg. 2. l. 67. §. 5. ff. de l. 2. l. 54. ff. ad l. Fall. 54. ff. de l. 2. l. 60. ff. de pars 9. 15. inst. de hered. qua ab intest. def. Mario. caus. 17.

Etus gentilitii, repetitur a lege Mosaica: & iure quidem Romano, si testator vetuisset alienari fundum extra familiam, fundo extra familiam alienato, proximior agnatus fideicommissi petitionem habebat. Præterea vero *proximis, consortibusque Romana iura concedebant, extraneos ab empione fundi gentilis remouere.* Sed enim rerum in familia retinendarum habita quoque ratio videtur, eo loci, quo DEVS Iudæorum successiones ita digere, vt iubeat filium patri succedere tum filiam, fratres, patruos, propinquosve reliquos, huius autem ordinis in succedendo, formam Romani eadem ex causa tenuisse videntur, atque etiam obseruant Galliam vero quod requirit Aristoteles, vt aliquarum rerum communis vsus existat, fiatue per voluntatem dominorum. Equidem in lege Mosaica DEVS, plurima voluit ipso iure communia esse, plurima etiam reliquit communicanda, ex arbitrio Iudæorum, quibus vendere, locare, mutuo dare, deponere, aliterue contrahere licitum fuit. Quæ autem extiterit apud Iudæos contractuum ratio, quam similis ei, quæ apud Romanos obseruata est, longius esset exponere, & facillimum videretur detegere, quoniam obuia cuique, & patens est in Mosaicis, Romanisque legibus contractuum descriptio.

CAPVT XIX.

Præcepta Iudæis aduersus extraneos inflectendis.

l. 239. §. 4 ff. de u. sig. l. 19. §. 2. ff. de iud.

QVILIBET populus vna cum extraneis agit, vel hostiliter, vel amice, modi porro vtriusque præcepta, Dei lex continet, nam de aduena, & viatore præcepit DEVS, ne aduena vexaretur, ne molestiam viator exciperet. Ac vero ius Romanum aduenam dicit *ἀπτομόν id est domo profugum, colonum aduenientem.* Sed illi, viatorie negotium fieri non patitur hoc loco: Num quid dicimus, eum, qui a mercatore quid comparauit aduena, vel ei vendidit, quem scit inde confestim profecturum, non oportet ibi bona possideri, sed domicilium sequi eius? at si quis ab eo, qui tabernam, vel officinam, certo loci conductam habuit, in ea causa est, vt illic conueniatur? quod magis habet rationem. Nam ubi sic venit, vt confestim discedat, quasi a viatore emtis; vel eo, qui trans-
 uebe

usuebatur, vel eo, qui παρρησιᾶς id est, præternavigat, emit, durissimum est, quotquot locis quis nauigans, vel iter faciens, delatus est, tot locis se defendi. Quod autem DEVS in Mosaica lege Spurium, Deut. 23. 1. eunuchumue ab Ecclesia reiecit, istud hunc habet sensum. Dupli- Arist. 3. poli. 3.plici ratione aliquis dicitur ciuis, vna cum significatur agere illum posse, quidquid ad ciues pertinet, puta iudicium ferre: altera cum denotatur eundem nullius esse potestatis, quantum attinet ad ea, quæ communitatem adspiciunt, sed tamen ex quibusdam causis ciuem haberi: quod accidit in omnibus; qui ciuitatem aliquam inhabitant, siue plebeii sint, siue pueri, siue senes. Eunuchus porro, & aduena, nequaquam a reliquis feceruebantur in iis, quæ diuinæ extiterunt gratiæ. Non dicat filius aduena, qui Isai. 56. 3. adhaeret domino, separatione diuidet me dominus a populo suo, & non dicat eunuchus, ecce ego lignum aridum. Sedenim spurius, ob despectionem originis, excludebatur ab Ecclesia, id est a populi congregatione, a qua etiam remouebatur eunuchus, quod patrum honore videretur indignus, apud Iudæos præcipue, apud quos diuini cultus propagatio ex generatione. Cæterum Romana si consulimus iura, ciuium extra numerum ponunt spurios, vt intelligitur ex diuisione ciuium, quam fecit Vlpianus. Deinde Vlpian. l. 4. plurimum generationi fauent, Paulus enim scribit: Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia ff. de bis qui sui vel aliorum bona damnati concessa sunt, sed & Diuus Hadrianus in hac sententia re- Paul. l. 7. §. scripsit, fauorabilem apud me causam liberarum Albini, filiorum numerus facit, cum ampliari imperium hominum adiectione, potius quam pecuniarum copia malim, ideoque illis paterna sua concedi volo. Terent. Terent. tii quoque Clementis verba sunt eiusmodi: Quod si ita scriptum Clem. l. 64. §. esset, si Aricia non nupsisset, interesse an fraus legi facta esset, nam si 1. ff. de con. ea esset, qua alicubi nuptias non facile posset inuenire, interpretandum & demonstr. ipso iure rescindi, quod fraudanda legis gratia, esset adscriptum, legem enim utilem reipublica prolis scilicet procreanda causam, adiuvandum interpretatione. In aliis pluribus, fuit apud Romanos generationis fauor, sed addam modo, Latinum liberis Romanam l. 2. ff. de min. acquisisse ciuitatem: deinde numerum liberorum in candidatis præpolluisse. Vlpian. Fragm. 3. Postremo donatos priuilegiis quotquot Romæ tres liberos susceperunt, quatuor in Italia, quinque demum in aliis provinciis, atque hoc vltimum in Gallia quoque obtinet. Tacit. anal. 3. Iam vero Coquil. q. quod 177:

quod facit ad rationem viuendi cum extraneis hostilem, iubet DEVS, vt expugnandæ ciuitati pax offeratur, atque huc etiam afferri potest Romanorum ius fœciale, quo rebus seu pignoribus repetitis, nec redditis prælium indicebatur, veteres istud elarigationem nuncupabant. Cætera DEI, vel Romanorum hac parte præcepta omittimus, alio euocati, & memores eorum, quæ diximus, vbi de bello ex iure gentium mouendo, atque suscipiendo.

CAPVT XX.

Præcepta Domesticis personis conformandis.

*Arist. 1. p. 1.
lib. 1.*

INTER domesticas personas, communio est varia, pro varietate rerum, quibus vita conseruatur humana, hæc autem, quantum attinet ad singularem cuiusque hominis naturam, bonorum externorum ope sustentatur; bonis enim externis queritur victus, vestis, aliaue, quibus administrandis, seruorum opera indigemus. Deinde vero secundum naturam vniuersam, humana vita, perpetuatur liberorum procreatione, ad quam vxore est opus. Igitur domestica societas coniugat seruos dominis, vxorem viro, liberos patri. Quod vero spectat ad seruos præcipit DEVS, modeste illos haberi castigatiue: item mutilatos a dominis libertate donari, quemadmodum & ancillam herili matrimonio selectam: in quo quidem vltimo, Iudaicum ius cum Romano conuenire videtur, quia Romano iure matrimonii causa vel a minore manumittitur ancilla. Sed addit DEVS, vt frater vxorem fratris sine prole defuncti, accipiat in vxorem: atque hoc etiam receptum fuit apud veteres, Egyptiosue, sed tamen a quibusdam imperatoribus abrogatum. Valentis enim, Theodosii, & Arcadii, lex est: *Fratri vxorem ducendi penitus licentiam submouemus, nec dissoluto quocumque modo coniugio.* Zenonis etiam est constitutio: *Licet quidam Egyptiorum, idcirco mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulauerint, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non conuenerint, nuptias non*

*l. 13. ff. de
man. vind.
Deus. 25, 5.
l. 1. c. Tb. de
inc. nup. l. 5.
c. de m. nup.
l. 8. e. eod.*

non videri esse contractas & huiusmodi connubia tunc temporis celebra-
ta firmata sunt; tamen presentis lege sancimus, qua huiusmodi nuptia
contracta fuerint, eas, earumque contractores, & ex his progenitos an-
tiquarum legum tenori subiacere, nec ad exemplum Aegyptiorum, de
quibus supra dictum est, eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.
Cæterum prohibuit quoque DEUS, ne duceretur in vxorem pro-
pinqua, aut alienigena, & certe viguit etiam hæc prohibitio a-
pud Romanos; sicut & alia, quæ non patitur imponi falsum
crimen vxoribus, habet enim Struola: *Iure mariti qui accusant,
calumniæ periculum non evitant.*

Leuit. 18,
Deut. 23, 30.
Vlp. 7.
fragm. 5.
Scaev. l. 14.
ff. ad l. iul.
de adul.

Iam quod attinet ad liberos Mosaicæ legis est præceptum,
vt patres liberis intugilent, & quidem Pauli verba sunt: *De filio,
filiaeque familias corruptis, huic edito locus non est: quia seruis corrupti con-
suetudo actio est, qui in patrimonio nostro esset: & pauperiorem se factam
esse dominus probare potest, dignitate & fama domus integra manente:
Sed utilis competit, officio iudicis estimanda: quoniam interest nostra,
animum liberarum nostrorum non corrumpi.* Nunc, patris authorita-
tem filii nuptiis interuenire vult DEUS, vt colligitur ex eo, quod
vetat, ne patres Chananeis filias elocent, & sane DEUS quasi pa-
ter Eusam Adamo copulauit, Isaacus etiam Abrahami, Iacobus
Isaaci consensu nupsisse videntur, vt haberent posteri hac parte,
quod sequi possent. Id autem placuit Romani iuris auctoribus,
placuit imperatoribus, idem receperunt Ecclesiæ patres; quarta
synodus Toletana, & Henricus ille rex Galliarum.

Deut. 21,
Paul. l. 14. §.
1. ff. de rer.
corp.

Deut. 7.
Genes. 24.
Genes. 28.
l. 2. l. 16. §.
1. ff. de rit.
nupt. l. ii ff.
de sta. hom. l.
an. §. 1. c. de
rapt.

Hactenus præcepta Mosaicæ legis, explicata sunt, vt vene-
re in manum. Equidem omnia finem Mosaicum, id est, hone-
stum, atque virtutem adspiciunt, vti ex dictis intelligitur, at-
que etiam ex eiusmodi verbis: *Diliges Dominum DEum tuum, ex
toto corde tuo & proximum sicut te ipsum, ex his pendent lex & Pro-
pheta.* Hæc enim verba significant, præcepta Mosaicæ legis,
nulla non proficisci ex charitate, cuius ea est ratio, vt virtutibus
& reliquis accedat velut ornamentum, atque lux. Charitati ex-
go sic fuit apud Iudæos locus, vt amicitia vix superesset vllus:
nam DEO iubente, omnes obseruabantur, & colebantur, quem-
admodum pauci. *Cui debet amicus (ait lex Mosaica) vel proximus, ac
frater non poterit repetere, quia remissionis annus est.* Hic autem proxi-
mus, id est, qui degit in eadem societate iuris, & legum, fra-

Ters. ad v-
xor.
Amb. l. de
patri.
Aug. epï.
233. 32. q. 2.
c. ult.
Henr. 2. ed.
an. 1556.
Mas. 22,
Deut. 15 2-

Vlp. l. 63. ff. proc. soc.

ter appellatur, eo sensu, quo Vlpianus ait commercij societatem ius quodammodo fraternitatis in se habere, societatis enim huius utriusque vinculum benevolentiam maximam fraternamque debet continere. Sed benevolentia, quæ manat ex societate iuris, legis Mosaicæ ad Iudæos, congruit charitati, quam societas iuris

Cic. de le. l. 1. idem de off. 1.

legis naturalis, inter homines constituit. Etenim ad participandum alium alio, communicandumque inter omnes, iusti natura nos sumus facti. Atque ut placet Stoicis, qua in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari; homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alius alii prodesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines societatem. Homini bus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas est, in qua omnium rerum, quas ad communem usum hominum, natura genuit, est seruanda communitas: ut qua descripta sunt legibus, & iure ciuili, hac ita teneantur, ut sit constitutum: de quibus ipsis cetera sic obseruentur, ut in Grecorum prouerbio est, amicorum esse omnia communia.

Id. l. 16.

Ac vero lex Mosaica reliquit inter Iudæos plurima, velut inter amicos communia. Ergo lex naturalis, & Mosaica, si adspicimus rerum communionem, quam inter multos posuerunt, detraxisse videntur aliquid amicitiae, cuius vis inter paucos obtinet; si vero intuemur rerum proprietatem, quæ data est hominibus, ex gentium iure, & Mosaico, certe ut naturalis ita Mosaica lex, aperit amplissimum amicitiae campum.

D. Thom. q. 105. art. 2. c. ad. 1. ad. 4.

amicorum esse omnia communia. Ac vero lex Mosaica reliquit inter Iudæos plurima, velut inter amicos communia. Ergo lex naturalis, & Mosaica, si adspicimus rerum communionem, quam inter multos posuerunt, detraxisse videntur aliquid amicitiae, cuius vis inter paucos obtinet; si vero intuemur rerum proprietatem, quæ data est hominibus, ex gentium iure, & Mosaico, certe ut naturalis ita Mosaica lex, aperit amplissimum amicitiae campum.

CAPVT XXI.

De premiis pœnisue legis Mosaicæ,

LEX Mosaica, non præcepta solum continet, verum etiam ea quæ præceptis conferunt adimplendis, id est præmia, & pœnæ, nam iura condentis proprium est, ut huiusmodi res adhibeat moribus efformandis, philosophiamque sanciat.

L. 9. S. 3. ff. de diu. rer.

Proprie dicimus sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata, ut leges sancta sunt, sanctione enim quadam subnixæ, quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est,

est, est DEO non sit consecratum, & interdum in sanctionibus adiicitur ut qui ibi aliquid commisit, capite puniatur. Sanctio legum qua nouis-
 sine certam poenam irrogat iis, qui preceptis legis non obtemperauerunt, ad eas species pertinere non videtur, quibus ipsa lege poena specialiter addita est, nec ambigitur in cetero omni iure speciem generi derogare, nec sane verisimile est delictum unum, eadem lege variis affirmationibus coerceri. Cum vero scribat Tullius poenarum hæc esse genera, nempe damnum, vincula, verbera, rationem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem: lex quidem Mosaica poenam exilii generalis haud statuit, quod soli Iudæi colerent Deum, & exuli data fuisset ea ratione, occasio idololatriæ: David enim ait, *male-*
dicti sunt, qui eiicerant me hodie, ut non habitem in hereditate domini, dicentes vade, serui diis alienis. Sed tamen eadem illa lex imposuit singulare exilium, quippe habet. *Qui percusseris proximum suum nesciens, & qui nullum contra ipsum habuisse odium comprobatur, ad urbem urbium refugii confugiat, usque ad mortem summi sacerdotis.* Cuius quidem precepti est egregia ratio ista. In vniuerso populi damno, priuatorum iræ sedari solent, igitur propinqui eius, qui occisus est mitius in homicidam experientur. Cæteram hoc loco fulsissime cum Theologis dici potuisset, de lege pœnali, sed nobis erit satis, breuissime cum Romani iuris authoribus statuere. Non oportet impunita esse maleficia poenas ob maleficia solus magna ratio suadet, id est ratio æquitatis naturalis, vtilitatisue publicæ, nam magna, vel summa ratio, sic accipitur apud Romani iuris auctores, deinde lex civilis poenas infligit in specie, quas naturalis in genere, vel determinat illa, quas ista imponit. Cum ergo natura velit, & publica disciplina vigor postulet constitui poenas, atque etiam præmia, (nam contrariorum eadem est ratio) cumque vnius remuneratio, sæpe sit multorum spes, sicut & poena vnius, sæpe multorum est metus, propterea recte Deus Mosaicæ legi terrorem addidit poenarum, de quibus apud Philonem & Pithœum. Postquam autem egimus de Iudæorum lege civili, comparauimus ipsam naturali, ac philosophiæ adiunximus, legem aliorum civilem similiter exposituri, ordine Pythagoram adimus.

Tull. apud Aug. 21. de civ. Dei. 2. 1. Sam. 26. 19.

Deut. 19.

1. 5. ff. ad l. A. quil. 1. 95. §. 1. ff. de solus. 1. 70. §. 5. ff. de fid. 1. 56. ff. de cond. ind. 1. 21. ff. de pen. 1. 43. de relig. l. 2. ff. de pres. sip. iun. §. 1. 4. §. ult. ff. de v. obl. l. 9. §. 5. ff. de publ. l. 1. c. aut. l. 1. l. uk. rep. l. 28. §. 15. ff. de pen. l. 31. ff. de p. Phil. de gram. & pen. de ma. led. Pisbar. Mosai. Rom. leg. Coll.

CAPVT

CAPVT XXII.

*Pythagora dignitas, & Philosophia, Mosaice
consimilis.*

Clem. Alex.
Serm. 1.
Hierop. ep.
10.
Apul. Flor.

2.
Laert. E.
pim.
Lunap.
Porph.
Laert.
Pyth.
Ælian. var.
12.

Leuit. 6. 14.

D. Tb. q.
301. c. 2.
ad 1.

Clem. Alex.
Serm. 1.

Laert.
Pyth.

PYTHAGORAS Sonchedum Archiprophetam audiit, Mem-
phitico vates: Epimenidemque Cretensem *inclitum, fasti-
loquum, piatorem*: Sic enim mea quidem sententia scripsit
Apuleius, non Platonem; nam Platone vetustior Pytha-
goras, ac vero dicitur Epimenides *primus domos agrosæ expias-
se*. Caterum vt Malchus purpurau, & inde nomen Porphirii
cepit. Empedocles vero soleis incessit areis: ita Pythagoras,
quo spectabilis fieret: insolens vestium genus, ornamentorum
ve vsurpauit. Quippe linea veste vsus est coronaque aurea: Sed
vtendi causa fuisse videtur, vt exprimeret habere se dignitatem
regiam, sacerdotalem ac Propheticam. Certe apud Iudæos, Chal-
dæos, & Ægyptios, quibus communicarat, linea vestis pro-
phetarum, atque sacerdotum fuit Mosaica quidem lex habet, *ve-
stietur tunica sacerdos, & feminalibus linteis*: Prophetas autem
Isidis poetæ *linigeros* vocant, Herodoti & Plutarchi secundante
testimonio. Dignitatem igitur illi Mosaicæ comparem Pytha-
goras affectauit. Neque vero non æmulatus est Mosaicum phi-
losophandi modum, ænigmaticis enim verbis, philosophiam e-
didit adinstar DEI, quem scimus Philosophiam Mosaicam, figu-
rarum nube obuoluisse, quod censeret hominibus aperienda esse
diuina pro cuiusque captu, & Iudæos contemptui habituros ea,
quæ non caperent, si aperte proponerentur: fore vero vt eadem
cognoscerent saltem implicite, dum figuris, quibus tegerentur,
in honorem DEI deseruirent. Pythagoræ ergo sicut & prisco-
rum plurimis, philosophandi ratio *velut Hebraica & enigmatica*.
Qualis autem Pythagoræ philosophia? Iosephum audiamus. *Py-
thagoras Samius, inter veteres, qui sapientia, & erga verum pie-
tate, censendus est omnes, qui umquam philosophast sunt vincere:
non solum nouit ea, quæ liquido nostra sunt, DEum etiam in multis
æmulatus est, & Hermippus quidem scripsit, cum a Iudæis plurima
suam in philosophiam transulisse. Ecce philosophia Pythagoræ,
in multis, etiam Mosaica dicitur. Certe Iudaico ritu circum-*

cisus

cifus, & recutitus legitur apud Clementem Alexandrinum. Iubet vero apud Laertium, *Diis cum laudibus, amictuque candido, & casto corpore, cultum exhiberi, mundiciem porro expiationibus, lauacris, & adspersionibus procurari, vacando a funere & inquinamenti, item morticinio & carne polluta abstinendo*: Deinde etiam præcipit *seniores honorari, omnia repugari communia, verecundiam ac pietatem coli*. Cætera omitto, quod intelligatur ex istis, quam proxime ad Mosaicam legem, & philosophiam, Pythagoras accesserit. Nam vt superiora non repetam, in Mosaica lege DEVS præcipit: *Sacerdotes iuniores, qui per tempora certa ministrans sanctuario, non inquinentur in mortibus, nisi valde propinquorum, pontifex autem nec in istorum*. Taceo solitas Iudæis expiationes, & adspersiones, consueta etiam lauacra prætereo: ciborum quidem abstinentia, & aliæ obseruationes Pythagoricæ, plurimum Mosaicis conuenire videbuntur, si conferentur iis, vt fieri potest haud difficile. Ergo mentioni Moysis, Mosaicæ Philosophiæ non incommode subiecimus Pythagoræ, Pythagoricæ philosophiæ mentionem. Sedenim haud tantum ex Pentæucho, philosophiam hausit Pythagoras, imo etiam ex aliis scripturæ locis. Docebat enim: *Ne gustaris, quibus nigra est cauda, ignem gladio ne fadiso. Abstineto a fabis. Ne manus cuiilibet. Stateram ne transili. Annulum angustiore ne gestato*. Quorum quidem omnium iste est sensus, infames prauosque vitaueris. Responsione suaui frangito iram. Magistratum fugito. Ne amicitiam cuius. Iustitiam serua. Liberam agito vitam. Atque hæc profecto in Ecclesiaste & prouerbiis reperiuntur: & vero pertinent sicut etiam præcedentia Pythagoræ scita Pythagoricam ad finem, assimilationemue DEI, nam ex virtute ducta sunt, qua certe vna plurimum DEI similes euadimus, & amici: Cic. de leg. 2, nam ex similitudine virtutis amicitia est, cuius inter homines rationem, primus, auctore Timæo Pythagoras esse dixit, vt amicorum omnia faciat communia. Recte Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem ab honestate seiunxisset, id enim quebatur caput esse existiorum omnium, nam vnde, Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, ἢ φίλων ἰσότητα, ex qua perficitur, cum a natura diffusam in omnes homines beneuolentiam, vir sapiens in aliquem pari virtute præditum consulerit, tum illud efficit, quod quibusdam

Leuit. 21, 1.
seqq. 10. seq.

D. Thom. 4.
102.

Vent. de
leg.

Prov. 24, 15.
Eccles. 8, 7.
Prou. 26, 5.
Cic. de leg. 2,

Laerti.
Pyth.

busdam incredibile videatur, sit autem necessarium, ut nihilo se plus quam alterum diligas. Iam vero Pythagoram ponit inter legeslatores Tullius vbi ait: *Infedisse Græciam, quæ magna dicta est, eamque priuatim, & publice, præstantissimis, & institutis, & artibus exornasse.* Laertius quoque refert, Pythagoram adusse Crotonem, ibi leges Itulis dedisse, atque cum discipulis clarum esse habitum, qui ferme trecenti, rempublicam præclare administrabant. Sed Pythagoræ leges, vetustas inuidiosa nobis eripuit, atque vt Claudianus Mamertus, vult philosophiam Pythagoræ, ab eius posteris accipi, quia nihil ipse scripserit, ita nomothesium eiusdem, a studiosis repeti exposcimus, quia res eo recidit, quo tulisse leges ille non videatur.

CAPVT XXIII.

Charonda, & Zaleuci præcepta.

Laerti.
Pyth.

PYTHAGORÆ nomothesis a nullo rectius repeti potest, quam a Zaleuco, & Charonda, nam multos per Italiam doctos, bonosque viros, Pythagoræ esse dicit, etiam Zaleucum & Charondam legeslatores, Zaleuci, Charondaque leges laudantur, hi non in foro, nec in consultorum curia, sed in Pythagoræ tacito illo, sanctoque secessu iura didicerunt, quæ florenti tunc Sicilia, & per Italiam Græciæ ponerent. Igitur incipientibus nobis humanas tractare leges, humana de lege videtur agendum, sed tamen eius ratio percipi potest, ex dictis, vbi de ciuili lege

D. Thom. q.
66. a. 4.
Sot. 1. de iur.
& iur.
D. Thom. q.
99. 4. a. 4. q.
100. a. 9.
Becan. sum.
ab. str. 3. c. 6.
q. 14.

hæretorum, aliove loco. Breuiter autem est eiusmodi, vt conscientiam, vitamque teneat, interioribus autem actionibus animi non imponatur: denique simplicem, & ex æquitate interpretationem admittat. Enimvero lex naturalis, & Mosaica tantum recipere possunt simplicem, id est eam, quæ explicat in aliquo casu particulari, mentem quam reuera legislator habuit. Nam interpretatio ex æquitate mentem exponit, quam legislator habuisset, si casum singularem, de quo agitur, præcepisset animo, huius interpretationis vtraque illa lex videtur incapax; quoniam lex quidem naturalis, iuxta circumstantias quasdam, non absolute

lute præcipit, author autem Mosaicæ legis DEVS, in ferenda lege nihil non præiudicavit. Cæterum Zaleuci, vel Charondæ respublica fuit ex Aristotele, plus æquo Aristocratica, Zaleucus autem, perpetuandæ nomotheseos suæ gratia, sanxit ut quitumque legibus detrudere vellet, aut addere, prodiret in publicum collo resti alligato, quasi statim luiturus temeritatem, si quam eo facto admitteret. Neque vero non plurimum cauit eidem rei, ipse Charondas. Igitur hac parte DEVM authorem Mosaicæ legis illi retulerunt, Moysen vero, qua suis legibus præfati esse dicuntur. Sed eorum ex antiquitatis memoria reliquæ leges istæ sunt. Zaleuci quidem: *Magistratus ab arrogantiâ, corruptelæ caveant.* Sed istud inter Mosaicæ præcepta expositum est: *Si quis locorum epizephyriorum, sine medico biberit eger, sanatus quoque, morti datur, quoniam sine imperio bibit.* Hæc vero lex istam habet rationem, quia sponte non est vita periculis exponenda. Præceptum illud, *non occides* ita pertinet ad statam alteri necem, ut multo magis ad eam spectet, quam crudelissimus aliquis sibi ipsi adfert: immanitas in proprium corpus admissa, gradus est nonnullus ad sævitiam in alienum. Dominus vitæ videtur alienæ, qui spretores suæ. Sapienter igitur Vlpianus: *Excipitur & ille, qui mortis consciscenda causa, quid fecerit. Malus servus creditur, qui aliquid fecit, quo magis se rebus humanis extrahat: ut puta laqueum torfit, sine medicamento pro veneno bibit, precipitemus se ex alto misit, aliudne quid fecit, quo facto speravit mortem peruenturam: tamquam nonnihil in alium ausurus, qui hoc aduersus se ausus.* Item Marcianus: *Sic autem distinguitur, interesse, qua ex causa quis sibi mortem consciscit. sicuti cum queritur, an is, qui sibi manus intulit, & non perpetrans, debeat puniri, quasi de se sententiam detulerit. Nam omnimodo puniendus est, nisi e die vita, vel impatientia alicuius doloris conatus est hoc facere. Et merito si sine causa sibi manus intulit, puniendus est, qui enim sibi non pepercit, multo minus alii parcat.* Ad idem porro præceptum: *non occides*, atque etiam ad Mosaicæ legis præcepta, quæ odium & inimicitias vetant, maxime facit Zaleuci lex, qua ciues inter se quam cito reconciliari iubentur: & eius quidem legis, in Romano iure vestigia quædam habemus impressa. *Iniuriarum actio, sit Vlpianus, ex bono & æquo est, dissimulatione aboletur, si quis*

Arist. 5. po. lit. 7.

Bodino 4. de rep. 3.

Diod. Sic. bibl. 12.

Cic. de leg. 2. Diod. Sic. 16.

Vlpian. l. 23. §. 3. ff. de edil. edi.

Marc. l. 3. §. 6. ff. de bon. cor. qui an. sent.

Vlpian. l. ii. §. 1. ff. de in. enim iur.

enim iniuriam dereliqueris, hoc est, statim passus ad animum suum non renouauerit, postea ex pœnitentia remissam iniuriam, non poterit recolare, secundum hac ergo equitas actionis, omnem metum eius abolere videtur, ubicumque contra equum quis venit, proinde & si pactum de iniuria intercessit, & si transactum, & si iusurandum exactum est, actio iniuriam non tenet,

Arist. in polit.

Iam vero Charondæ, qui potissimam rationem habuit eorum, quæ cæteri legislatores prætermiserant, & exquisitior, politiciorue fuit omnibus, quorum postea leges prodire: præceptum est. Ut abstineant a republica quotquot secundo nupterint. Cuius hæc ratio videtur, quod intemperantiæ vitium ad reipublicæ gubernationem minime sit afferendum, secundæ vero nuptiæ quandam contineant intemperantiam. Apostoli præceperunt secundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum, nam secundam quidem accipere, præceptum apostoli est, secundum

1.3.c. de se. nup.

veritatis rationem vere fornicatio est. Sed dum permittente DEO, publice, & licenter committitur, sit honesta fornicatio, propterea bene dictum, quia Moyses hoc permisit, non præcepit, aliud est enim præcipere, aliud permittere, quod enim permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates, ad plenum prohibere non possumus. Fornicationis, ait Hieronymus, viuenda gratia conceduntur viduis secunda matrimonia, quemadmodum virginibus prima. Vnde intelligitur, quæ sit ratio legis alterius, quam tulit Charondas, ut matrimonium, quæ non inuenirent, acciperentur a propinquis. Nam voluit eiusmodi lex, cautum virgineo pudori, quem copula longius, profusue remota Veneri prostituit, ut

31. q. 1. c. hac ratio.

D. Hier. in Iouini. 1.

indicat imperator hoc loco: Si usque ad viginti quinque annorum aetatem peruenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit in corpus suum eam peccare, hoc ad ingratitudinem filia nolumus imputari, quia non sua culpa, sed parentum id commississe intelligitur. Ergo Charondas consuluit modestiæ virorum, vbi reiecit duplicis coniugii viros a republica, puellarum autem, vbi addixit illas propinquis ob istam crede rationem, quod putaret propinquos fore diligentissimos, in quærendis virginum nuptiis, si nullo ducente cogerentur eas ducere in vxores. Ac vero Seueri & Antonini constitutio, propinquis iniicit

Novell. 115. c. 3. §. 11.

curam, collocandæ in matrimonium pupillæ, sic enim legimus in eorum

1. 1. c. de nup.

rum constitutione, non puellæ, atque etiam de pupillis Charondæ lex intelligenda videtur. Profecto sæpiissime qui propinquitatis causa vocantur ad pupillæ successionem honestas eius nuptias impediunt, sicut & interdum dotis non dandæ causa, pater conditionem filiæ quaerere vel accipere refugit: quibus quidem casibus iudicis partes interueniunt, & vsus est huic legi. *Capite trigesimo quinto legis Iulia, qui liberos quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere: vel qui dotem dare non volunt: ex constitutione Diuorum Seueri, & Antonini, per proconsules, præfidesque prouinciarum, coguntur in matrimonium collocare, & dotare, prohibere autem videtur, & qui conditionem non quaerit.* Ita ergo vt diximus Charondas intemperantiæ fraena iniecit, sed enim reliquorum vitiorum ergo præcepit, vt mala consortia vitarentur, id est, vt vitiis omnibus via intercluderetur. Atque hoc recitata superius Pythagoræ sententia iussit, itemque continet ista Vlpiani, *dellictorum turpis atque fæda communio est.* Iam falsi testimonii iudicium, Charondæ proprium facit Aristoteles, sed tamen id ante Charondam instituerat Deus in Mosaica lege, ex qua Pythagoras, perue Pythagoram Charondas fortassis accepit. Vt autem Zaleuci, & Charondæ, sanctiones aliquas referamus. Charondæ institutum fuit, vt calumniatores myrica redimisti ciuitatem inirent. Et vero apud Romanos, calumniatoribus pœna irrogabatur in iudiciis publicis lege Remmia, nam & in priuatis, & in extraordinariis criminibus, omnes calumniosi, extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur. Ordinariam vero fuisse pœnam calumniatorum in iudiciis publicis, arguit ista lex Papiniani. *Quæsitum scio, an in publicis iudiciis calumnie damnati, testimonium iudicio publico perhibere possint? Sed neque lege Remmia prohibentur: Iulia lex de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt. Verumtamen, quod legibus omissum est, non omitteretur religione iudicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.* Et ista quidem verba, *integræ frontis* adspiciunt K litteram inuri solitam frontibus calumniatorum, quibus Charondas, Romanumque ius infamiam ingessere. Zaleuci porro & Charondæ fuit etiam hæc sanctio. *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* quod quidem Mosaica lex habet, ac duodecim tabulæ, vt Zaleucus, & Charondas,

l. 18. l. 26.
c. cod. l. 9.
de rit. nups.

Vlpian. l. 13.
ff. pro soc.
Arist. 2. polit.
lib. 12.

l. 1. §. 2. ff. ad
T. capit. l. 3.
ff. eod.

Papinian. l.
13. ff. de test.

Exod. 21. 24.

Arist. § Nie.
5. Bodin. 5.
de rep. 6.

a lege Mosaica, Romani autem a Zaleuco, Charondaue id accepisse sic verisimile. Profecto Pythagorici omnes, talionem approbarunt, ut author est Aristoteles, & Bodinus eos reprehendit, qui refellere illud nituntur, quod leges Moÿsis, Solonis, ad duodecim tabularum receperunt, quod etiam Pythagorici approbarunt Tarentini, Tusci, & Locri, hoc est ii quibus Charondas, & Zaleucus olim instituta posuere ciuilia. Hactenus de Zeleuci & Charondæ præceptis, quæ profecto conueniunt Mosaicis, ut annotauimus.

CAPVT XXIV.

Poetarum Scito.

*Plat. Sol.
id. Lyc.*

CArminibus exarasse leges suas dicitur Solon. Decemuiros idem fecisse quidam adstruunt, Lycurgus quidem musa Thaletis, animos Lacedæmoniorum feros, parauit ad suam Nomothesium.

*Horat. de
art. poet.*

*Syluestres homines sacer, interpretsque deorum.
Cadibus, & vitu fædo deterruit Orpheus,
Dicitur ob hoc lenire tigres, rabidosque leones,
Dicitur & Amphion Thebana conditor urbis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis discernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura matris,
Oppida moliri, leges incidere ligno,
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit.*

*Phil. om.
bon. prob.
lib.*

Inseruit ergo legibus, imo continuit leges iunctura carminum. Sane Philo magistros vitæ totius appellat poetas, & Horatius quidem ait:

*Horat. de
art. poet.*

*Aut prodesse volunt, aut delectare poeta,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ,*

Omne

*Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque mouendo,*

Scribit autem Plutarchus. *Homeri carmina nullus existimet, Plutarch. de musc.
santum composita voluptati: mentem enim sublimiorem occitant.
Poesis Homero, inquit Basilus, virtutis præconium est, eo nihil non
refert ille, nisi si quid atrox ornatus gratia. Quis ergo miretur
Homerum, Alexandro Macedoni familiarissimum, Arcefilæ ama- Laert. Ar-
fissimus fuit. Hunc, illumue poetam, Romani iuris authores æ- ces.
stimant, vtriusque scriptis memorandis. Claudius quidem Sa- Claud. Sa-
turninus Homerum sic laudat authorem. *Euenus spectatur, ut a tur. l. 16. §.
clementissimo quoque facta, quamquam lex non minus eum qui occi- 8. ff. de
dendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum qui occiderit pu- pen.*
nias. Et ideo apud Græcos, exilio voluntario fortuiti calus lue-
bantur, ut apud præcipuum poetarum Homerum scriptum est:*

*Quando me paruulum Menoetius ex Opunto
Duxit ad vestram domum, parricidium ob triste
Die illo, cum filium occidi Amphidamantis,
Imprudens, inuitus, circa talos iratus.*

Hom. E. 6.

Habet etiam Paulus. *Sed an sine nummis venditio dicitur hodieque Paul. 1. §.
possit dubitari, veluti, si ego togam dedi, ut tunicam acciperem. 1. ff. de
Sabinus & Cassius esse emtionem, venditionem putans. Nerua & contr. Em-
Proclus permutationem, non emtionem, hoc esse. Sabinus Homero
teste vitur, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibusque
vitiu emere refert:*

*Hinc quidem vinum emebant comati Achii,
Alii quidem ære, alii autem splendido ferro,
Alii vero pellibus, alii autem ipsi vaccis,
Alii autem mancipiis.*

Hom. II. v.

*Sed hac permutationem significare videtur non emtionem sicut
illa.*

*Hic rursus Glaucus, Saturnius mentem exemit Iupiter, L. II. §.
Qui cum Tydide Diomede, arma mutauit.*

Nægis

Mizis autem pro hac sententia illud diceretur, quod alias poeta idem dicit:

Id. Od., a.

- - Emit possessionibus suis.

*Sed verior est Nerue; & Proculi sententia, nam ut aliud est vendere, aliud emere, alijs emtor, alius venditor, sic aliud est pretium, aliud merx, quod in permutatione discerni non potest, v-
M. w. l. 1. ter emtor uter venditor sit Marcianus autem, mortis causa dona-
& §. 1. ff. de tio est cum quis habere se magis vult, quam eum cui donat, magisque
mort. caus. cum cui donat, quam heredem suum, sic & apud Homerum Tele-
don. machus donat Piræ:*

Hom. od., z.

*Piræ incertus quoniam rerum exitus harum est,
Si tacita incautum, stolidi me forte necare
Morte proci potuerunt; & opes vexare paternas,
Hæc ego te malo quam illorum quempiam habere;
Sin ego eos iusta meritos affecero clade,
Tūnt mihi tu lato, reddes illa omnia lato.*

§. 1. inst. de don.

*Sic detractos ut opinor, institutionibus Marciani, (versus Ho-
mericos, iustinianearum institutionum compilatores reddidere.*

Marcian. l. 65. §. 4. ff. de leg.

*Sed eiusdem Marciani verba sunt. Pecoribus legatis Cassius scri-
psit, quadrupedes contineri que gregatim pascuntur; & suæ autem
pecorum appellatione continentur, quia & hi gregatim pascuntur, sic
denique & Homæus in Odyssæa,*

*Inuenies hunc asidentem suibus, que pascuntur
Juxta Coracis saxum, iuxtaque fontem Arethusam.*

Papinian. l. 9. §. 1. ff. Sup. leg.

*Jam Papinianus: Supellectilis mensas esse cuiuscunque materia
(scilicet vel argenteas, vel argento inclusas) placet. Nam & ar-
genteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere, poste-
rior ætas recepit. Cum & Vlysses ex auro, & argento lectum vi-
uentis arboris truncis adificatum ornasse, quem Penelope recogno-
scendi viri signum accepit, ut voluit Homæus. Modestinus vero;*

Hom. Od. γ.

*Viri frater leuir is apud Græcos δαῖης appellatur, ut est apud Ho-
merum relatum, sic enim Helena ad Hædorem dicit.*

Modest. l. 4. §. 6. ff. de grad. Hom. ll.

*Leuir mei canis, omnis mali causatrix, horrida viri soror,
glos dicitur, apud Græcos γαῖδος, duorum fratrum uxores ianiri-
ces*

ces dicuntur, apud Græcos, εὐαλίτες, quod uno versu idem Homerus significat.

Sive alicubi inglorium, aut inaterum speciosis pepilis.

Denique Gaius: *Qui venenum dicit, adicere debet, utrum* Gai. l. 236.
malum, an bonum. Nam & medicamenta venena sunt: quia eo ff. de verb.
nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibi- figu.
tum esset musas. Cum id, quod nos venenum appellamus Græci Φάρ-
μακον dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ no-
cent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione aliterius, nomine dis-
tinctio fit. Admones nos summus apud eos poetarum Homerus.
Nam sic ait:

Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

Virgilio porro meminit quoque Marcianus, hoc loco: *Ceno-* Marcian. l.
saphium magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est 6. §. 5. ff. de
Virgilius. Iste quidem scribit: diui. rer.

Hætorum ad tumultum, viridi quem cessite inanem. Virg. Enid.

Vbi Seruius inanem tumultum, explicat cenotaphium.

Itaque Romani iuris auctores, ut rebus, ita nominibus in-
 terpretandis, scripta poetarum insignium usurparunt. Sic flo-
 ribus ex omnibus mella libant apes. Sic fluentes vndequaque
 riuos, receptant flumina.

CAPVT XXV.

Salonis dignitas. Eiusdem Philosophia, Pytha-
goricæ philosophiæ consimilis.

PARTEM philosophiæ, moralem, moralisque, politicam, Plutarcti:
 plurimum Solon excoluit. Ut autem fuerit rudis in phi- Sol.
 losophia naturali, eius hæi versus indicant:

Vis niuis, & nebuloso agitatur in æthere grando,

Horrendum excutiunt fulgura clara sonum. Laert. Sol.

Conturbant venti mare, concutienteque nullo,

Nil iustum, aut clemens, nil placidum mage erit.

P

Et

Et vero si Thaletem excipimus, nulli sapientum septem promouerunt sapientiam, extra res in usu communi positas. Ergo sapientum nomen adepti videntur, quod essent in rebus administrandis iactatissimi. Fuit vero in Solone discendi vehementissimus ardor, inde apud Tullium gloriatur, se quotidie addicentem, senem fieri: addubitet igitur aliquis, annon adspiciat Solonem iuriconsulti hæc oratio: *Discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam, in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, qui dixisse fertur, et si alterum pedem in tuinulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* Congruè autem Pythagoræ, Solo pluribus in sententiis, vna est: *Sermonem silentio, silentium autem occasione obsignandum esse.* Altera vero: *Non congruendum malis.* Quid quod ipse Plutarchus, Solonem inducit tractantem, vt abstinendum sit omnibus vitæ libentibus? quantam porro Solo habuerit in republica potestatem, quantam in re priuata abundantiam si querimus, sane princeps Atheniensium existisse legitur, Aristoteles vero Solonem dixit *medium*, vt significaret eum, mediocrem auctoritatis, & opulentæ vim experuisse. - Et quidem mediocritatis studiosissimus Solo intelligitur etiam inde, quod rempublicam Athenis ita composuit, vt immodicam tolleret oligarchiam, liberaret populum seruitute, postremo veterem democratiam reipublica bene temperanda reuocaret. Sed isti reipublicæ leges imposuit, quas annis centum ratas haberi cum statuisset; iureiurando senatus, prætoresque singuli, rem illam in se obligarunt.

CAPVT XXVI.

*Præcepta principibus magistratibusque eligendis, & in-
formandis. Item præcepta componendis
inter se Atheniensibus.*

Plus. Soli:

DE principibus, magistratibusque Atheniensium Solo varias pertulit leges, quarum e numero istæ: *Magistratus ex mobilitate, censu, sorte, & suffragio eligantur. Magistratus, de quouis negotio ius dicant.* Quibus attem iudicia,

cia, & magistratus apud Romanos competierint, Sigonius in aliis clarissime docet. Tulit etiam Solo de multiplici genere magistratum, quos habuit Athenarum vrbs, multique recensent, ut impertinens videatur illorum hîc facere enumerationem. Solo vetuit porro: *Ne mortuis illi maledicta ingererentur.* Sentiebat ille quidem, eos perfecte beatos, qui mortem obiissent, ita inquam statuebat,

*Sigan de
ant iur. civ.
Rom.
Plut.
Sol.
Arist. in
Eth.*

- - *Vltima semper*

Expectanda dies homini est, diciturque beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Est vero pietatis sacros ducere, quæquos e vita exierunt, iustitia autem abstinere iis, qui amplius non sunt, ac ciuitium inimicitiarum aliquando modum facere. Profesto apud Romanos, illatione mortui locus fiebat religiosus, & tabulæ quidem duodecim sepulchra dixerunt sacra, est vero prouerbiū: *hand mouenda moues.* quod quidem authore Zenodoto ad sepulchra spectat, ut etiam iuris titulus de religiosis. Denique Romanis, sacri extiterunt mortui, & inde religio quædam in iisdem colendis fuit. Itaque intelligimus, quare scripserit Paulus: *Intenditæ competunt vel hominum causa, vel diuini iuris, aut de religione, sicut est, ne quid in loco sacro fiat, vel quod factum est, restituatur: & de morsuo inferendo, vel sepulchro edificando.* Patet etiam cur edixerit Prætor, *de sepulchro violato.* Iam vero primus ipse Solo, Atheniensibus inuexit *οικια χθονων*, siue corporum, possessionumque redemptionem, plurimi enim per inopiam fœneratoribus corpora addicebant, & super iis fœnerabantur, cum ergo septem talenta patrimonii iure, Solo exigere deberet, ea remisit, ut cæteros ad idem factum exemplo suo prouocaret: & huic quidem facto Solonis, hæc eius sententia conuenit: *Satietas ex diuitiis manat, ex facietate consumelia.* Intelligebat enim Solo nimias opes in causa esse, cur aliqui eo fœuitiæ peruenirent, ut hominum liberorum corpora detinerent fœnori; quapropter opibus ad aliquod temperamentum adducendis ipse moderationis in omnibus perquam amans, tabulas omnes aboleri constituit. Equidem dicebat Socrates, *longas vestes corpora, opes autem nimias animos impedire.* Vnde opinor Apuleius, *fortunam velut tunicam*

*Plut.
Sol.

Plut.
Num.
Plin. l. 2.

Paul. l. 2. ff.
de inter. l. 1.
3. ff. de sep.
viol.
Laert.
Sol.*

*Socras,
αι μεν πο
θηες εδμη
magis res ται*

magis concinnam, quam longam probare, dixit. Lucianus porro memorat, sanxiffe Saturnum, vt diuites pro inopibus amicis exsoluerent. Spartianus autem refert, Hadrianum fisco debita remisiffisse. Denique apud Liuium, C. Licinius Stolo, legem Solonianæ illi confimilem tulit. Et certe hac afferri potest ratio ista Gaii: *Nam is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduersarii, inanis actio est.* Eodem quoque facit, hæc eiusdem ratio, *quia liberum corpus nullam recipit estimationem.* Constat quidem iudicatos, confessosue, ex duodecim tabulis creditoribus addictos fuisse, quibus operas darent pro pecuniis, sed Imperatores ita deinde constituerunt: *Ob as alienum seruire liberos creditoribus, iura compelli, non patiuntur.* Et sane Liuius habet, lege quadam latum, vt delicti tantum causa corpus affigeretur, quo quidem pertinent variaz leges Romanæ, & inter ipsas, hæc Vlpiani: *Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt prævit, ff. de infecti, vel præfides, vt eis, qui penam pecuniariam egentes eludant, ius. voc. l. 9. coercitionem extraordinariam inducant.* Sed tamen postea, Romanis etiam placuit, vt vincula & verbera proponerentur iis, qui creditoribus non satisfacerent. Atque hinc prodiit *miserabile cessonis auxilium, quo cruciatus corporalis semonetur.* Quod *ve prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem.* Huic porro sententiaz posteriori Gallia subscripsit, quæ debitores non soluentes, in publicum detrudit carcerem.

Diog. Lae. Sol.
Gai. l. 6. ff. de dol.
Idem l. 7. ff. de bis qui off. vel dei.
l. 12. c. de obl. & act.
Liui. l. 8. dec. 1.
l. 7. s. 3. ff. de iuris. l. citorum, priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt prævit, ff. de infecti, vel præfides, vt eis, qui penam pecuniariam egentes eludant, ius. voc. l. 9. coercitionem extraordinariam inducant.
Vlpian. l. 1. s. 3. ff. de pen. l. 1. c. Tb. qui bo. ced. l. 8. c. qui bo. ced. l. 1. c. cod. Cbarond. const. coll. l. 9. 14. a. 6.

CAPVT XXVII.

Præcepta componendis etiam inter se Atheniensibus.

Diog. Lae. Sol.
SOLONIS quoque lex habuit, *pupillarum futuras heres tutor ne esto.* Cuius quidem ratio videtur, quia futurus heres, pupilli personam negliget spe hereditatis, vi ac potestate sua abutetur, ad effectum voti; quod propter pupillarium bonorum expectationem, de pupilli nece captanda forte susceperit. Plura in istam legem dabit Alexander ab Alexandro, Cæterum ab illa Romani deflexere aliam ob causam.

Legisi.

Legitime caele, ait Ulpianus, *lege duodecim tabularum agnatis de-* Ulpian. l. 1. i.
late sunt, & consanguineis, item patronis, id est his, qui ad legi- ff. de leg.
timam hereditatem admitti possunt; hoc summa providentia, ut, pub.
qui sperarent hanc successionem, iidem sacrentur bona ne dilapida-
rentur. Ego persone pupilli Solo, eiusdem vero bonis lex Ro-
 mana, consuluit. Solonis autem pro ratione illa facit, quod
 Ulpianus ait: *Id agere praeorere oportet, ut sine ulla maligna su-* Ulpian. l. 1.
spicione alatur partus, & educatur. Quibus quidem verbis ista S. I. ff. ubi
 Diocletiani & Maximiani verba concurrunt. *Utrum nepos tuus,* pub. ed. deb.
ex filia apud te, an apud patrum suum morari debeat, ex singulorum l. 2. n. cod.
affectione, & qui magis ad suspicionem ex se successionis propior sit,
estimabitur. Denique apud Romanos, successio, tutelam attri-
 buit, non educationem, quia in educatione suspicio est. Et
 forte Solo a futuris heredibus, tutelam remouit, cum eidem tu-
 telam deferret, ac commemorationem: certe dicitur tulisse So-
 lo, *ne tutor una cum matre pupillorum habitares.* Sicut autem ha-
 bitatio accipitur pro commemoratione, siue pro matrimonio, non
 legitur Solonis lege prohibitum, ne, pupilli, pupillæue tutori
 commorarentur, aut nuberent. Sedenim de bonis alteri post
 mortem relinquendis, hoc tulit Solo. *Cui voluerit quis, bona* Plur.
sua dandi (nisi filios habeat) ius esto. Ante istam legem Plutar- Sol.
 cho teste, bona in defuncti familia remanebant. Quod autem
 excipitur de filiis, id ipse Demosthenes ad filias producit. *Demosth.*
 Certe filiorum, quibus consulitur, nomen ad filias proferunt Ro- uer' 52 P
 mani iuris auctores, & apud eos semper sexus masculinus; femi- l. 116. ff. de
 nimum etiam sexum continet, non contra, exemplo enim pessimum de v. fig. l.
 est, feminino vocabulo, etiam masculos contineri. 62. ff. de leg.
 libertate testandi, quid Lacedæmone, Athenis; Romæ fuerit 3. l. 45. ff.
 obseruatum, quidue in Gallia obseruetur, elegantissime explicat det. 2.
 disertissimus patrum Gallorum, quot fuere, quotue post a- *Morionus.*
 liis erunt in annis. Sed tulit etiam Solo, de hereditatis petiti- 7.
 one, & familia eriscunda. Item de intestatorum successione, *Demosth.*
 in qua mares, & prognatos ex maribus voluit anteponi. Iam uer' 100 P
 si proximi genere, pupillas non ducerent, aut elocarent. Solo- id. v. 22 P
 nis ex legibus praeor ducere, vel elocare cogebat: in quo Solonis 10. P.
 & Charondæ leges conueniunt. Verum in eo Solo accedit ad Plur.
 Mosaicam legem, quod præcepit. *Ut si quis lege cognationis pa-* Sol.
pillam

*pullam obtinisset uxorem, non tamen rei Veneræ competere, pro-
pinqui eius admittentur. Interdictum vero de aqua coti-
diana & æstiva, quod quidem ad priuatas, publicasue aquas per-
tinet, adspicere videtur Solo hac lege: Vbi publicus puteus erit
Cui in pa- intra hippicam, (id est quatuor stadiorum distantiam) eo times u-
rat ff. de aq. tantur, qui autem aberunt longius, propriam sibi aquam exquirant,
cote sin vero effodientes decem palmarum profunditate, haud inuenerint
Pluta. aquam, tunc accipere a vicino licet, sex hydrias, his dictus sin-
Sol. gulis. Denique ad noxalem actionem, de qua titulo si quadru-
pes pauperem fecisse dicitur, facit illa lex Solonis, qua canem
noxium dedi iussit.*

CAPVT XXVIII.

*Præcepta Atheniensibus aduersus extraneos inflectendis,
item præcepta domesticis personis conforman-
dis.*

Plutarth.
Sol
Demosth.
æcor. vecor.

SOLO ex peregrinis, nisi qui perpetuo exilio patria pulsus es-
set, aut qui ad exercendam artem aliquam, una cum casa do-
mo, diisque penatibus Athenas migrasset, neminem ciuitate
donauit. Creditis enim fidos ciuitati fore, quotquot aut spon-
te, aut necessario patriam reliquissent. Præterea vero statuit Solo,
ut hospes qui ciuem quacumque tandem arte, aut machinatione du-
ceret, a qualibet Atheniensium apud sexuiros accusaretur, damna-
tusque venderetur ipse, & res eius. Similiter autem ex Solonis
instituto, peregrina que ciui nupserat plestobatur mille drachmis,
qui vero peregrinam quasi cognatam ciui elocauerat, bonis priuaba-
tur & notabatur infamia. Huc igitur faciunt verba hæc Terenti-
ani Simonis, de Glicerio peregrina.

- - - *Vt præter ciuium.*

*Morem, atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat, cum summo probro.*

Ulpian.
Frag. §. Liu.
9. Baq. I.
part. iur.
alb. c. 3.

Et vero apud Romanos, connubium habuerunt ciues, cum ciui-
bus, cum Latinis autem, & peregrinis, ita si concessum. Hinc
Liuius

Livius refert connubium Hænicis permillum, adæntumque Anagninis. Sed Gallia Mensiam legem, minime obleruat. Cæterum Solo ex fructibus demtaxat oleum ad peregrinos exportari voluit. Neque est auctore Plutarcho fides in adhibenda, qui statuant ætate superiori, ficos etiam exportare non licuisse, id enim ex eo maxime perspicuum est, quod hi qui ficos exportantes deultifens, *lycophantes* apud veteres nominabantur.

Iam vero in filii nuptiis, Solon ipse consensum patris desideravit, ut intelligitur ex eiusmodi lege. *Qui legitime desponderit uxorem huic negotio si adfuerit pater, fraterve germanus, vel avus paternus, ex ea liberi sunt germani, ac legitimi, quod si nullus horum superstes est, si quidem pupilla est in cuius auctoritas est, ipsam habeat. Fœmina autem sui iuris nubat cui velit.* De hac autem lege, quam Demosthenes refert, superius actum est satis. Sed præceptum fuit quoque Solonianum, *ut sponsa sponso concubitura malum cotonem libaret, vique ter in mense vit, uxore congregeretur.* Quo quidem præcepto futurum putavit Solo, ut liberis augetur ciuitas, vel certe, *si minus liberi prodirent, ut ille honor, ac benignitas illa viri aduersus mulierem pudicam, non sine res penitus odiis animum utriusque abalienari.* Favorem porro generationis ante exposuimus. Denique Solo vetuit, inter virum & uxorem valere donationes, *quod viri uxorisque consortium, non pretio, ac mercede, sed liberorum charitate, gratia, benivolentiaque contineri vellet.* Vnde Cuiacius hoc Vlpiani. *Maribus apud nos receptum est, ne inter virum, & uxorem donationes valerent.* Ita interpretatur, ex alieno siue ex Solone adscitum est, ut donare sibi non possint vir & vxor.

Idem Sol.

Idem lb.

Vlpian l. i.
ff. de don.
inst. ver. &
ux. Cuiac. ad
l. 7. ff. de
inst. & iur.

CAPUT XXIX.

Solonis præmia, & pœna.

SOLON apud Ciceronem contineri ait rempublicam pœna & præmio. Sed præmii loco statuit apud Laertium ut alantur publice, & erudiantur filii eorum, quos belli calamitas & bus humanis esipuit: ac vero isti Athenis etiam publice se-
 Plut. Menex.
Plut. Isocr.
l. 14. ff. de

sac. mun.
l. 18. ff. de
excus. fus.
Inst. eod.

palti fuerunt, laudatiue quotannis. Apud Romanos porro *ad excusationem munerum defunctus filius non prodest, praterquam in bello amissus. Qui enim pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam, vivere intelliguntur.* Denique poeta canit.

- *Pulchrumque mori succurrit in armis.*

Laert. Sol.
Plat. de leg. 1.
Leuit. 10. 9.
c. 6. 35. dist.

Sanctiones vero Solonis istæ sunt. *Princeps deprehensus in ebrietate, vitam amittit.* Simile quiddam huic sanctioni Minos apud Platonem instituit. Mosaica vero lex principem sacerdotum, sacerdotisque ipsos inebriari vetat, *ne in crapula, & ebrietate aggraentur corda eorum.* Certe Pyttacus delinquentem in ebrietate, pœna duplici multatum voluit. Arrius autem Menander tantum non pœna capitali. *Eum qui ciuitatis numisma corru-*

Ar. Men. l. 6.
S. 7. ff. de re
mil. Demost.
act. 114.
Vlpian. l. 9.
ff. de l. cor.
de fals.
Marcian. l.
1. s. 2. ff.
eod.

perit, Iudices puniunt. Sanctionem istam, Demosthenes producit ad eos, qui iudicem pecunia corruperint. Habet vero Vlpianus. *Lege cornelia cauetur, ut qui aurum viti quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flauerit, falsi crimine tenentur.* Marcianus autem. *Sed & si quis ob renuntiandum, remittendumue testimonium, dicendum, vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ adscitur: & qui iudicem corrupendumue curauerit.* Alia porro est Solonis sanctio, *si quis otia se-*

Laert. Sol.

ctatur, cuilibet accusare volenti obnoxius esto.

- *Ignanum corrumpunt otia corpus,
Et capiunt vitium, ni moueantur aquæ,
Otium reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.*

Sed ad Solonis illam sanctionem, ista eiusdem facit. *Quisque apud prouinciarum prasides vnde viuat, quozannis demonstrato, Qui hoc non fecerit, aus se viuere legitime non demonstraerit, morte*

Herod. Eu-
serp. l. 2.
Vlpian. l. 13,
ff. de off.
pras.

multator. Herodotus quidem ait, Amasim regem Ægyptiorum, simile quiddam tulisse. Vlpiani autem verba sunt. *Congruit bono, & graui prasidi, curare ut pacata, atque quieta prouincia sis, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicito agat, ut malis hominibus prouincia careat, easque conquirat: nam & sacrilegos, latrones, plagiaros, fures conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere: receptoresque eorum coercere,*

ercere, sine quibus latro diutius latere non potest. Hic vero quod dicitur de malis hominibus, intelligi potest de otiosis, ex otio namque omnis ars mala. Sed addidit Solo. *Qui patrimonii sui Laert. Sol. versuram fecerit, infamius esto.* Et Diphilus quidem apud Athenæum ait, Corinthios magistratus grauiter animaduertisse in eos, qui sumtibus censum exhauissent, interrogasse autem qua arte quis vitam toleraret, quoue ageret modo. Certe in amphitheatro illudi decoctoribus voluit Hædrianus: meminitque Cicero assignati iisdem loci. Præterea Solonis est eiusmodi sanctio. *Si quis hostem concitauerit, vel ciuem illi tradiderit, morte multator.* Pertinet vero huc ista Pauli sententia. *Cosem ferro subigendo necessariam hostibus quoque venundari, ut ferrum, & frumentum, & sal non sine periculo capitis licet.* Verum ex aliis legibus Solonis, præcipue videtur admiranda, quæ honoribus abdicat, quotquot orta seditione, neutrius partis extiterunt. Voluit autem Solo neminem non angere publicis calamitatibus. *Neque ad augendam sed desinendam seditionem, id ille statuit; arbitratus enim est, eorum qui honore fulgerent, vel vnum qui adesset, animos populi concitatos, aliquando sedaturum:*

- - *Magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, seuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces, & saxa volant, furor arma ministrat,
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant,
Ille regit dictis animos, & peccora mulcet.*

Iam ciue Atheniensi per Atheniensem priuatim læso, dependere supplicia, & pœnas instituit Solo his legibus. *Ne quis alienarum rerum, quidquam ferat, agatur, fur dupli damnator. Si quis interdum supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abducenti ad undecimuiros ius esto. Si vero noctu quodcumque furatus eris, eum occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad undecimuiros si lubeat abducere, fas esto. Conuictio autem non liceat, datis vadibus satisfacere pro furtis, sed pena mors esto.* Similiter vero iubet Plato, innocentem eum esse, qui nocturnum furem domum suam ingressum, interemerit. Quemadmodum porro, apud Romanos ciuilitate, & criminaliter, furti agere licuit,

Q

cuit, ita etiam apud Athenienses, ut intelligi potest, ex allata lege Solonis cuius inter præclaras sententias, a Laertio ponitur ista. *Quod non posuisti, ne auferas.* Huic autem sententiæ congruere videtur illa Romani iurisconsulti. *Intelligere quisque debet, alterius esse, quod suum non sit.* Cæterum, quod apud Athenienses, rea peragebantur cædis instrumenta, hoc puto instituit Draco, Solo autem adprobavit, sicut & alias Draconis leges, quæ de cæde erant. Sed illius instituti ratio est, quoniam instrumenta cædis, ut animalia quæ Draco voluit etiam plecti, cum nocuissent, *contaminata flagitio, indignam refrigerant facti memoriam.* Iam apud Æschinem, Solo vult productores accusari, & convictos morte multari. Hoc vero pertinet ad Lenones, quos Romana iura infamant. Iniurias porro illatas vindicat Solo hac lege. *Si quis virum in sacris locis, in iudicio coram magistratu, cum spectacula instarent, maledictis incesserit, si privato illi, drachmas tres, avario duas persolvas.* Et quidem Vlpianus habet. *Atrocem iniuriam, aut persona aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit ut cum magistratu iam parenti, patrono fiat. Tempore si ludis, Sin conspectu, nam prætoris in conspectu, an in solitudine iniuria facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est qua in conspectu fiat.* Denique Solo, noxiæ parem pœnam esse voluit, ut attigimus supra; damnum autem consulto illatum instituit idem, præstari duplo. Et damnum hac quidem parte, Gellius omne damnum, etiam ex furto interpretatur. Cæterum ad domesticas personas faciunt Solonis istæ sanctiones. *Si quis parentes non nutrierit, infamis esto.* Aristophanes *πελάργικος νόμος* dixit eas, quæ agunt de parentibus nutriendis, quia *πιδάργος* Græcis eiconiam sonat, quæ mucuo in parentes fungitur officio alendi, sic edocente natura. Vlpianus vero ait. *Si quis a liberis ali desideret, index de ea re cognoscat; cum ex aequitate hac res descendat, caritateque sanguinis, singulorum parentum desideria perpendere iudicem oportet.* Hic autem *aquitas*, naturalem significat æquitatem, ut intelligitur inde quod additum est, *caritateque sanguinis.* Sed prætereundæ non sunt hoc loco, Solonis illæ leges, quæ statuunt. *Ne filii quos parentes artem non docuerunt, alere eos habeant necesse. Item ne spurii patres alere habeant necesse.* Huius autem ultimæ legis rationem hanc suggerit Heraclides Ponticus apud Plutarchum,

qui

*Paus in At-
tic. Idem in
Eliac. De-
mosib.*

*καὶ ἀπὸ
Plut. Sol.
Augustus.
Lavit. c. 2.*

*q. 74.
l. 1. ff. de
bis qui not.
inf. Plut.
Sol.*

*Vlpian. l. 7.
S. 8 ff. de
viu r.*

*Gell. II. c.
18.*

Laert. Sol.

*Vlpian. l. 5.
C. 2. ff. de
agn. C. al.
lib. vel par.*

Plut. Sol.

qui enim in congressione, & commercio mulieris, decorum non seruat, is facile declarat, se non liberorum gratia, ad eam rem accedere, sed potius voluptatis, itaque aufert sibi remunerationem, & parentis ius in liberos, quibus ipso vitæ beneficio, dedecus, & ignominiam imulit. Cæterum interrogatus ipse Solon, quamobrem nihil tulisset contra parricidam, quod desperasset (ait) hoc scelus. Iam vero Solo voluit, fas esse deprehendenti, adulterum interimere. Et istud quidem posteriori tantum ætate, marito lex Romana permisit, vnde Cassiodorus, *pro amore pudicitia, ferrum porrigere maritis, non est leges calcare. Sed condere.* Patri vero ipsa lex Iulia concesserat, dum tamen incontinenti filiam occideret. *Laert. Sol.* Habet enim Ulpianus, *Quod ait lex, in filia adulterum deprehenderit, non otiosum videtur. Voluit enim isa demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendas.* *Cuiac. ad 4. c. ad l. Iul. de ad. Cassiod. Var. I. Ulpian l. 23. §. 4. ad l. Iul. de adul.* Labeo quoque ita probat. *Et Pomponius scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi, & hoc est quod Solo & Draco dicunt, ἐν ἑργῷ. Quod ait lex, incontinenti filiam occidas, sic eris accipiendum, ne occiso hodie adultero reseruet, & post dies filiam occidat, vel contra, debet enim prope uno ictu, & uno impetu utrumque occidere, equali ira aduersus utrumque sumta, quod si non affectauit, sed dum adulterum occidit, profugie filia, & interpositis horis adprehensa est a patre qui persequatur, incontinenti videbitur occidisse.* Ecce hic Ulpianus allatæ legis Solonianæ mentionem facit, & vero indicat, legem Iuliam, plus dedisse patri quam marito, quia nihil putabat se patri dare, qui vix vnumquam erat illaturus filia trulentas manus, quinimo propter filiam seruaturus quoque adulterum, quod non poterat alterum sine altero necare.

Hactenus de legibus Solonis, quas quidem omnes tendere constat ad finem Solonis, ipse enim vt diximus, beatitudinem finemue in eo ponebat, vt mediocriter externis effemus instructi bonis honeste temperanterque viueremus. Itaque virtutem magno in pretio habebat Solo, & virtutis quoque prolem amicitiam, cui plustributum voluit, vt Plutarchus est author quam propinquitati, dum heredis institutionem voluntati cuiusque reliquit. *Plutarch. Sol.* Nunc autem postquam legitima Solonis præcepta exposuimus, contulimusque Mosaicis, & Pythagoricis: ad aliorum scita prouehimur, vbi ante dixerimus aliquid, de legibus duodecim tabularum.

CAPVT XXX.

De legibus duodecim tabularum, & aliis quibus Romānum ius circumſcribitur.

QVI celebres aquas recognoscere meditantur, principio se ſiſtunt ad fontem, deinde riuos inſequuntur, ac tandem quo ſe fons ille deriuat, quoue inſuat, intuentur. Nobilibus etiam in arboribus, conſideratio venit trunci, ramorum, ſaſtigiū ad quod euadunt. Non igitur eſt ſatis illuſtria iuris placita ſpectaſſe, in naturæ præceptis, velut in trunco, & fonte: in Moſaicis, Pythagoricis, Solonianisue inſtitutis, tamquam in ramis, atque riuis: niſi etiam illa intuemur in ſuo quaſi ſaſtigio, & flumine, hoc eſt in duodecim tabulis, de quibus apud Tullium. *Fremant omnes licet dicam quod ſentio, bibliothecas mercurula omnium philoſophorum, vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & authoritatis pondere & utilitatis vbertate ſuperare.* Et vero legati ad exquirendas leges Roma emiſſi, authore Dionyſio Halicarnaſſeo Græcicas Italiae ciuitates adiere. Nec videtur poſſe dubitari, duodecim tabularum leges, de hereditatis petitione, maſculorum in ſuccedendo prælatione, familia erciſcunda, dedendo animali noxiæ, damnis in duplum exigendis, hoſte non concitando, talione præſtando (ſi tamen haud acceperunt a Zaleuco, & Charonda talionem,) item de aliis ad leges lignearum tabularum, in quibus olim vſque ad Plutarchum Solonianæ leges deſcriptæ ſunt authore Plutarcho: referri debeant. Certe ad eas retulit Cicero, de ſepulchris ac funeribus, quod habuerunt tabularum duodecim leges. Gaius vero ſcripſit: *Sodales ſunt, qui eiudem collegii ſunt, quam Graeci ἐταίροι vocant, his autem poſeſtatem facit lex, paſſionem, quam velint, ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hac lex videtur ex lege Solonis tranſlatam eſſe. Nam illicita eſt: ſi autem plebs, vel fratres vel ſacrorum ſacramentales, vel naua, vel confrumentales, vel qui in eodem ſepulchro ſepeliantur, vel ſodales, qui & multum ſimul habitantes ſunt: enimvero ad negotiationem, aut quid aliud; quidquid hi diſponent ad inuicem firmum ſit, niſi hoc publica leges prohibuerint. Sciendum eſt, in aſſione finium reguodorum,*
illud

*Tull. de or.
rata. 1.*

*Plut. Sol.
Cic. de leg. 2.
Gai. l. 4. ff.
de colleg.*

*Idem. l. 13.
ſu. reg.*

illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Soto dicitur tulisse, nam illicita est. Si quis sepem ad alienum praedium fixerit, infoderitque: terminum ne excedat. Si maceriam: pedem relinquit. Si vero domum pedes duos. Si sepulchrum aut scrobem foderit: quantum profunditatis habuerint, tantum spatii relinquit. Si puteum, passus latitudinem. At vero oleam, aut ficum, ab alieno ad nouem pedes plantato: ceteras arbores ad pedes quinque. Hæc sufficient, vt intelligantur duodecim tabularum leges, a Solonianis legibus prodiisse. Taciti porro verba sunt: *Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pena, aut coercionibus agebant. Neque prauis opus erat, cum honesta sùopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum verebantur. At postquam exi equalitas, & pro modestia, ac pudore, ambitio & vis incedebat, prouere daminationes: multosque apud populos, æternum mansere. Quidam statim, aut postquam regum peritum: leges maluerunt. Ha prima radibus hominum animis, simplices erant, maximeque fama celebravit Cretensium quas Minos, Spartanorum quas Lycurgus: ac mox Atheniensibus questiores iam, & plures Solan perscripsit. Nobis Romulus, vt libitum imperitauerat; dein Numa religionibus, diuino iuro populum deuinxit: repertaque quaedam a Tullo, & Anco: Sed precipuus Seruius Tullius sanctorum legum fuit, quis etiam leges obtemperarent. Pulso Tarquinio, aduersum patrum factiones, multa populus parauit tuenda libertati & firmanda concordia, creatique decem viri & arctis, qua vsquam egregia, composita duodecim tabula, finis equi iuris. Nam secuta leges, etsi aliquando in malefros ex delicto, sapius tamen dissensione ordinum, & adipiscendi inclitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua per vim lata sunt. Igitur leges sumit apud plurimos, Roma, quæ postmodum nullis non dedit. Atheniensibus quidem, tanta per desuetudinem est adnata legum obliuio, vt opus habuerit Hadrianus illis iura depromere ex Draconis, reliquorumue monumentis. Sedenim tabulæ duodecim haud tantum inscriptæ sunt legibus philosophorum, adhuc enim digestæ dicuntur opere philosophi, quippe maxima illarum gratia Hermodoro debetur. Ephesio, in Italia tum exfulanti, quod sapiens esset, nam Ephesii de illo sic decreuerunt. Nemo de nobis vnus excellat, Citer: Tai
si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Non tractabo hic de
sent. 3.
Srab. 14.
regijs.*

regiis legibus, quas etiam duodecim tabulis apposuerunt Decemviri, præstitutus operi meo modus, excursionem eiusmodi non patitur. Tantum hoc dicam. Publici iuris eam partem, qua Magistratus & administrationem Reipublicæ attingit, Romulus; eam vero, quæ sacra & sacerdotes, Numa præscripsit, & Numæ quidem instituta videtur adspicere Marcellus: *Negat lex regia, mulierem, qua pregnantis mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur. Qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur.* Romulus porro privatum ius naturale, propemodum exposuit, ut patet ex legibus, quas tulit, de matrimonio, & liberorum educatione. Gentium autem, Numa, qui de contractibus bonæ fidei. Ciuile Hostilius, qui de scœnore, de nexu ære alieno egit, postremo curavit iste commutativam iusticiam, illi distributivam studio habuerunt. Cæterum ex regiis, Solonianis aliisque legibus compositas duodecim tabularum leges, consecuta sunt, plebiscita, senatus consulta, principum placita, magistratum edicta, responsa prudentum, item alia legum genera, quibus quidem constat, Romanum ius scriptum. Etenim non scriptum, consuetudinae, seu more instituto, vel recepto, continetur. Tabularum porro duodecim leges, Gothofredus nuperrime, iuxta Gaii sex libros ad easdem leges, eleganti, subtilique via proposuit. Legum autem senatorio, vel plebeio Magistratu interrogante latorum, item senatusconsultorum tempora, authores, & capita collegit Antoninus Augustus. Multis etiam labor fuit in digerendo prætoris edicto. Denique principum placita, responsa prudentum, simulque mores populi Romani Iustiniani cura disposuit. Tot ergo tantorumque virorum, laboribus utamur, atque fruamur.

Marcel l.2. ff. de mort. inf.

Cuiac. ad l. 7. ff. de inst. & iur.

CAPVT XXXI.

Platonis & Aristotelis scita.

Arulb. ii.

August. 8. de ciuit. Dei. ii.

PLATONI, testimonium laudis hoc tribuit Arnobius: *Plato ille diuinus, multa Deo digna, nec communia sentiens multitudini.* Augustinus vero: *Platonem Labeo inter semideos commemorat.*

memorandum putavit, semideos autem heroibus anteponebat, & utrosque inter numina collocat, verumtamen istum, quem appellat semideum, non heroibus tantum, sed etiam Diis ipsis preferendum esse non dubito. Sed Plato Apuleii fide Philosophiam hausit naturalem ab *Apul. de dogm. Plat.* Heracliticis, intellectualem a Pythagoreis, rationalem atque moralem ab ipso Socratis fonte. Numenius porro eundem illum Moyfi *Numen. de anim. c. II.* dicat, ubi ait: Quid est Plato, nisi Moyses Atticissans. Iam Aristotelem Plinius dicit, summum in omni doctrina virum, ipse vero Arnobius: Virum ingenio prepotentem, atque in doctrina precipuum. Quam porro Aristoteli, Platonique debeat scientia iuris, atque legum, inde intelligitur, quod illi, quorum studia, vitæque omnibus, in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus, & commodis non recesserunt. Nam erudierunt multos, quos meliores ciues in suis rebus publicis essent, ut Thebanum Epaminondam Lyssis Pythagoreus; Syracusiam Dionem Plato, multique multos. Neque solum viui atque presentes studiosos discendi erudiunt, atq; docent: Sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur. Nec enim locus ullus pratermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reipublica pertineret: ut otium suum, ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita illi ipsi doctrina, studiis, & sapientia dediti, ad hominum utilitatem, suam prudentiam intelligentiamque potissimum conferunt. Veteres verbosius acute illi quidem, sed non *Idem de leg. 3.* ad hunc usum popularem, atque civilem, de republica differebant, Platone principe, Aristoteles illustravit civilem in disputando locum, Theophrastus vero insisus ab Aristotele, abundavit, ut scimus in eo genere rerum, post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius, mirabiliter doctrinam, ex umbraculis eruditorum. otioque non modo in solem atque puluerem, sed in ipsam discrimen aciemque produxit. Quid quod ipse Plato Syracusanis, atque Magnesiis leges tulisse dicitur? profecto eius scripta Callistratus vsurpat hoc loco: Si quis ipsos cultores agrorum, vel piscatores deserere utensilia in ciuitate iusserit, ut ipsi ea distrabant, destitueretur annona præbitio, cum auocentur ab opere rustici, qui confessum ubi detulerunt mercem, iradere eam, & ad opera sua reuerti debeant. Denique summa prudentia, & auctoritatis apud Græcos Plato, cum instrueret quemadmodum ciuitas bene, beateque habitari possit, in primis istos negotiatores necessarios duxit, sic enim libro secundo ciuili conuersationis, ait, indiget enim ciuitas pluribus vi-

Tull. de off.
1.

Idem de leg.
3.

Callistr. l. 2.
ff. de non d.

que

que rusticis, & aliis opificibus, & aliis ministratoribus, itemque his, qui inuehant & euehant singula. Hi autem sunt negotiatores. Adferens autem agricola in forum aliquid eorum, quae facit vel aliquis alius opificum, nisi sub idem tempus contingat eum, cum his, quibus indiget sua permutare, vacabitne suo opificio deses, sedens in foro? nequaquam.

Iul. l. 36. ff. de s. iur.

Sed sunt, qui hoc videntes seipsum in hoc statuunt ministerium. Aristotelis vero meminit Iulianus, ubi habet: Perius est me eam partem perdidisse, pro qua heres fuisset, antequam certum fuisset neminem nasci, aut quartam partem, quia tres nasci potuerunt: aut sextam, quia quinque. Nam & Aristoteles scripsit quinque nasci posse: quia vuluae mulierum totidem receptacula habere possunt.

Arist. 7. de hist. an. 4. Pomp. l. 3. ff. de leg.

Pomponius etiam Theophrasto vitur auctore, cum ait. Iura constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his quae ut plurimum accidunt non quae inopinatio. Deinceps, Stoicorum philosophia tractabitur vberissime in gratiam Romani iuris auctorum, qui Stoicis multa debent, sed quibus omnes studiosi iuris adhuc plura. Sane Stoicos optime philolophatos esse, in aliis Philo est auctor.

Phil. τρεῖς αὐτῶν οὐκ.

CAPVT XXXII.

Xenonis affecta, philosophia, Pythagorica, Platonicae conformis. Christiana non aliena. Romanis iuris auctoribus culta. Iurisprudentiae congrua.

Laert. Zen.

ZENONEM Stoici principem agnoscunt, fuit ille Cratetis Cynici auditor, verecundia tamen est prohibitus, ne Cynicam indueret impudentiam. Decreto quidem publico, apud Athenienses coronam accepit auream, quod mores ut illustre quoddam exemplar omnibus proponeret, ipsaque vita philosophiam adstrueret suam: rex vero Antigonus Gonatas, eodem mortuo exclamauit, *quale theatrum perdidit*. Sed liberalem Solonis animum in eo est Zeno imitatus, quod remisit debitori. Quam porro Pythagoræ, quam Homeri philosophiam excoluerit, intelligitur quia scripsit Pythagorica, & Homericarum quæstionum libros quinque, profecto versatos in Platonice, Pythagoricis.

Themist. βῆσαν.

cisue scitishaud latet, mediam inter vtraque viam sumi vt plurimum per Zenonis asseclas, quorum præcipui sunt isti, Cleanthes Stoicorum pater, scripta complexus iambico versu. Chrysippus, acerrimo ingenio: in omni historia curiosus; Logicæ autem suæ ita filius, vt dicitaret dogmatum instructione dumtaxat agere se, nam probationes se proprio Marte facturum. Zeno Sidonius, qui liberos certe paucos, at studiosos reliquit plurimos. Diogenes Babilonius, magnus & grauis Stoicus. Antipater Sidonius, homo acutissimus; vel princeps dialecticorum, Panætius, princeps prope Stoicorum. Posidonius, vnus ex iis, qui plurimum philosophia contulerunt, vel omnium maximus Stoicorum. Aristo Chius, præfractus seruus, qui nihil bonum nisi quod rectum & honestum est, esse dicebat. Sphærus definiens. Huc porro quidam accensent Imperatorem Antoninum, cuius quidem æuo plures fuerunt, vt ait Empiricus, qui Stoicam sectam sequerentur, quam qui aliam quamcumque: fuit sane Antonini tempestate Tertullianus inter Stoicos vt videtur, interque Romani iuris auctores, vt aliquibus placet, numerandus: neque vero Christiana philosophia, Stoicam prorsus auersatur. Etenim Clemens Alexandrinus Stoicorum sententias, Christianis aggregauit. Stoici ait Hieronymus, nostro dogmati in plerisque concordant. Quid quod Senecam, Tertullianus nostrum, Augustinus apostolis familiarem vocat. Iam Romani iuris auctores fere omnes operam dederunt Stoicis. Profecti e Stoa, Tuberones, profecti etiam Catones, nec aliunde exiit, Publius Rutilius Rufus, auditor Panætii. Item Laëbeo Tuberonis alterius assecla. Taceo cæteros, & adsero minime mirum esse, quod Romani iuris auctores præsertim adhæserint Stoicis, hi enim non abhorruerunt a rebus agendis. Posidonius quidem Rhodi reipublicam administravit. Stoicorum vero ciuitatem, vsurpat author dialogi de causis eloquentiæ corruptæ. Postremo Stoici multa de lege, ac iustitia reliquerunt. Iustitiam ipse quidem Chrysippus, eo descripsit habitu, vt formam situmque virginalem haberet, affectu esset vehementi, & formidabili, acribus oculorum luminibus, dignitatem vero non humilis, vel atrocis sed verendæ cuiusdam tristitiæ præ se ferret. Atque ex ista iustitiæ figura Chrysippus intelligi voluit, iudicibus conuenire grauitatem, sanctitatem, seueritatem, & integritatem, debere illos esse in improbis, immifericordes.

R

ere-

Callist. l. 19. erectos, veritatis, æquitatisque vi terrificos. Addubiter igitur
§. 1. ff. de off. pref. aliquis an non inde sumata sint ista Callistrati verba. Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet, id enim non est constantis, & relictis iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summarim ita insreddet,
Marc. l. 2. §. 1. ff. de leg. ut auctoritatem dignatatis, ingenio suo augeat. Equidem Marcianus refert. Sed & philosophus summa Stoica sapientia Chrysippus, sic incipit libro, quem fecit de lege: lex est omnium diuinarum, & humanarum rerum regim. Oportet autem eam esse presidem & bonis & malis, & principem, & ducem esse: & secundum hoc, regulam esse iustorum, & iniustorum, & eorum qua natura civilia sunt, animantium, præcipericem quidem faciendorum, prohibitoricem autem non faciendorum. Inde autem quod Chrysippea legis definitio subiecta est alteri, quam Demosthenes facit, intelligere datur, Oratores etiam præcipuos, in vsu fuisse Romani iuris auctoribus, quod quidem confirmat Ciceronis apud Triphonium locus iste. Cicero in oratione pro Cluencio Auito scripsit, Milesiam quandam mulierem, cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamenti ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatum. Sed si qua visceribus suis post diuortium, quod pregnantis fuit, vim intuleris, ne inimico marito filium procreares: ut temporali exilio coerceretur, ab optimis imperatoribus nostris rescriptum est.

CAPVT XXXIII.

De Stoicorum placitis generatim.

Harporat. Polygn. **I**GITUR facit ad iurisprudentiam, porticus illa πολυγνωντων quam Polygnotus pictor, πολυγνης nomine dedit appellandam, in ea sane Stoici Zenonem primum audierunt: quamquam Laertius, Stoicorum authorem dixit Antisthenem a quo Cynici, dogmata enim Cynicorum, vix alia videntur quam Stoicorum, attamen isti ab illis vita, cultuque discrepant, vnde hoc

*Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat,
 A Cynicis tunica distantia.*

lidens

Fidem etiam inter se dissident, quod *hominis naturam Stoici* Sen. de bre. viis. c. 14. vincere Cynici excedere videantur, & vero fassus est Diogenes immu- Laert. Diog. Cyn. Tacis. annal. 14. tari se chori magistros, qui tonum leuiter excederent. ut tamen ad concentum reuocarent ceteros. Rubellio quidem Plauto est obiectam, quod assumisset Stoicorum arrogantiam, sectamue, qua turbidos, & negotiorum appetentes facit: & certe quiddam superbiæ apparet, in eiusmodi Stoicorum placitis. *Dolor non malum. Sapiens diues rex, DEO par, sine affectibus, sine opinione est.* Verum ista, aliaue quibus paradoxorum nomen olim fuit, quis damnet illæsa virtute, quam petunt, & omnibus verbis, sententiisue condecorant? Profecto curæ in terras animæ, & cœlestium inanis est, superbiæ illum culpæ.

- - - *Qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum,
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari-*

Postremo Seneca. *Errare mihi videntur, qui existimant philosophia fideliter deditos, contumaces esse, & refractarios, ac contemptores magistratum, & regum: eorumue per quos publica administrantur, contra omnem nulli aduersus illos gratiores sunt, nec immerito nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet. Nimis alta promittitis inquirunt, nimis dura præcipitis, nos hamunciones sumus, omnia negare nobis non possumus. Vicia nostra (sic respondet Seneca) quia amamus, defendimus: & malumus excusare illa, quam excutere. Nolle in causa est, non posse præcenditur.* Sen. epist. 73. Vigeat ergo apud nos, quantum religio Christiana patitur, fortissima & sanctissima secta Stoicorum, de quibus est professio Ciceronis ista. *Licet insellemur istos metuo ne soli philosophi sint.* Id. ep. 16; Id. ep. 83. Cic. Tusc. 4.

CAPVT XXXIV.

Stoicorum Logica. Logica prima pars.

STOICI tripartitam faciunt Philosophia rationem, aliam quippe Laert. 2m. Physicam, aliam ethicam, tertiam logicam nuncupant. Philosophia ait Seneca, tres esse partes dixerunt, & maximi & plurimi au- Senec. ep. 29; thores, moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit

- animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro vera falsa surrepant. Cæterum Zeno, Chrysippus, & alii, Primam philosophiæ partem statuunt logicam, dein physicam, postremo ethicam. Pleriq; tamen physicam ultimo gradu collocant, atque in physica Deos, hinc authore Chrysippo τειταός. (quæ vox Græcis finem significat, itemque sacrorum initiationes, & ritus appellarunt, traditiones de diuinis. Sedenim exprimitur imagine varia, partium Philosophiæ vsus & dignitas. Quippe philosophia ciuitati bene munita, & iuxta rationem administrata, comparatur, opinor, vt logica sit murus, physica, ciues, leges moresue ethica. Rursus vero assimilatur illa feraci agro, fructibus autem ethica, terra & arboribus physica, sepi logica deputatur. Vtrobique porro præcipuam dignitatis partem obtinet ethica, quam Stoici reliquis philosophiæ membris, æstimatione præponunt. Non mehercule (inquit Seneca) nimis ad rem existimo pertinere, ubi dicta sunt, qua regunt mores, persequi cætera, non in remedium animi, sed in exercitationem ingenii inuenta. Sed iidem, oratione præfigunt logicam, physicam & ethicam, quod acuendis mentibus proficit, ac velut aliqua fax antelucana sit, physicam, ethicamue adeuntibus. Rhetoricam porro, qua prima pars logica est, Stoici artem benedicendi, circa orationem ad persuadendum idoneam, statuunt. At enim Fabio teste, minus indulsent eloquentia Stoici veteres: sed cum honesta suaserunt, tum in colligendo, probandoque plurimum valuerunt: rebus tamen magis, quam (id quod sane non quesierunt) oratione magnifici. Philosophia (scribit Seneca) non est popularis artificium, nec ostentationi paratum, in rebus, non in verbis est. Denique Zeno ipse obiectanti, breuia esse dicta eius, omnino, respondit, nam syllabas philosophorum, si id posset, breues esse optem. Cui ergo mirum videatur, quod Tullius de Rutilio Romani iuris auctore dicat: Rutilius in quodam tristi & seuro genere dicendi versatus est, multaque opera, multaque industria fuit, qua erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure respondendi sustinebat, sunt eius orationes ieiuna, multa præclara de iure, doctus vir & Græcis litteris eruditus, perfectus in Stoicis, cuius peracutum, & artis plenum, orationis genus, sed tamen exile, nec satis populari assentioni accommodatum. Itaque illa, que propria est huius disciplina Philosophorum de se ipsorum opinio, firma*
- in*
- Laert. Zen.**
leg. 1. in fi.
Senec de be.
7. c. 1.
- Laert. Zen.**
Fabi. l. 10.
- Tulli. Brut.**

in hoc viro, & stabilis inuenta est, qui quum innocentissimus in iudicium vocatus esset, (quo iudicio conuulsam penitus scimus esse rempublicam) cum essent eo tempore eloquentissimi viri, L. Crassus, & M. Antonius consulares, eorum adhibere neutrum voluit. Dixit ipse pro se, & pauca C. Cotta, quod sororis erat filius, & quidem tamen ut orator, quamquam erat admodum adolescens. Sed Q. Mucius enucleate ille quidem, & polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi, atque copia, quam genus illud iudicii, & magnitudo causa postulabat. Eodem vero pertinent eiusdem ista: Q. Aelius Tubero ut vita sic oratione durus, incultus, horridus, mediocris in dicendo, doctissimus in disputando fuit. Quam hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, ut omnes fere Stoici, prudentissimi in differendo sint, & id arte faciant, sintq; architecti pene verborum, iidem traducti a disputando ad dicendum, inopes reperiantur. Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desiderem: quam ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse: non sine causa, propterea quod istorum in dialecticis omnis cura consumitur: vagum illud orationis, & fusum, & multiplex non adhibetur genus.

CAPVT XXXV.

Logicæ secunda pars.

STOICI, secundam logicæ partem dialecticam, recte disse-
renti scientiam, circa orationem, quæ interrogatione, & re-
sponione consistit, versari statuunt, diuidi autem in figuram
eorum, quæ significantur, & vocis locum; aiunt quoque vili-
ssimam esse syllogismorum intelligentiam, ac subtilitatem, postre-
mo sine dialectica speculatione, sapientem in oratione labilem futu-
rum quippe ex illa, dignosci verum, atque falsum, probabile item,
& quod ambigue dicatur intelligi: ea remota, iam non licere recte
interrogare, & respondere, propterea in absurditatem, ac vanita-
tem abire illos, qui phantasticas minime exercitas habent: nec ali-
ter acutum, cautumue in dicendo fore, & visum iri sapientem: e-
iusdem enim esse recte & loqui, & cogitare. De dialectica, Stoici
hæc dicunt magis apud Laertium explicata. Stoicorum porro

Sen. ep. 45.

Gell. 1. & 2.

R 3

aliqui.

aliqui, verborum tricas abicere prorsus, aliqui sic exercuere, ut inde nomen inuenirent dialecticorum: ad istos igitur pertinent verba Gellii: *Vulgus aliter nebulonum, qui se Stoicos nuncupantes, atraque verborum, & argutiarum fuligine, ob oculos audientium iactu, sanctissima disciplina nomen ementiuntur.* Eosdem vero adspicit Africanus: *Qui quadraginta habebat, trecenta legauit, deinde fundum tibi dignum centum aureis, sub hac conditione legauit, si legi Falcidia in testamento suo locus non esset. Queritur quid iuris est, dixi ex perplexis banc questionem esse, qui tractatus apud dialecticos, frustratorii, cauillatorique dicitur. Est enim quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur. Ceterum dialectica voces, id est nomina, nominumue gradus, siue genus, speciem, aliaque tractat, vnde huc pertinent nullis*

1. 41. §. 1. ff. de iur. dot. *annotatae leges eiusmodi: Promittendo dotem, omnes obligantur, cuiuscunque sexus, conditionisque sint. Sed si nuptia secuta non fuerint, ex stipulatu agi non potest: Magis enim res, quam verba in-*

1. 7. §. 2. ff. de supel. leg. *tuenda sunt. Seruius fatetur, sententiam eius, qui legauerit, adspici oportere, in quam rationem ea solitus sit referre. Verum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent (ut puta escarium, argentum, aut penulas, & togas) supellectili quis adscribere solitus sit, non idcirco existimari oportere, supellectili legata, ea quoque contineri. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. Id Tubero parum sibi liquere ait. Nam quorsum nomina (inquit) nisi ut demonstrarent voluntatem dicentis? Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio utimur. Ceterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agisauerit. Sed etsi magnopere me Tuberonis & ratio, & auctoritas mouet, non tamen a Seruio dissentio, non videri quemquam dixisse, qui non suo nomine usus sit. Nam etsi prior, atque potentior est, quam vox, mens dicentis: tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi forte & eos, qui loqui non possunt, conatu ipso, & sono quodam in articulata voce dicere existimamus. Non aliter a significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem. Titius codicillis suis ita cauit, Publio Mauius omnes iuuenes, quos in ministerio habeo, dari volo, quero a qua aetate iuuenes, & in quam intelligi debeant?*

Mat-

Marcellus respondit, quos verbis, qua proponerentur, demonstrare voluerit testator, ad notionem eius, qui de ea re cogniturus esset, pertinere, non enim in causa testamentorum, ad adefinitionem utriusque descendendum est, cum plerumque abusive loquantur, nec propriis nominibus semper utantur. Ceterum existimari posset iuuenis, is qui adolescentis excessit aetatem, quod ad incipiat inter seniores numerari. Hac autem lege posteriori definitio, significat propriam nominum significationem, cuius maxime studiosi fuerunt dialectici, cumque dialecticis Romani iurisconsulti: non sine causa, nam ut Epictetus ait, *inimum doctrine, nominum consideratio*. Certe apud Platonem nomina dicuntur *notificationes*, quod ea sit *Plus, Crasyll.* *rectitudo nominum, ut qualis ipsa res existat, aperiant*. Dialectica porro praeter nominum gradus, qui quidem inuentionis elementa sunt, tractat etiam locos, unde argumenta promuntur, recitemus ergo leges Romanas, in quibus locorum usus est.

CAPVT XXXVI.

Locorum usus apud Romani iuris auctores.

LOCVS, dialecticis est argumenti sedes, argumentum vero dicitur Isidoro, quasi argute inuentum: est autem ratio dubiae rei faciens fidem. Sed locus a coniugatis Fabio parum firmus est, quoniam coniugata aequae nota sunt, hoc autem loco utitur Vlpianus, ubi ait: *Vetus fuit qua-* *Vlpian. l. 68.* *stio, an partus ad fructuarium pertineret, sed Bruti sententia obti-* *ff. de usur.* *nuit, fructuarium in eo locum non habere, neque enim in fructu hominis, homo esse potest, hac ratione nec usufructum, in eo fructuarium habebit.* Locus vero a genere, affirmantibus tunc proficit, cum signo fulcitur vniuersali, ut enim ait Tullius: *Si argentum* *Tull. in top.* *omne legatum est, non potest pecunia, quae domi numerata reman-* *Vlpian. l.* *fit, non esse legata.* Vlpianus tamen: *An cui argentum omne le-* *27 ff. de au-* *gatum est, ei nummi quoque legati esse videantur, quaeritur, &* *ego puto non contineri.* Non facile enim quisquam argenti numero *l. 47 ff. de* *nummos computat.* Generi porro per speciem, in toto iure dero- *par.* *gatur.* Generaliter autem prolata generaliter intelligi, docet Vlpianus.

Vlpian. l. 1. §. 1. ff. deleg. præst.

pianus hoc loco: *Generaliter autem parentes & liberos prator excepit, ne gradus liberorum parentumve, enumerauit. In infinitum igitur eis præstabitur, sed nec personas prosequutus est, virum ex virili sexu, an ex feminino descendant, quisquis igitur ex liberis, parentibusque fueris, ad legati petitionem admittetur, sed ita demum, si iura cognationis, sunt inter eos, vniuersalis autem oratio restringitur per ea.* Quæ de nouo emergunt, vt indicat idem

Idem l. 9. §. 3. ff. de transf.

ri&consultus: *Hic inquit tantum transactio obest, quamuis maior annis viginti quinque eam interposuit, de quibus actum probatur, nam ea, quorum actiones competere postea compertum est, iniquum est perimi pacto, id de quo cogitatum non docetur.* Sensus autem ob-

Græc. ii. ecl. 20.

scuræ huius orationis est. Maioribus officit transactio, in his, de quibus actum est; non in iis, quæ postea competierunt, de quibus cogitatum esse non docetur. Robustissimum vero est in Romano iure, argumentum a toto ad partem, a parte ad totum. *Cui pacto venditoris, ait Papinianus, pomerio cuiuslibet ciuitatis interdictum est, vrbe etiam interdictum esse videtur, quod quidem alias cum principum mandatis præciperetur etiam naturalem habes intellectum, ne scilicet, qui cureret minoribus, fruatur maioribus.* Sed Papinianus naturalem dixit intellectum, pro intelle-

Papinian. l. 5. ff. de seru. expor.

ctu, quem natura omnibus hominibus suggerit, & eadem loquendi forma vitur Modestinus hoc loco: *Si enim quis propter ægritudinem, vel aliam necessitatem (puta maris, vel hyemis, vel incurfus latronum, aut aliam quam similem) constituto tempore, non poterit venire, ignoscendum est ei, cuius fidem, tamen si firmare sufficit, ex ipsa naturali iustitia, tamen & constitutio Imperatorum Veri & Antonini hæc dicit.* Cæterum quæ est ratio totius ad

Gai. l. 77. ff. de rei vind. l. 11. ff. de seruit. l. 7. ff. de except. rei ind. l. 1.

totum, eandem esse partis ad partem, significat Gaius: fallit hoc tamen in indiuiduis. Neganti autem prodest argumentum a toto in quantitate, ad partem. Prodest etiam affirmanti. Quod attinet ad locum a partibus, enumerationem partium, Fabius partium remotionem vocat, qualem habet Tryphoninus hoc loco: *Filius familias miles de castrensi peculio fecit testamentum, habens filium in eiusdem potestate: cum militare desisset, patre, eodemque auo defuncto, quæsitum est, an rumpetur eius testamentum. Non quidem adoptauit, nec hodie ei natus est filius, nec priore sub-*

Tryphon. l. 28. §. 1. ff. de lib. & post.

ducto de potestate suo herede, vltior successit in proximum locum: sed

sed tamen in possessione sua habere coepit, quem non habebat, simulque paterfamilias factus est, & filius sub eius recidit possessionem: rumpitur ergo testamentum. Cæterum ut totum colligatur ex partibus, omnium omnino partium enumeratio facienda est, nisi partes sint homogeneæ, & totum singulæ faciant: qualis est fundi pars, quælibet enim portio fundi, potest fundus dici, unde Vlpianus: Sed & si quis ita leget, Titio fundum do lego, ut eum pro parte habeat, mihi videtur posse dici, partem habiturum: videri eum fundi appellatione, non totum fundum, sed partem appellasse, nam & pars fundus recte appellatur.

CAPVT XXXVII.

Locorum etiam usus apud Romani iuris auctores.

LOCVS a forma, Neruæ, & Proculo argumentum fugerit. Cum quis ex aliena maseria, speciem aliquam suo nomine fecerit, Nerua, & Proculus putant, hunc dominum esse, quia quod factum est, antea nullius erat. Item Vlpiano: Sed si quis rem deteriorem exhibuerit: æque ad exhibendum eum teneri, Sabinus ait. Sed hoc ibi usique verum est, si dolo in aliud corpus, res sit translata: veluti si ex scypho massa facta sit, quamquam enim massam exhibeas, ad exhibendum tenebitur. Nam mutata forma, prope interemit substantiam rei. Similiter autem Marcellus argumentatur, & Alfenus. Denique idem ille Vlpianus habet: Qui luminibus vicinorum officere, aliudne quid facere contra commodum eorum velle, sciet se formam, ac statum antiquorum edificiorum, seruare debere. Iam, ex materia Sabinus, & Cassius argumentum accipiunt. Ducit etiam ex eadem Vlpianus, ubi vitiosum iudicat contractum, in quo circa materiam error fuit. Locum vero ab antecedentibus adspicit hoc Iuliani: Si hereditatem aliter aditurus non essem, quam cautum mihi esses, damnum prestari, & hoc mandatum intercessisset, fore mandati actionem existimo. Eodem spectat id Gaii: Qui alium defendis, satisfacere cogitur, nemo enim aliena litis idoneus defensor.

1.60. ff. de verb. sign. Vlpian. l. 1. 35. ff. de leg. 1.

1.7. s. 7. ff. de acqu. rer. dom.

Vlpian l. 9. 5. 3. ff. ad exhib.

Marcell l. 6. ff. de auro.

Alfen. l. 36. de iud.

Vlpian l. 11. ff. de seruis. præ. urb. l. 1.

7. §. 7. ff. de acquir. rer. dom.

Vlpian l. 14. ff. de cont. empt.

Iulia. l. 32. ff. mand.

Gai. l. 46. §. *sine satisfactione intelligitur.* Contrariorum porro eandem esse rationem, significat ista lex: *Ex duobus impuberibus, ei qui supremus moreretur heredem substituit, si simul morerentur, utrique heredem esse respondit, quia supremus non is demum, qui post aliquem, sed etiam post quem nemo sit, intelligatur, sicut & e contrario proximus non solum is, qui ante aliquem, sed etiam is, ante quem nemo sit, intelligitur.* Sed argumentum a contrario continet iste

Vlpian. l. 2. §. 6. ff. qui test. f. *Vlpiani locus: Mulier testimonium dicere in testamento quidem, non poterit, alias autem posse testem esse mulierem, argumento est lex Iulia de adulteriis, quae adulteris damnatam testem producit, vel*

Papinian. l. 1. §. 1. ff. de of. e. ius cui mand. *dicere testimonium vetas.* Item arguit a contrario Papinianus, ubi ait: *Illius rei fortissimum argumentum, quod lege Iulia de vi, nominatim cauetur, ut is, cui obrigeris exercitio, possit eam si proficiscatur mandare, non aliter itaque mundare poterit; quam si abesse ceperit, cum alias iurisdictioni, etiam a praesente mandetur. Iam,*

Julian. l. 12. ff. de leg. *similium idem esse iudicium, vult Iulianus hac lege: Non possunt omnes articuli, figillatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendendi, sed cum in aliqua causa, sententia eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni praestit ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.* Gaius etiam habet: *Illud quaesitum est, an quod procon-*

Gai. l. 32. ff. ad leg. Aquil. *sul in furto observat, quod a familia factum sit, (id est, ut non in singulos detur poena persecutio, sed sufficeret id praestari, quod praestandum foret, si id furtum unus liber fecisset) debeat & in actione damni iniuriae observari. Sed magis visam est, idem esse observandum, & merito, cum enim circa furii actionem haec ratio sit, ne ex uno delicto tota familia dominus careat: eaque ratio, similiter & in actionem damni iniuriae interueniat: sequitur, ut idem debeat aestimari, praesertim cum interdum lenior sit haec causa delicti: vel uti si culpa, & non dolo damnata datur.* Eadem quoque usus est ratiocinatione Iauolenus. Iam vero, ut ait Tullius, *comparatio diuersis in rebus similem continet rationem.* Et argumentum quidem a maiori. Vlpianus hinc profert: *Quid tamen, si fuerit etiam partus usufructus relictus, an habeat in eo usufructum? & cum possit partus legari, poterit & usufructus eius.* Quoniam porro, correlatiuorum eadem est ratio, propterea idem iurisconsultus ait: *Non debet actori licere, quod reo non permittitur.*

Iuolen. l. 108. ff. de verb. ob. Tulli de inuent

Vlpian. l. 68. ff. de usufr. Idem l. 41.

Iulian. l. 5. *Iulianus autem: Cuius emtor venditori, vel emtori venditor, acceptum*

ceptum faciat, voluntas utriusque ostenditur id agentis, ut a negotio discedatur, & perinde habeatur, ac si convenisset inter eos, ut neuter ab altero quicquam prescriberet. Sed ut evidentiussimè appareat, acceptatio in hac causa non sua natura, sed potestate conventionis valet. Apud alios etiam iurisconsultos, usus est suus loco a relatis. Sedenim hoc, aliisque locis, fugimus leges recitare multas, quoniam alia meditamur, cursimque ista peragere nobis est animus.

ff. de ref. vend.
l. 21. §. 11. ff. de rec. l. 13. §. 1. ff. de iu. l. 20. ff. de re iud. l. 13. §. 9. 25. ff. de arb. arb.

CAPVT XXXVIII.

Locorum ab autoritate, usus apud Romani iuris auctores.

EGIMVS antehac de locis, unde argumenta rei quodammodo inhaerentia deducuntur. Nunc vero tractabimus eos, unde argumenta extrinsecus assumpta, promuntur. Quae veniunt extrinsecus argumenta, plurimum ab autoritate sunt, igitur huc pertinent omnes Romanorum jurisperitorum leges a quibus primarii scientiae cuiusvis aliam, laudantur auctores: earum autem legum ex numero, multas retulimus supra, nec omitemus hic, istam Pauli: *Septimo mense nati perfectum parvulum, iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum est, cum qui ex iustis nuptiis, septimo mense natus est, iustum filium esse. Pertinet ista lex ad Tertullianum S. C. ut indicat idem Paulus hoc loco. Septimo mense natus matri prodest. Ratio enim Pythagorei numeri, hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno: aut decimo mense pariter maturior videatur.* Hic porro iurisconsultus, sententiam firmat quoque suam, Pythagoreorum dinumeratione, quam Censorinus exposuit. Equidem Philo, Tertullianus & Ambrosius, hac parte recurrunt, ad primam rerum omnium creaturarum hebdomadam: id etiam ut probabilius fiat, septenarii numeri vim omnibus pene in rebus observant. Cæterum ille idem Romani iuris auctor, adsumit Theophilacti auctoritatem hac lege. *Quod enim semel, aut bis existit, ut ait Theophilactus, praetercunt leges. Neque ve-*

Cicer. Top.

Paul. l. 12. ff. de stat. hom.

Id. 4. sent. 9.

Censorin. l. 10. de nat. die. Phil. Allego. 1.

Tertull. de an. c. 19. Ambros. ep. 39. ad Hebr. 10. ronian.

Paul l. 6. ff. de leg. ro tantum politicissimos in qualibet arte ac scientia viros, Romani iurisconsulti citant, imo etiam rusticos homines, ut patet ex eiusmodi oratione. *His verbis, qua ibi mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait, at eos, quos praesidii causa repositos habet (ut quidam bellis civilibus fecissent) eas legato contineri, & audisse se rusticos senes, ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod praesidii causa seponeretur.* Iam vero quod pertinet ad auctoritatem testium, multa Callistratus, Arcadius, aliique iurisconsulti constituunt. Est porro titulus de fide instrumentorum, in quo dicitur de auctoritate, quae solet accipi ab instrumentis, *fiunt enim de obligationibus scripturae, ut quod actum est, per eas facilius probari possit.* Facit porro ad auctoritatem testimonii instrumentis adhibitorum ista lex. *Domitius Labeo, Celfo suo salutem. Quero an testium numero habendus sit is, qui cum rogatus est ad testamentum scribendum, idem quoque cum tabulas scripserit, signauerit. Iubentius Celfus Labeoni suo salutem. Aut non intelligo, quid sit de quo me consulueris, aut valde stulta est consultatio tua: plus enim quam ridiculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit. Quae vero sit auctoritas instrumenti, quod obligationis causam non exprimit, docet hoc loco Paulus. Sin autem cautio indebita exposita esse dicitur, & indiscrete loquitur, tunc eum, in quem cautio exposita est, compelli debitum esse ostendere, quod in cautionem deduxit, nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas explanauit, pro quibus eandem conscripsit: tunc enim stare eum oportet sua confessioni: nisi evidentissimis probationibus, in scriptis habitis, ostendere paratus sit, sese haec indebita promississe.* Priuata autem in scriptura, non requiritur diei adiectio, ut debitum subesse liqueat. Iam vero ad locum ex praesumptionibus, atque coniecturis, haec faciunt. *Quae diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis verius sit, an in liberis suis cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur. Si mulier cum filio impubere naufragio perit, priorem filium nectum esse add. l. 26. ff. intelligitur. Cum pubere mater naufragio perit, cum explorari non possit, vter prior exinctus sit, humanius est credere, filium diuinitus vixisse. Plane si isa libertatem acceperit ancilla, si pri-*

mum marem peperit, libera esto, & hac uno utero marem & fa- l. 10. ff. de
minam peperisset: si quidem certum est, quid prius edidisset, non eod.
debet de ipsius statu ambigi, utrum libera esses, nec ne, sed nec
filia, nam si postea edita est, erit ingenua, sin autem hoc incertum
est, nec potest, nec per subtilitatem iudiciale manifestari: in
ambiguis rebus, humaniorem sententiam sequi oportet, ut iam ipsa
libertatem consequatur, quam filia eius ingenuitatem, quasi per pra-
sumtionem priore masculo edito. Hinc autem, praesumptio est prio-
rem editum esse masculum, quia masculus fortior est, atque hoc
modo, superius ex imbecillitate, aut robore filii, ducta fuit
praesumptio, matris ante filium, postea defuncta. Sed insignis est Papin. l.
coniectura Papiniani hoc loco. Cum avus filiam, ac nepotem ex 102. ff. de
alio filio, heredes instituisse, a nepote petiit, ut si intra annum cond. &
trigesimum moreretur, hereditatem patri suo restitueret, nepos li- dem.
beris relictis, intra aetatem supra scriptam visa decessit, fidei com-
missi conditionem, coniectura pietatis, respondi defecisse, quod mi-
nus scriptum, quam dictum fuerat, inveniretur. Hic autem legi
potest accedere ista. Dotem, quam dedit avus paternus, non post l. 6. ff. de
mortem avi mortua in matrimonio filia, patri reddi oporteat, qua- collat.
ritur occurrat aequitas rei, ut quod pater meus propter me filiae
meae nomine dedit, proinde fit, atque ipse dederim. Quippe offi-
cium avi circa nepotem, ex officio patris erga filium pendet, & quia
pater filia, ideo avus propter filium nepoti dotem dare debet. Quid
si filius a patre exheredatus est? Existimo non absurde etiam in ex-
heredato filio idem posse defendi. Nec infavorabilis sententia est:
ut hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.
Denique huc afferri queunt, praesumptiones Romani iuris om-
nes, quae sicut illae superiores, proficiuntur ex pietate; ex offi-
cio patris erga liberos: item ex ordine mortalitatis: denique
ex ipsius naturae sinu: unde ad probandum, vim maximam ob-
tinent. Caeterum causa matrimonii, varias praesumptiones in Ro-
mano iure fortitur, Celsus quidem habet. Virum negotium v- Cels. l. 47.
xoris gerens, an officio mariti ductus in rem eius impenderit ff. de don.
vir, facti non iuris questio est, coniectura eius rei, ex mo- inst. vir. &
do & ex genere impensae non difficilis est. Scruola vero. Cum uxor.
Sciis pro uxore, centum aureos creditori soluerit, & orna- Scruola l. 33.
men- §. 2. ff. de
leg. 3.

mentum pignori positum fuerit, postea autem testamento facto uxori suae legauerit, quidquid ad eum, inue stipulatum eius concessit, & hoc amplius videnos aureos annuos, quaesitum est, an hos centum aureos, heredes viri ab uxore, vel ab heredibus eius repetant? respondit si donationis causa creditori soluisset, teneri heredes ex causa fidei commissi; si repetant atque etiam petentes exceptione summoueri. Quod praesumptum esse debet, nisi contrarium ab herede approbetur.

Modestim. l.
24. ff. de ris.
nupt.

Pomp. l. 51.
ff. de don.
int. vir. &
ux.

Modestinus quoque, in liberæ mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt, si non corpore quantum fecerit. Denique Pomponius. Quintus Mucius ait, cum in controuersiam venit, unde ad mulierem quid peruenerit, & uerius & honestius est, quod non demonstratur unde habeat, existimari a viro, aut qui in potestate eius esset, ad eam peruenisse, euitandæ autem turpis quaestus gratia, circa uxorem hoc uidetur Quintus Mucius probasse. Iam vero in iudiciis locum habent praesumptiones,

l. 2. §. 1. ff.
de iur. fi. c.

quæ sequuntur. Diuus Hadrianus Flauio Arriano in hæc verba rescripsit; quin ei, qui instrumenta ad causam fisci pertinentia, cum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat, si verum aliter non inuenitur, ea subtracta esse credantur, quæ nocitura causæ eius fuerint, dubitatum non est; Sed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant,

l. 29. ff. eod.

quam in eam, qua desiderata sunt. Eius qui delatorem corripuit ea conditio est, ut pro victo habeatur, nam in fiscalibus causis, id constitutum est. Inter pares numero iudices, si dissonæ sententiæ proferantur, in liberalibus quidem causis, secundum quod a Diuo Pio constitutum est, pro libertate statutum obtinet, in aliis autem causis pro reo, quod & in iudiciis publicis obtinere oportet.

l. 6. ff. de
iud. l. 20. ff.
de ui obl.

Si quis intentione ambigua, vel oratione usus sit, quod utilis est, accipiendum est.

l. 24. ff. de
prob.

Sciendum est generaliter; quod si quis se scripserit fide iussisse videri omnia solemniter acta. Si chyrographum cancellatum

tum fuerit, licet presumptione debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor conuenitur. Procula magna quantitatis fidei commissum a fratre sibi debitum, post mortem eius in ratione cum heredibus compensare vellet, ex diuerso autem allegaretur, numquam id a fratre, quamdiu vixit, desideratum, cum variis ex causis sepe in rationem fratris pecunias ratio Procula soluisset: Diuus Commodus, cum super eo negotio cognosceret, non admisit compensationem: quasi tacite fratri fideicommissum fuisset remissum. Priuilegii porro ea est ratio, vt illius iure, quis praesumatur vti, cum gesta res aliter valere non potest. Si miles, qui destinauerat communi iure testari ante defecerit, quam testaretur, Pomponius dubitat. Sed cur non in milite diuersum probet? neque enim, qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiavit: nec credendus est quisquam genus testandi eligere, ad impugnanda sua iudicia, sed magis utroque genere voluisse, propter fortuitos casus, quemadmodum plerique pagani solent, cum testamenta faciunt per scripturam, adiicere, velle hoc etiam vice codicillorum valere, nec quisquam dixerit, si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse, nam secundum nostram sententiam, etiam Diuus Marcus rescripsit. Praesumptionis autem ex verisimili desumpta, mentio fit apud Ulpianum hoc loco. Non est verisimile, compulsum in urbe inique indebitum soluisse eum, qui claram dignitatem se habere praeferrebat, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate praeditum, qui utique vim eum pati prohibuisset: Sed huiusmodi praesumptio debet apertissimas probationes violentiae opponere. De verisimili quoque, agit ista lex. Cum de aetate hominis quaeretur, Caesar noster in haec verba rescripsit: & durum, & iniquum est, cum de statu aetatis alicuius quaeritur, & diuersae professiones profes-

l. 26 ff. cod.

l. 3. ff. de test. mil.

Ulpian. l. 23. ff. quo mes. caus

l. 13. ff. de prob.

runtur, ea potissimum stare, quæ nocet: sed causa cognita, veritatem excuti oportet: & ex eo potissimum annos computari, ex quo præcipuam fidem in ea re constare credibilis est.

CAPVT XXXIX.

Loci Romanorum Iurisconsultorum proprii.

HVC vsque tractauimus locos scientiæ cuius, vt Romanæ iurisprudentiæ communes, deinceps autem agemus de iis, quorum apud istam priuatus est vsus Romani ergo iuris auctores, sæpius argumentantur a legatis ad fideicommissa, a contractibus ad quasi contractus, a contractibus ad distractus siue contractuum resolutiones, nihil tam naturale est (inquit Vlpianus) quam eo genere quodque dissoluere, quo colligatum est, idea verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. Item argumentari solent Romani iuris auctores a contractibus, ad vltimas voluntates, Quæ de legato dicta sunt (ait Pomponius) eadem transferre licebit, ad eum, qui vel Sticum, vel hominem dari promiserit. Dueitur vero etiam illis, argumentum a contractibus, ad vltimas voluntates. Præterea autem argumentantur iidem a pupillo, ad rempublicam. Papinianus quidem ait, Etiam respública, fideicommissi post moram, vsuras præstare cogitur: sed damnum, si quod ex ea re fuerit secutum, ab his sarcierendum erit, qui post dictam sententiam, iudicatum soluere superseuerunt. Nec aliud seruabitur in litis suntibus, si ratio litigandi non fuit, ignauiam etenim prætendentes audiri non oportet: quod in tutoribus quoque probatur. Sedenim in Romano iure, frequentissimum est a furiosis ad prodigos argumentum. Lege duodecim tabularum, prodigo interdicitur bonorum suorum administratio, quod moribus quidem ab initio introductum est. Sed solent hodie prætores, vel præf.

Vlpian. l. 35. ff. de iur. iur.

Pomp. l. 46. ff. de leg. I. add. l. 26. ff. de pign.

Papin. l. 78. ff. de leg. 2.

l. 1. ff. de surab. fur.

praesides, si talem hominem inuenerint, qui neque tempus : neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando, & dissipando profudit, curatorem ei dare, exemplo furiosi, & tandem erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit, quod si euenierit, ipso iure desinunt esse in potestate curatorum. *Diuus Pius l. 12. §. 2. matris querelam de filiis prodigijs admissit, ut curatorem acci. f. de iur. & p. 2.* *cur.* *piant, in hac verba: non est nouum, quasdam, etsi mentis suae videbuntur, ex sermonibus compotes esse, tamen sic tractare bona, ad se pertinentia, ut nisi subueniatur his, deducantur in egestatem. Eligendus itaque erit, qui eos consilio regat. Nam aequum est, prospicere nos etiam eis, qui, quod ad bona ipsorum, pertinet, furiosum faciunt exitum. Denique apud Romani iuris auctores argumenta saepius ducuntur a fictione, cuius expositionem aliis tractatam, nunc reliquimus. Sufficiat locorum fastigia secutos esse nos. Silere hac parte nequaquam debuimus, ne rerum explicandarum seriem minus intelligere videremur, breuiiores autem nos oportuit esse, ne praerberetur occasio iudicandi, aucupatos a nobis omnes modos, in flandi huius operis, quod quidem rerum copia, non verborum luxurie, foetum esse volumus. Topica ergo perstricta, partem alteram dialecticæ, hoc est criticam, siue iudicandi artem, deproperamus.*

CAPVT XL.

Iudicandi ars apud Romani iuris auctores.

SECVNDa pars dialecticæ, iudicandi, apteque colligendi vias praescribit: praebet enim quamlibet argumentorum formam, vnde quid verum, falsumue sit, quid consentiens, quid repugnans indicari potest. Ars porro iudicandi, tam-

T

quam

quam instrumentis vtitur definitionibus, diuisionibus, & enunciationibus, quæ componunt argumentationem. Sedenim quod attinet ad definitiones, atque diuisiones, intelligendum est definitionem in Romano iure accipi, pro regula iuris, ac sententia generali: sic Catoniana regula, vocatur *definitio*, sic apud Marcianum *definitio*, significat regulam item ista lege. *Omnia definitio in iure civili periculosa est, parum est enim, ut non subuersa possit.* Neque vero alia significatione Papinianus libros, *definitionum* nomine inscripsit, ut indicat satis vnus ille locus, qui decerpis est, ex secundo definitionum, & vbi proposita regula, quæ ordine causas suggerit, in quas solutum inducere, ab eo qui debuit ex pluribus causis, prius, potiusque solutum intelligitur: subiicit eum ordinem fecisse, & ita *definis*se veteres. Ceterum Papinianus inter definitiones, regulasue iuris, interdum posuit dialecticam rei definitionem, ut apertior fieret regula de eadem

l. 1. ff. de reg. Marci.
an. l. 12.
ff. de usufr.
l. 202. ff. de reg. iur.
l. 92. ff. de sol.

l. 1. ff. de leg. h. 7. ff. de iust. & iur. Marcian. l. 8. ff. de diu. ver.

Modestinus. l. 1. ff. de vis. sup.

Vlpian. l. 10. ff. de leg. Papinian. l. 28. ff. de ab. & c. Modestinus. l. 52. ff. cod. l. 2. ff. de adop. Marc. l. 1. ff. de ser. Tull. Brut.

re adiicienda. Et ita Marcianus quarto regularum habet. *Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum autem dictum est a sagminibus, sunt autem sagmina quedam herbe, quas legati populi Romani ferre solent, nequis eos violares: sicuti legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur cerycia: in municipiis quoque muros esse sanctos Sabinum recte respondisse Cassius refert: prohiberi que oportere ne quid in his immitteretur.* Hic vero non tantum rei, sed etiam nominis definitio traditur. Modestinus autem regularum primo scribit. *Nuptia sunt coniunctio maris & femine, & consortium omnis vite, diuini & humani iuris communicatio.* Iustitiam quoque, & iurisprudentiam, primo regularum definiit Vlpianus. Similiter porro Papinianus primo definitionum, actionem diuidit in actionem, petitionem, & persecutionem. Modestinus etiam regularum secundo actionem, adoptionemque partitur & Marcianus tertio regularum feruitutes. Denique Romani iuris auctores nominis, ac rei definitiones, item diuisiones, asserunt inter regulas iuris, & de Seruio quidem Sulpicio apud Tullium legitur: *sic enim existimo iuris ciuilitate magnum usum, & apud Scauolam & apud multos fuisse: artem, in hoc vno: quod numquam effecisset ipseus iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes, latenssem explicare definiendo, obscuram explanare inter-*
pre-

*precando, ambiguum primum videra, deinde distinguere: postremo habere regulam, qua vera & falsa iudicarentur, & qua quibus propositis essent, quaque non essent consequentia. Hic enim assulit hanc artem, omnium artium maximam, quasi lucem, ad ea qua confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. Habemus vero Ciceroniani huius testimonii confirmationem in iure, ubi scribitur: Duobus negatiuis verbis quasi permisisse lex ^{l. 27. ff. de magis, quam prohibuit, idque etiam Seruius animaduertit. Etenim hoc Seruius animaduertere potuit, per eam dialecticæ partem, quæ spectat ad enunciationes: quippe dialectica enunciationem diuidit, in affirmatiuam, & negatiuam; sed eadem vult duo verba negantia, magis affirmatiuam, quam negatiuam facere enunciationem, vnde est Seruii observatio illa. Quoniam autem nunc incidimus in tractatum de enunciatione, persecuturum, dicemus Stoicos enunciationem quoque diuissile, in vniuersalem, & subsiunctiuam. Est vero de vniuersali enunciatione Iulianus locus iste: *Virum ita concipias stipulationem, si illud aut illud factum non erit: aut hoc modo: si quid eorum factum non erit, quæ ut fiens, comprehensa sunt: hoc interest, quod quomuis altera facta, verum sit hoc, aut illud vere factum esse, non ideo tamen verum erit, hoc aut illud factum non esse: nam simul ea possunt esse vera, quomuis inter se contraria sint, quia cum significatio non ex vniuerso: sed ex aliquo sumitur, si veri aliquid indesit, veram efficit totam orationem, si ut e contrario due orationes pugnantia continentur, simul falsa sunt, veluti si qui liberorum partim puberes, partim impuberes decefferint. Nam & hoc falsum erit, omnes impuberes decefferint: & illud omnes puberes decefferint; id accidit, quia significatio sumitur ex vniuerso, in quo si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. Animaduertendum igitur est, quid sit de quo queritur. Nam cum ita concipio, si illud aut illud non fuerit, queri debet, an aliquid factum non sit, illius effectus hic est, ut neutrum fiat: huius autem, ut vitrumque fiat: nec in illo prodest aliquid non fecisse, si aliquid factum sit: neque in hoc aliquid fecisse, si aliquid factum non sit. Sed enunciationem aliquam vniuersalem, falsitate vniuersi rei totam effici falsam, innuit etiam Labeo hac lege: *Hoc articulo, quisque, omnes significantur, & ideo Labeo scribit, si ita scriptum sit Titius, & Serius, quanta quisque co-**}*

l. 27. ff. de
magis, quam
prohibuit.

Laert. Zen.

Iulian. l. 12.
s. 3. ff. de
rob. dub.

l. 29. ff. de
her. inst.

rum ex parte heredem me habueris scriptum, heres mihi esto: nisi omnes habeant scriptum heredem testatorem, neutrum heredem esse posse, quoniam ad omnium factum sermo refertur, in quo puto testatoris mentem respiciendam. Sed humanius est, eum quidem, qui testatorem suum heredem scripserit, in tantam partem ei heredem fore: qui autem eum non scripserit nec ad hereditatem eius admitti.

Pompon. l. 9.
S. 3. ff. de
pig. act.

Denique Pomponius: Si annua, bima, trima die triginta stipulatus acceperim pignus: pactusque sum, ut nisi sua quaque die pecunia soluta esset, vendere eam mihi liceret: placet antequam omnium personarum dies veniret, non posse me pignus vendere: quia eorum verbis omnes personae demonstrarentur: nec verum est, sua quaque die, non solum pecuniam, antequam omnes dies venirent. Sed omnibus personis praeteritis, etiamsi una portio soluta non sit, pignus potest venire. Sed si ita scriptum sit, si qua pecunia sua die soluta non erit, statim competit ei pacti conventio.

l. 124 ff. de
verb. sig.

Aliis porro notatus est Proculi locus, ubi de subdisiunctiva enunciatione: sed obseruatum adhuc non est, exempla quibus utitur Proculus, a Stoicis depromi, patet autem ex Laertio, apud Stoicos frequentissimum fuisse in explicandis enunciationibus verbum *deambulat*.

Laert. 2m.
Paul. l. 98 ff.
de leg. 2.

Hoc vero *omne animal aut facit, aut patitur*, nonne a Stoicis est? Plutarchus quidem inter eorum seita ponit: *Id quod est, facit aliquid aut patitur*. De hoc autem pluribus in Physica Stoicorum. Iam vero affectiones, & accidentia binarum enunciationum sunt æquipollentia, & oppositio, atque inter enunciationes oppositas, contrariae numerantur; harum autem supra meminit Iulianus.

Quod spectat ad æquipollentiam, seu conformitatem enunciationum, indefinitam enunciationem æquipollere vniuersali, Paulus hoc loco edocet: *Si plures gradus sint heredum, & scriptum sit, heres meus dato, ad omnes gradus hic sermo pertinet, si uis haec verba, quisquis mihi heres erit. Itaque si quis velit non omnes heredes legatorum praestatione onerare, sed aliquos ex his nominatim damnare debet.*

l. 2. ff. de
lib. & post.

Huius vero legis ratio, confirmatur hac oratione: *Nominatim exheredatus filius, & ita videtur filius meus exheres esto, si nec nomen eius expressum sit: si modo unicus sit, nam si plures sunt filii, benigna interpretatione potius a plerumque respondetur, nullum exheredatum esse.*

Cic. partit.
Scaenol. l.
24. de in.

Cæterum quod spectat ad argumentationem Sabini & Cassii, Scaetola refert argumentationem, sed

vti-

uitur *collationis* nomine Stoico, Seneca enim: *Quod tu illi subri-* cod.
lissima collectione persuaseris. Pseudomeni vero Africanus, Sori- Sen. Epist.
 tis Iulianus, & Vlpianus meminerunt. Hic vero nos definimus 45.
 meminisse logicæ, quam præposuimus aliis partibus philosophiæ, African. l.
 quoniam ex sententia Stoicorum. *Omnis res, per eam, qua in* 88. ff. ad
verbis est, contemplationem cernitur, quæque ad naturam pertinet, leg. falc.
aut mores, logicæ adminiculo indigent. Logica porro, quantum Iulian. l. 65,
 congruit, & rei per alios tractatæ, & nobis alia meditantibus, ex- ff. de reg.
 plicata, indicataque apud Romani iuris auctores, ad Stoicorum iur.
 physicam aggredimur. Vlpian. l.
717. ff. de
v. sign.
Laert., Zen,

CAPVT XLI.

Stoicorum physica. Deus, naturaque idem.

Mirabilis est rerum varietate, ac dignitate natura, sed ta- Senec. 6. de
 men hominis ea est nobilitas, ut natura non habeat in- be. 23.
 ter maxima operam suorum, quo magis aut cui gloriatur.

Vnde stupendum videatur, quod illa, mentem homi-
 nis corpore quasi carcere sepherit. Etenim si parte hominis a-
 liqua gloriari potest natura, certe gloriari debet mente. Cuius-
 dam autem ergastuli fitu, ac squalore patitur illum foedari, cum-
 que mens eadem, vel nulla hominis portio, sit ea, cui natura
 gloriari queat de rebus a se conditis, ne res, ipsa mens perlu-
 stre, impedimento esse videtur obscura, & arcta corporis cu-
 stodia. Caterum ambitioni suæ, decorique humano natura
 prouidit. Animo quippe vehemens impressit desiderium cogni-
 tionis, qua velat luce persunditur, qua respirat rerum spectaculo, Sen. epist. 55
 atque a terrenis dimittitur ad diuina. *Hæc libertas eius, hæc ena-*
gatio est, isâ subducitur custodiæ, & celo reficitur, maxima cum sua-
uitate. Enimuero.

- - *Nihil dulcius est, bene quam minuta tenere*
Edita doctrina sapientum, templa serena
Despicere, unde queas alios passimque videre,
Errare, atque viam palantis querere vite,

T 3

Certa;

*Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies, niti præstante labore,
Ad summas emergere opes, rerumque potiri.*

Sen. epist.
90.
Idem epist.
809.

Sapientum porro doctrina, quæ rerum cognitionem præbet, atque *Deorum*, ait Seneca, *templum ingens orbem istum referat*, physica dicitur. Solet vero apud Stoicos physica in duo scindi. Nempe in *corporalia & incorporalia*. Vtraque porro diuiduntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporis locus in istas primam: in ea, quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur. Gignuntur autem elementa. Sed quæ faciunt siue principia sunt duo, scilicet DEVS, ac materia. Vt vero prius agatur de DEO: intelligendum est philosophiæ partem, quæ agit de illo, *theologiam* Græcis nominari, itemque dici *primam philosophiam*, vel absolute *sapientiam*, quod nempe eximia sit eius dignitas, nihil enim præclarior est, nihil præstantius, quam intueri Deum; Genios, providentiam, fatum, diuina demum omnia meditando peruadere. Deus porro Stoicis *natura* dicitur: ut etiam materia, sed Deus, ut insertus est

Lactant. 7.
c. 3.

Laert. Zen.
Cic. de nat.
deo. 2. Sen.
4. de ben. 7.
Id. 2. quæst.

mundo, molemque hanc animat, atque continet. *Naturam*, inquit Laertius, *statuunt, quæ mundum continet*. Atque ea quidem, ait Cicero, *non sine sensu & ratione*. Senecæ verba sunt: *Quid aliud est natura, quam Deus, & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta. Vis Deum naturam vocare? Non peccabis: est enim ex quo nata sunt omnia*. Et Senecæ quidem hanc sententiam Lactantius laudat hoc loco: *Melius igitur Stoicorum omnium acutissimus Seneca, qui vidit, nihil aliud naturam esse, quam Deum*. Propterea vero hæc *natura*, seu Deus apud Stoicos *natura communis* dicitur ad differentiam naturæ, quam singulæ res

Lactant. 2.
c. 6.

Sen. conf. 8.
Laert. Zen.
Cic. de nat.
Deor. 3. Id.
de nat. deo. 2.

habent: *Duo nos pulcherrima* (scribit Seneca) *quocumque mouebimur, sequentur, natura communis, & propria virtus*. Sedenim Deus seu *natura communis*, ex sententia Stoicorum non aliud est, quam *spiritus ignis, artisue similitudinem præ se ferens*. Illi enim vim, vimque omnem orbis & ipsum adeo DEUM igni adferebant. Deinde vero naturam, ut Cicero pluribus locis, secundum Stoicos loquitur, *solertem, callidam, magistramque artium* statuiebant, *artis enim maxime proprium esse, gignere & creare, quodque in operibus nostrarum artium manus efficiant, id*

multo

multo artificiosius naturam. Et certe apud Romani iuris auctores, DEUS, & natura idem sunt, apud eosdem etiam *natura resum*, siue communis, a *natura hominum* distinguitur, item *natura communis*, omnium rerum parens habetur, & artifex.

L. 1. §. 3. ff. de iud. & in l. 28. §. 5. ff. de iud. k. 38 ff. de reb. cred. l. 28. §. 1. ff. de usufr.

CAPVT XLII.

DEus vnus, bonus, & prouidus. De fato.

S Agacissime quidem, verissimeque Stoici censent, *unum esse DEum, sed mensum & louem, aliterque nuncupari.* *Quacumque volēs, ait Seneca, nomina propria Deo aptabis, vni aliquam effectumque celestium consentientia, tot appellationes eius esse possant, quot manera.* Deum porro vt vnum, ita bonum quoque dicunt Stoici, e quibus idem ille author, *quæ causa est, Diis bene faciendi? natura, errat, si quis illos putat nocere velle, non possunt: nec iniuriam accipere queunt, nes facere.* Est etiam iisdem Stoicis prouidens Deus, *quis enim credat sine custode tantum opus prestare, & hunc siderum cursum, discursumque fortuiti impetus esse.* Prouidentia tamen negatur, culpatur Aristoteles Stoici porro interdum prouidentiam a fato non separant, vt vbi statuunt, *fatum esse rationem, secundum quam orbis administratur, interdum a fato segregant, vt vbi volunt fatum esse rationem eorum, quæ in mundo prouidentia gubernantur.* Chryssippea vero est, fati definitio ista: *Fatum, est naturalis compositio vniuersarum ab eterno sese mutuo consequentium, immutabili hac complicatione.* Ex qua definitione profecto intelligitur, fatum esse quiddam ab illa communi natura seu Deo insitum: Deinde vero necessitatem fato adherere, & Seneca quidem ait: *Omni certa, & in æternum dicta lege decurrere.* Cæterum venena, monstra, rerum vitia, & defectus, peccata, ærumnæ in bonis, in improbis commoda, secundum Stoicos fluunt ex materia, nec habent a Deo naturaue communi suam originem. Rerum enim natura secundum illos, quidlibet fingit bonum, sed fingenti obstat, nescio, quæ malitiosa vis materiae, & eo rem deducit, vt mala fiat, & in improba quæque procliuis. Senecam audiamus: *Verum Deus not. presens.*

Laert. 2em. 4. de ben. 7.

Idem epist. 95.

Idem de pro. c. 1.

Plut. 2. de plac. 3.

Laert. 2em. Stob. Pbf

Agell. 6.

Sen. de prouid. c. 5.

Sen. r. 9. Deus not. presens.

Deus quod vult, efficiat, an in multis rebus illum tractando destituant, & a magno artifice formentur prava multa, non quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur, inobsequens arti est? Quare tamen Deus tam iniquus in distributione facti fuit, ut bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adscriberet? non potest artifex mutare materiam, hac passa est. Chryssippi autem apud Agellium, & Ciceronem verba referuntur, quibus ille probabat homines in delicta ruere sua seuitate, ac voluntario impetu. Cuius quidem opinionis sensus erat. Omnia causis antecedentibus, fatoque fieri, sed materiae malignitatem, quæ Deo formanti resistit, hominibus asperum, ac rude ingenium procurare, quo fiat, ut fato minime oblucentur, sed accommodent ei voluntatem, & male agant; ac vero Chryssippus in hunc sensum utitur imagine cylindri acturbinis, qua moueri incipere nisi pulsa non possunt, id autem cum accidit suapte vi, & natura, quod superest feruntur. Ex quibus intelligere est etiam, quod Tullius refert, Chryssippum retinuisse quidem fatum, præpositasue causas, sed effugisse necessitatem in hominibus. Cæterum de materia opinionem illam Plato non admisit, quia mali principium nequaquam dixit materiam, sed animam siue vim in materia, *benefica nature aduersariam, & rebellem.*, & Arnobii quidem Stoicos hac parte impugnantis verba sunt. *Qui fieri possit, ut que sensum, & iudicium non habens malisiosa esse perhibeantur, & noxia.* Quam certe obiectionem Plato aduertisse videtur, dum animæ illius mentionem fecit. Sedenim Arnobius de Stoicorum sententia, quam vellicabat modo, quasi dubius est, vbi scribit. *Quid si prima materies, que in quatuor rerum elementa digesta est, miscrarum omnium causas, suis continet irritationibus inuolutæ.* Habere porro materiam aliquid occultum, quo mala prouocet, irriterue, cæteri Ecclesiæ doctiores viri pernegant, atque sentiunt, res effectas esse noxias, vitiosasque post Adami noxam, & vitium, unde illi vitiositatis, ac nocentia causa sit adscribenda. Cladium vero, iisdem auctor est Deus, cui placet interdum affligere homines, ut delictis abstineant, euadantque meliores, sed peccatorum fons, & origo est Diabolus, qui ad pessima quæque nullos non excitat. Denique peccatorum, cladiumue vnicum Deo & Diabolo procreatrix est mala voluntas: etenim *mala voluntas, est*

idem de prouid. c. 5.

Chryss. 1. de prouid. apud Agell. l. 6. Cic. de fat.

Cicer. de fat.

Arnob. II.

Idem I.

Tertull. 2. in Marc. 14. Damasc. 4. c. 2.

est efficiens operis mali, ut habet Augustinus, i. e. peccati, *malo- Augustin.*
 rum autem quæ a voluntate sunt, ait Damascenus, quæ contra eam. 12. de ciuit.
 hoc est calamitates & ærumnæ, sunt proles. Ut vero tandem *Dei 16. Da-*
 liquando veniamus ad Romani iuris auctores, hi naturæ, & Dei *1. cen. ib.*
 inlinuant vnitatem, cum naturam rerum vnam dumtaxat vsur-
 pant: sed eius honitatem, ac prouidentiam commendat Gaius *Gai. 1.28. §.*
 hac sententia. Partus vero ancille, in fructu non est, itaque ad do- 1. ff. de v:
 minum proprietatis pertinet, absurdum enim videbatur hominem in fru- *fr.*
 ctu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaue-
 rit. Et istud quidem etiam Stoicis placet apud Lactantium, Cice- *Laſant. 2.*
 ronem, & alios. Quod autem pertinet ad venena, & vitia, de- *Cic. de offi-*
 fectusue rerum, causas eorum in materia esse innuunt illi, quando 1.
 non loquuntur de iis, nulla materiæ facta mentione. Sic enim *Gai. 1. 34. §.*
 idem Gaius habet. Veneni mali quidam putat non contrahi em- *2. ff. de*
 sionem: quia nec societas, aut mandatum flagitiosa rei vllas vires *coner. emp.*
 habet: qua sententia potest sane vera videri de his, quæ nullo modo,
 adiectione alterius materia, vsu nobis esse possunt. De his vero, quæ
 mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his an-
 tidoti, & alia quadam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici
 potest. Vlpiani autem oratio est. Si gemma includenda, aut in- *Vlpian. 1. 19.*
 sculpenda data sit, eaque fracta sit. Si quidem vitio materia factum *§. 5. ff. locat.*
 sit, non erit ex locato actio: si imperitia facientis, erit. Huic sen-
 tentia addendum est, nisi periculum quoque in se artifex receperat.
 Tunc enim, etsi vitio materia id euenit, erit ex locato actio. Iam
 vero de monstris idem ait. Queret aliquis; si portentiosum, vel *Idem 1. 135.*
 monstrosum, vel debile mulier ediderit, vel qualem visu vel vagitu *ff. de verb.*
 nouam, non humana figura, sed alterius magis animalis, quam ho- *sign.*
 minis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est?
 ut hæc quoque parentibus profint. Nec enim est, quod eis imputetur,
 quæ qualiter potuerunt: statutis obtemperauerunt: neque id quod
 fataliter accessit, matri damnum iniungere debet. Vbi quidem fa-
 to, legiue cuidam naturæ communis, attribuit monstra, sed agi-
 tur isthic de vitando legis Papiæ damno, quod effugere non pote-
 rat vxor; si iudicatum fuisset ex re, id est, ab vxore monstra esse,
 quæ ratio videtur cur confugiat. Vlpianus ad extrinsecus acciden-
 tem vim fatalem, contra quam facit Paulus, vbi agitur de lucro
 a matre captando, scribit enim. Non sunt liberi, qui contra for- *1. 14. ff. de*
 mam *stat. her.*

mam humani generis conuerso more procreantur : veluti si mulier monstrosam aliquid, aut prodigiosam enixa sit. Partus autem, quæ membrorum humanorum, officia ampliauit, aliquatenus videtur esse. Et ideo inter liberos connumerabitur. Atque hæc quidem lege, Paulus monstrosam intuetur partum, quasi ex re: & a sola matre prodierit, non etiam ex antecedentibus causis, & fato: cum tamen secundum Stoicos, res malæ, & imperfectæ, fiant per materiæ malignitatem, atque etiam ex fato. Cæterum quod spectat ad clades aliquando Romani iuris auctores, fato illas assignant, illam eandem ob causam, ne scilicet in incongruo damno sit ali-

Gai. l. 25. §. 6. ff. locat.

quis. Ita Gaius vis maior quam Græci ἄρα ἰσχυρὴ id est vim diuinam appellant: non debet conductori damnoſa esse, si plus quam tolerabile est, laſi fuerint fructus: alioquin modicum damnum equo a-

Vlpian l. 24. §. 4. ff. de dam.

nimo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufercur. Vlpianus quoque. Seruius putat, si ex adibus promissoris vento tegula deiecta damnum vicino dederint, ita eum teneri, si edificiū vitio id acciderit, non si violentia ventorum, vel qua alia ratione, qua vim habet diuinam. Labeo & rationem adiicit. Quod si hoc non admittatur iniquum erit. Quod enim tam firmum adificiū est, ut fluminis, aut maris aut tempeſtatis, aut ruina, incendii, aut terræmotus vim sustinere possit? Vterque autem ille iurisconsultus, fato vis nomen attribuit, ut significet necessitatem, quæ imponitur a fato. Vlpiani enim verba sunt: Olim ita dicebatur, quod vi metusue causa, vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam,

Idem l. 1. ff. quod met. caus.

Paul. Sent. 7.

§. 7. Gai. l. 1.

§. 4. ff. de ob.

& act.

contrariam voluntati. Vis quidem paulo est, maior impetus, qui

repelli non potest, fatum autem, seu damnum fatale, Gaius dicitur. Maior casus, cui humana infirmitas resistere non potest. De-

nique fatum, seu fatale damnum, apud Romani iuris auctores, vis diuina nuncupatur ut intelligamus, fatum Dei legem, vimque nonnullam esse, quod Stoici docent. Cæterum ubi agitur de cap-

tratione lucri, vel congruentis damni fuga, Romani iuris auctores, fato nihil adscribunt. Vlpianum audiamus. Si locupletis be-

Vlpian l. iii. §. 5. ff. de vin.

res extitit, & subito hereditas lapsa sit: (puta prædia fuerunt, qua chasmate perierunt, insula exusta sunt, serui fugerunt, aut decesserunt,) Iulianus quidem libro quadragesimo sexto, sic loquitur, quasi

possit minor in integrum restitui, Marcellus autem apud Iulianum nota-

tat, cessare in integrum restitutionem: neque enim atatis lubrico ca-

ptus

gens est, aduando locupletem hereditatem : & quod fato contingit cuius patri familiae, quamuis diligentissimo possit contingere. Et istius quidem legis ratio posterior, coincidere videtur superioribus Senecæ verbis, quæ statuunt, nec bonos quidem viros, fatalia damna euitare, quod materia patiatur. Denique philosophiam naturalem audiunt hac parte, Romani iuris auctores, vbi civilis philosophia permittit, cumque nullius ex damno incongruenti, societas violatur humana. Iam vero quod attinet ad peccata, certum est illos, ea non conferre in fatum, atque necessitatem, quando poenas iis infligunt, & præmia, quod enim necessario & citra voluntatem admittitur, præmio affici, puniriue non debet. Itaque cum Chrysippo, non ferunt audiuntue homines, aut nequam, aut ignauos, & nocentes, & audaces, qui cum in culpa, & maleficio reuicti sint, perfugiunt ad fati necessitatem, tamquam in aliquod asylum, & qua pessime fecerunt, ea non sua temeritati, sed fato attribuenda esse dicunt. Sed tamen (inquit aliquis) Modestinus habet. *Infans vel furiosus, si hominem occiderit, lege Cornelia non tenentur : cum alterum in poenitentia consilii tueretur, alterum facti infelicitas excusat.* Fati ergo Modestinus meminisse videtur hoc loco, quia voluntatem delinquentis culpam non potuit, furiosi enim est nulla voluntas, pati solet iniuriam non facere, ait Vlpianus, cum enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens est dicere furiosum siue pulset, siue conuictum dicas, iniuriam fecisse non videri, & istis quidem in verbis Vlpiani, obseruare est quoque, Senecæ usurpata superius, vocem patitur. Sedenim a Deo, ac lege Dei, seu fato pergamus ad eiusdem ministros siue Genios.

Chryf. ap.

Age. 6.

Modestim. l.

12. ff. ad l.

Corn. de sic.

Vlpian. l. 3.

§. 1. ff. de

iniur.

CAPVT XLIII.

De Geniis.

DEO tamquam magnifico regi, competunt ministri, quos antiquitas Genios vocat, quia cum rebus genuntur, vt ait Apuleius, aut quia res genunt: scribit enim Festus, Genium esse Deum, qui vim obtinet rerum gerendarum. Stoici porro sentiunt quosdam Genios vna cum hominibus nasci, vt

Apul. de Sa-

crat. Deo.

U 2

eorum

Sen. Epist.
iii.

eorum vitæ præficiantur. Vnde Seneca: *Sepono in presentia, quæ quibusdam placent, unicuique nostrum pedagogum dari, Deum non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos, ita tamen hoc seponas volo, ut memineris maiores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse, singulis enim Genium, & lunonem dederunt. DEUS nos curat, ait Epictetus, sed nihilominus curatorem unicuique addidit, suum cuiusque Genium, & custodem. Denique Zeno: Quidam Genii sunt, qui afficiantur erga hominem, & eius actiones intueantur. Cæterum præter Genios hominis, fuisse videntur apud Stoicos, ut apud Platonicos, (quibus plerumque congruunt) gerendarum etiam rerum Genii, quibus Apuleii verba sunt: Horum de numero curant singuli, ut est cuique tributa prouincia, vel somniis conformandis, vel extis fissiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, cæterisque adeo, per quæ futura prænoscescimus. Et vero Stoicam illam de Genio custode sententiam Christiana religio probat: quod autem spectat ad Genios, qui magiam administrant, suggeruntque futura, Tertullianus ipse ait: Per hos magi phantasmata edunt, etiam defunctorum inclamant animas, pueros in eloquium oraculi eliciunt, multa miracula circulatoris præstigiis ludunt. Iam Romani iuris auctor Paulus habet: Vaticinatos, qui se DEO plenos adsimulant, idcirco ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate, publici mores ad spem alicuius rei corrumpentur, vel certe ex eo populares animi surbaentur. Ideoque primo fustibus casti cinitate pelluntur: perseverantes autem in vincula publica coniciuntur, aut in insulam deportantur, vel certe relegantur. Hic autem Deus significat dæmonem, siue Genium, qui futurorum notitiam infundit, quod vero, ait Paulus: DEO se plenos adsimulans, ita extulit Tertullianus, emulantur diuinitatem, dum surantur diuinationem. Genios porro custodes adspicit ista Vlpiani sententia: Si quis iurauerit in re pecuniaria per Genium principis, dare se non oportere, & peierauerit: vel dari sibi oportere: vel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluit: Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere: & ita ei superdici petulantè ne iurato. Quo quidem referri solet hoc Tertulliani: Citius apud vos per omnes Deos, quam per unum Genium Caesaris peieratur. Eodem etiam spectat ista, Minutii Felicis oratio: Tutius*

Epictet. 1.
diff. 14.

Tertull. A.
pol. c. 29.

Paul. 5. sent.
21.

Tertull. A.
pol. c. 22.
Vlpian. l. 13.
s. 6. ff. de
iure.

Tertull. A.
pol. c. 18.
Minu. Fel.
Orat.

eis

eis est per Iouis Genium peierare, quam regis. Igitur facilius antiqui Deos iuramentis adhibebant, quam principis Genium, quia securius. Sed antiquorum ista superstitio, vel adulatio inde fluxit, quod sanctissimum, nobilissimumue Genium, Imperatori crederent assignatum. Diis minoribus (quæ verba sunt Panegyrici Constantino dicti) delegata populi cura. Et Tiberius quidem in assentatione, sicut in aliis dissimulatus, crimini habere noluit, quod peieraretur per Genium principis, quod autem iuratum non erat per Genium principis, habuit crimini Caius, ita studiosus assentationis, ut instituerit etiam iuramentis hoc addi, neque me, liberosque meos, cariores habeo, quam Caium & sorores eius.

*Dio. 57.
Suet. Cai.*

CAPVT XLIV.

De Materia, & qualitate.

Alterum a DEO cuiuslibet rei principium, apud Stoicos est materia, Zeno quippe dixit, *substantiam rerum omnium primam esse materiam*, quod quidem ita probabat, opinor. Materia si facta est, ex aliquo facta sit oportet, (nam recepere veteres hoc Democriti, nihil ex nihilo gignitur,) sed illud aliquid, sane materia sit, nam materia definitur *ex qua fit quodlibet*. Quoniam vero materia Zenoni, & asseclis eius, est substantia rerum prima, & præcipua, ideo mea quidem sententia, præcipuum habet apud eosdem, *substantia* nomen. Dicitur vero, ut habet Laertius, *materia, siue substantia, vel omnium, vel singularum rerum: illa omnium, aeterna est, neque crescit, aut decrescit, siue nec maior, nec minor efficitur, eius tamen partes non eadem manent, sed separantur in interitu, atque in generatione miscentur: nasci enim, aut perire, non aliud est, quam formas aduenire multiplices, prima materia permanente.*

Stob. phys.

Laert. Zen.

*Stob. phys.
Ouid. 15. me-
tam.*

*Non perit in tanto quidquam, mihi credite, mundo
Sed variat, faciemque nouat, nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
Desinere illud idem.*

- Laert. Zen.** *Materia ergo principium est patiens, neque si esset immutabilis, ex ea fieret, quidquid sit. Denique Stoicis videtur duo esse omnium principia, efficiens & patiens, patiens quidem, qualitatis expertem substantiam. Siue materiam: efficiens autem, rationem, qua in ipsa est: siue DEum. Dicunt Stoici (ait Seneca) duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant: causam, & materiam, materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura si nemo moueat: causa autem, id est ratio, materiam format, & quocumque vult versat: ex illa varia opera producit. Esse ergo debet aliquid unde fiat, deinde a quo fiat: hoc causa est, illud materia. Præterea vero Stoici materiam voluerunt fecilem infinite, & continuam cum Epicurei corpuscula quædam deducta, & indiuidua, seu atomos materia loco ponerent. Est etiam materia prima Stoicis corpus, quemadmodum & ipse Deus, postremo quidquid est: vnde Tertullianum, qui animam, angelos, DEum, censet esse corpora, sic excusat Augustinus. Timchat, ne nihil essent, si corpora non essent. Sed Stoicorum, (quibus hac parte Tertullianus adhæsit) ratio fuisse videtur eiusmodi, quidquid est, facit, aut patitur: quod autem facit, aut fit, patitur, corpus est. Solidum porro corpus, appellat Apollodorus in physica, quod secatur in longitudinem, latitudinem, & altitudinem. De isto corpore intelligendus est Ciceronis hic locus: *Quod ex causa, materiaue fit, id iam corpus, & quasi qualitatem quandam nominabant. Qualitatum enim alia principes, nempe elementa, alia ex iis orta, ut animantium forma, earumque rerum, que gignuntur e terra. Subiicitur vero omnibus sine ulla specie, & carens omni illa qualitate materia, ex qua omnia expressa, atque effecta sunt. Hactenus Stoici de principiis rerum duobus: scilicet DEO, & materia, cuius quidem, explicanda ratione, sint ridiculi scholis Christianorum hodiernis, quibus idea Platonice recipiuntur, vt tamen voluerit eas in mente DEi, quemadmodum plures de illo adstruunt, Item etiam Aristotelis forma, quam ab idea sic separat Seneca: *Quid intersit queris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta, alteram artifex imitatur, alteram facit.* Stoici porro ideam atque formam, sicut & priuationem, non commemorant, quoniam prima constituunt principia, quibus nihil præfuit, quæue æterna sunt, deinde cum Stoici DEum inter principia ponant, quid seorsim apponant, ideas in DEO collo-**
- Sen. de vit. beat. c. 31.**
32.
- Laert. Zen.**
Senec. epist.
59.
- August. de Gen. ad lit. c. vlt.**
Plut. 2. de plac. Sto.
- Senec. epist.**
117.
- Laert. Zen.**
Cic. acad. 1.
- Augustin. q.**
46.
- Boet. de conf. 3.**
Sen. epist.
65.
- Idem epist.**
58.

collocatas. Iam vero Romani iuris auctores materiam passim *substantiam, naturamque*, (quod etiam nomen, ex Stoicis illi tribuimus vbi de DEO) vocant. Cæterum iidem, agunt de materia singularum rerum, non de prima illa omnium materia. Diximus enim duplicem esse materiam siue substantiam, generalem scilicet omnium rerum, & particularem singularum. Particularis ista crescit & decrescit, ortus & interitus est capax. Solam vero istam intuiti videntur, Romani iuris auctores, quia rerum argumenta tractabant. Vlpianus ergo habet: *Sed si quis rem deteriorem exhibuerit: æque ad exhibendum eum teneri, Sabinus ait, sed hoc ibi vtrique verum est, si dolo malo in aliud corpus, res sit translata: veluti si ex scypho massa facta sit. Quamquam enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur, nam mutata forma, prope interimit substantiam rei.* Hoc autem loco *substantia rei*, particularem materiam significat, quod intelligitur etiam, quia Vlpianus addidit, *prope interemit*, est enim *prope* vox significatiua decrementi, quod quidem, & interitum, sola particularis materia, vt dictum est, suscipit. Igitur de eadem sermo est apud eundem isthic: *Inde quaritur, si in ipso corpore non erratur, sed in substantia error sit, vt puta, si acetum pro vino veniat, as pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento simile, an emptio, & venditio sit. Marcellus scripsit libro sexto digestorum, emptioem esse, & venditionem: quia in corpore consensus est, etsi in materia sit erratum, ego in vino quidem consentio, quia eadem prope substantia est, si modo vinum acuis: cæterum si vinum non acuis, sed ab initio acetum fuit, vt iniunctus, aliud pro alio venisse videtur, in cæteris autem nullam esse venditionem puto, quoties in materia erratur.* Similiter vero de materia particulari loquitur Gaius, vbi agit de iis, qui ex aliena materia speciem aliquam fecerint. Atque ibi etiam tractat duo speciei factæ principia: patiens siue materiam, efficiens siue hominem: eo enim loco de humanis effectibus agitur. Scribit porro Alfenus: *Si quis putaret partibus commutatis, aliam rem fieri: fore, vt ex eius ratione nos ipsi non iidem essemus, qui abhinc anno fuissetus, propterea quod, vt philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis consisteremus, hæc quotidie ex nostro corpore decederent, alique extrinsecus in eorum locum succederent, quapropter, cuius rei species eadem consisteret, rem quoque eandem esse existimari.*

Et

Et ista quidem, pertinere videntur ad Stoicos, qui corporibus nostris detrahi, addiue quiddam perpetuo crediderunt, puto, quia materiam mutabilem, & inde scibilem in infinitum, ut diximus, statuerunt. Facit huc, quod Cicero refert, materiam esse, ex qua omnia expressa, atque efficta sint, coque etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, qua infinite secari, ac diuidi possunt, cum sit nihil in rerum natura minimum, quod diuidi non queat. Cæterum corpus, (vt solitum est apud Romani iuris auctores, atque vulgum) pro corpore suas dimensiones habente, accipitur hoc loco: Quamuis supra diximus, cum in corpore consentiamus, de qualitate autem dissentiamus, emptionem esse, tamen venditor teneri debet, quanti interest, non esse deceptum, etsi venditor quoque nesciat, veluti si mensas quasi citreas emat, qua non sunt. Vbi etiam qualitatis mentio fit. Quidam autem hoc qualitatis nomen, aiunt sumi, pro materia, & certe, quod dicitur hîc, qualitas, alibi substantia, siue materia dici videtur. Itaque statuendum est, apud Romani iuris auctores, qualitatem usurpari, sicut apud Ciceronem supra, pro rerum formis: quoniam vero istæ rerum forma non intelliguntur, aut sunt, sine substantia materiaue particulari, (de qua tantum, ut diximus, loquuntur iidem Romani iuris auctores) item materia, substantiaue particularis non concipitur, aut est, sine rerum formis: propterea credo, simpliciter materiam, non illam qualitatis expertem, primamue, sed qualitate affectam, & singularem: pro materia & qualitate ipsa: item pro qualitate & materia, qualitatem illi dicunt: & vero interdum etiam, materia, iungunt qualitatem, vt significant, quod significarent, per materiam, perue qualitatem solam.

CAPVT XLV,

De mundo & elementis.

Laert. Pyth.

Idem. Zen.
Plus. de
lac. 2.

EX principiis elementa sunt, atque corpora: corporum vero nobilissimum, est mundus: hoc autem nomine, primus Pythagoras, calum nuncupauit: ab ordine quem præfert, sed appellatio mundi prima, cælo data, deinde partes alias

alias orbis amplexa est. Tripliciter autem mundus apud Stoicos accipitur, & apud eosdem vniuersam, distinguitur a toto. Illud enim, est *mundus cum vacuo infinito, hoc sine vacuo*: quippe vacuum mundo circumfundere Stoici, propter *conflagrationem*, qua perire mundum, ac in illud abire statuebant. Mundum porro Chrysippus apud Stobæum definit, *compagem, e cælo & terra, & naturis, quas capiunt. Vel, compagem, conuentumue ex Diis, & hominibus, & iis, qua horum gratia facta sunt.* Pertinent vero isthuc eiusmodi verba Senecæ: *Magno amnio, nos non vnius orbis manibus inclusimus, sed in totius orbis commercium emissimus, patriamque nobis professi sumus mundum, ut liceret latiore campum virtuti dare.* Spectat etiam eodem, quod adseruit Stoici, mundum humani generis causa fabricatum a DEO, rerumque natura: inde vero cognatos, æquales, liberosue quoslibet homines esse. Postremo ex superioribus intelligitur, mundi duas esse partes, cælum & terram: sed credo Stoici (quod facit Varro) cælum fecerunt in æthera, & aëra: terram vero in aquam, & humum: *nec enim de elementis* (cum Plinio loquor *viduo dubitare, quatuor esse, & principes qualitates, ut habet Cicero, præcipuaue corpora mundi.* Quoniam porro alii annotarunt, de libertatis fauore, qui cernitur in Romanis legibus iuxta sententiam Stoicorum: afferemus huc legibus ex iisdem, dumtaxat ista Florentini verba: *Cum inter nos natura, cognationem quandam constituit, consequens est hominem, homini insidiari, nefas esse.* Item hæc Gaii: *Omnia igitur animalia, qua terra, mari, cælo capiuntur, id est, fera, bestia, volucres, pisces, capientium sunt.* Hoc quidem loco Gaius cælum pro aëre sumsit, similiterque poeta cecinit:

- - *Maria, ac terras, cælumque profundum.*

Stob. eclog.

Senec. conf. ad Helu.

Lactant. de ir. Dei c. 13. c. 10.

Senec. ep. 95.42.

Sen. varr. ap. Aug. 7. de ciu. Dei 6.

Cic. Acad. 1. Merill. 1. ob. s. 15.

Florent. l. 3. ff. de inst. & iur.

Gai. l. 1. ff. de acq. rer. dem.

CAPVT XLVI.

De homine.

REcte progredimur ad hominem, vbi de mundo egimus, *Microb. 11: est enim homo parvus aliquis mundus: hic autem magnus in som. 12. aliquis homo.* Stella, inquit Plutarchus, *sicut oculi lucentes Plus. de fac. in facie vniuersi, orbem suum peragunt. Sol vi pradius cor-*

dis, ut istud sanguinem, & spiritum, sic diffundit ex se vegetantem calorem, & lucem. Terra & mari mundus, ut animal ventre & vesica vitur. Luna inter Solim, & terram, ut inter cor, & ventrem, quasi iecur, aut aliud molle viscus est, & respiraciones illinc excoctione quadam, & purgatione attenuatus dispergit. Ista est mundi, cum homine comparatio, ex qua etiam intelligi facile potest, qua ratione cum mundo, possit homo ipse conferri. Quanta porro fuerit hominis dignitas apud Stoicos, indicat hoc loco Seneca, ita est: carissimos nos Dii immortales habuerunt, habentque, & qui maximus tribui bonos posuit, ab ipsis, proximos collocauerunt. Magna accipimus, maiora non cepimus. Præterea vero, quanti æstiment hominem Stoici, ex eo constat, quod velint cum Zenone homines a Deo fatos, inde autem cognatos, æqualesue, quotquot ex illis per generationem propagantur. Desemine porro, & generatione, quid censuerint iidem philosophi, dictum sit aliis. Equidem cum timerent argumentum illud, quo colligitur necesse esse, ut occidant anima, cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur, dixerunt non nasci animas, sed insinuari potius in corpora. Vnde Lucretius illos ita refutat.

*Præterea si immortalis natura animæ,
Constat, & in corpus nascentibus insinuatur,
Cur super anteaquam ætatem meminisse nequimus?*

Chryssippi vero, apud Plutarchum sententia est, factum in utero ali, ut plantam, cum autem in lucem editus est, frigidatum ab ære, & induratum mutare spiritum, fierique animal. Apud eundem etiam authorem, Plato ait, foecum in utero animal esse, nam & moueri ibi, & ali, Stoici partem esse ipsius uteri, non animal. Igitur secundum Stoicos, a partu hominis anima aduenit, neque ex semine profluit. Quæ quidem illorum sententia Christianorum sententiæ accedit. Quamquam Tertullianus animam confer, in ipso & ex ipso seri homine, & viuum esse a primordio semen. Cuius etiam opinionis fuisse videtur, inter alios, Gregorius Nyssæ antistes. Sed hodie sentit aliud Ecclesia. Cæterum de anima tractantur aliæ quæstiones unde sit? qualis sit? quando esse incipiat? quamdiu sit? an aliunde alio transeat, & domicilium mutat? utrum corpus sit? annon sit? quid facturus sit, cum per nos facere aliquid deserit? an obliuiscatur priorem, & illic nosse se incipiat, postquam de cor.

Sen. II. de
benef.

Genforin. de
die nat.

Sen. ep. 95.

42: Laert.

Zen. Laert;

3. c. 18.

Lucret. 30

Plutarch. de
pug. Sto.

Idem s. de
pla. 15.

Tertullian.
de ani. c. 20.

Greg. de a.
anim. & re.
sur. Sen. ep.

88.

corpore abductus, in sublime secessit? Et Stoici quidem, animam deducunt, ab anima mundi, seu Deo: illam diuini spiritus partem faciunt. *Miraris, inquit Seneca, hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit, imo quod propius est in homines venit.* Equidem in Christiana luce, Manichæi, Priscillianistæ, Marcionitæ, & alii cæcorum, cæci duces, de propria DEi substantia, animam formabant: Veritas autem Christiana credit animam, non particulam DEi, sed creaturam. DEVS in hominem inflando spiritu, similem sibi tantum effecit, & acute Tertullianus, intelligi adflatum, minorem spiritu esse, etsi de spiritu accidit: ut aurulam eius, non tamen spiritum. Nam & aura vento rarior est: etsi de vento aura, non tamen ventus aura. Animum porro Stoici qualem faciunt si quæris, spiritum, dicunt animam pene nobiscum, quia proxima sunt, status, & spiritus. Iam vero Stoicis anima statim a partu advenit: nostris autem theologis, statim a formatione fœtus. Diurnas porro si non immortales animas Stoici faciunt: unde sic interrogant, *quandiu sint?* Et apud Laetium volunt, animam a morte permanere, mortalem tamen esse. Seneca quidem, interdum æternitati dat animam, interdum eripit vt huiusmodi loco. *sem diu expertus sum, quando? antequam nascerer, mors est non esse, id quale sit, iam scio. Hoc erit post me quod ante me fuit.* Panætius etiam interire animas putat. Item apud Laetium, Cleanthes animas omnes permanere ait, usque ad conflagrationem orbis: Chrysippus vero solas sapientum. Quod autem attinet ad quæstionem illam an aliunde alio transeat anima, & domicilium mutet, & instantius ait, & Damascenus. Stoicos migrationem admittere animarum. Anima porro Stoicis est spiritus, ergo etiam corpus. Pythagoræ autem aliud visum, & Plotinus ipse contra Stoicos scripsit, non posse corpoream esse animam. Nunc de anima si requiris separata, apud Platonem in ætherem sublimantur anima sapientes, apud Arium in aerem, apud Stoicos, sub Lunam, imprudentium vero anima iuxta eosdem Stoicos, circa terram prosteruntur, donec a sapientibus eruditæ, sursum euolent: reliquæ demum anima, (id est quæ nec eruditæ sunt, nec erudiendæ, quia stultitiæ, ac vitiorum corroborata, & inueterata labes, in iis nullam spem profectus reliquam fecit.) Stoici ad inferos decipiunt: Etenim esse inferos Zeno Stoicus docuit, & sedes piorum, ab impiis esse discretas, & il-

Idem ep. 74.

Augustin. ep. ad ops. Mil.

Tertull. 11.

aduers.

Marc. 9.

Idem de ani.

c. 5. Lact.

de epif. c.

18. Hieron.

adu. Ruf. a.

pol. 11.

Laert. 2em.

Sen. ep. 63.

Idem 102.

Cicer. Tu-

scul. 1.

Laert. 2em.

Lactant. 3.

c. 18. Da-

masc. de ha-

ref.

Laert. 2em.

Plut. 4. de

plac. 1. 3.

Tertull. de

anim. c. 34.

Lactant. 7. c.

7.

los quidem quietas, ac delectabiles, incolere regiones, hos vero luere
 Plutarch. 4. poenas in tenebrosis locis atque in coeni voraginibus horrendis. Cæ-
 depl. 24. terum princeps animæ facultas, apud Stoicos dicitur principale,
 quod facit imaginationes, assensiones, sensus, & appetitiones, atque id
 Laert. Zen. illi ratiocinationem, vocant. Sede eius sedem in corde constituunt, aut
 Plus. 4 de in spiritu, qui circa cor existit, vt Plutarchus est author. Nunc
 pla. 4. l. 44. videndum est, ad Stoicum istum de homine sermonem, quid re-
 ff de ad. ed. ferri possit ex iure Romano. Certe dignitatem hominis ius Ro-
 l. 27 ff. de manum non semel adspicit. Quantum vero attinet ad generatio-
 ber. pes. l. nem, celebrato hæc ætate, iuris antistiti, obseruata sunt Roma-
 207. ff. de v. ni iuris auctorum scita quædam, Stoicis proxima. Idem porro il-
 sign. Meril. le vir, multis egit de recitata Stoicorum sententia, quæ spectat ad
 l. obs. 22. foetum, partumue humanum; quocirca temperabimus hac parte
 25. Id. l. 1. sermoni. Equidem operæ pretium est nobis, indicasse hoc, alio-
 vbf. 26. ue loco: quam philosophiæ Stoicæ partem, adspiciunt leges Ro-
 manæ, quas alii ab eadem philosophia indiscrete repetierunt.
 Sedenim dicunt Stoici, animam esse spiritum: & certe illam vt di-
 ximus a Deo deriuant, quem voluit Zeno, spiritum esse per totum
 mundum pertinentem. Vnde poeta:

*Spiritus intus alit, totamque infusa per artus,
 Mens agitat molem.*

Igitur anima, quæ a DEO est, perque totum corpus pertinet,
 atque continuat, spiritus nomen, recte accipit, & vero Chry-
 sippus apud Aphrodisæum, vim continuatricem appellat spiri-
 Pompon: l. tum, quo fit, vt isthuc afferri queant. Pomponii & Pauli ver-
 rerum ff. de ba, de quibus obseruat Cuiacius. Iam vero, quod spectat ad a-
 vsucap. nimæ immortalitatem: Tullius ait: *Quid ipsa sepul. horum mo-
 Paul. l. in numenta, quid elogia significant, nisi nos etiam futura cogitare Ex
 rem. ff. de hac animorum affectione, testamenta, commendationesque immori-
 rei vind. entium nata sunt.* Igitur cogitationem futurorum, siue immor-
 Cuiac. 37. talitatem animæ Romana lex approbasse videtur, cum sepulchri
 obs. 40. iura stabilierit, obseruationemque testamenti multis vigilis excogi-
 Tull. Tus. tarit, atque inuenerit. Certe Modestinus hæc scribit: *Quidam
 cul. l. 1. in suo testamento heredem scripsit sub tali conditione, si reliquias e-
 Idem de sine ius in mare abiiciat. Querebatur, cum heres institutus conditioni
 l. 35. e. de non paruisset, an expellendus est ab hereditate? Modestinus respon-
 in of. dit*
 Modestin, l.

di, laudandus est magis, quam accusandus heres, qui reliquias te- 27. ff. de
statoris; non in mare secundum ipsius voluntatem abiicit, sed me- Cond. iust.
memoria humane conditionis, sepultura tradidit, sed hoc prius inspici-
endum est, ne homo, qui talem conditionem posuit, neque compos
mentis esset; igitur si perspicuis rationibus hac suspicio amoueri pos-
est, nullo modo legitimus heres de hereditate controuersiam facit
scriptio heredi. Et verba quidem ista: Sed memoria humana con-
ditionis sepultura tradidit, dubitet aliquis, an pertineant ad ea,
quæ diximus, de futurorum cogitatione. Equidem monumen- 1. 42. ff. de
tum generaliter res est, memoria causa in posterum prodita: in qua relig.
si corpus, vel reliquie inferantur: fiet sepulchrum: ac vero Mode-
stinus fecit mentionem, reliquiarum ac sepulturæ. Vnde videri
possit, idem illa, verba significare, quod significant huiusmodi,
ad memoriam humane conditionis sepulturæ tradidit. Si- Duar. 1. 1
simili certe genere loquendi Papinianus, alique dixerunt fini pro disp. 12.
ad finem, sed erit ergo sensus iste verborum Modestini. Lau-
de, non accusatione prosequendus est heres, qui reliquias te-
statoris, non mari secundum voluntatem testatoris tradidit, sed
monumento, secundum affectionem, quam compos mentis ho-
mo quisque, solet habere, monendorum (hinc enim monumen-
ta dicuntur) hominum; fuisse tempus, cum ipse vita frueretur,
fore vero, cum illi mortem oppetant, quæ est humana fors, at-
que conditio. Et verò maxime facit ad hunc sensum, quod
Modestinus ait, prius inspiciendum, ne testator sua mentis compos
non fuerit: quo enim ista nisi spectant ad affectionem illam, qua
qui non attingitur, parum mente sanus intelligi potest? Talis
autem suspicio debet amoueri perspicuis probationibus, quales
si non habuisset antiquitas, de Lycurgo & aliis, qui reliquias
suas in mare abiici voluerunt, sane illos numquam sapientibus
annumerasset. Cæterum quod habet Paulus: Si necem domini Paul. 1. 4. ff.
detexerit seruus, prator statuere solet, ut liber sit, & constas eum, de bon. lib.
quasi ex senatusconsulto libertatem consecutum, nullius esse libertum,
Hoc significat, eum, qui ex senatusconsulto liber efficitur, nul- 1. 5. ff. qui
lius viuentis esse libertum, est enim libertus Orci, sicut & ille, fin. man.
qui ex Rubriano senatusconsulto ad libertatem peruenit. Item 1. 3. §. 3 ff.
qui ex constitutione Diui Pii: Perinde enim ex ea libertas seruo de leg. ius. 1.
competit, atque si ex testamento, libertatem consecutus esset. Quo 30. §. 12. ff.
de fid. lib.

Ulpian. reg.
3.

quidem casu vere libertus diceretur Orcinus: sed enim Romani iuris auctores hunc libertum, eumque qui pro eo habetur, ac si testamento directe manumissus esset, Orcinum vocarunt, appellatione, ut credo vulgari. Vulgus enim morti, mortisue locum assignabat apud inferos, Orcumque, hinc Senecae

Sen. epist.
117.

Cum de animarum immortalitate loquimur, non leue momentum apud nos habes, consensus hominum, aut simensium inferos, aut coelentium, vsor hac persuasione publica. Igitur a loco, quem vulgus dabat, mortali hac vita functis, nominant Romanae leges eum, qui mortuo debet libertatem suam. Et ista quidem ratio nominandi liberti, spectat etiam, ut patet ex Senecae verbis, ad animae immortalitatem. Reliquum est porro, ut intelligatur, an principalis illius Stoici, ratione vlla meminerint Romani iuris auctores.

Paul. l. 44
ff. de relig.

Paulus quidem sic: *Cum in diuersis locis sepulsum est, vterque quidem locus religiosus non fit: quia vna sepultura, plura sepulchra efficere non potest, mihi autem videtur, illum religiosum esse, vbi, quod est principale, conditum est, id est caput, cuius imago fit, vnde cognoscimur.* Hic ergo Paulus principale nomen vsurpat, sed alio, quam Stoico sensu, ut indicat ipse, cum addit *id est caput, cuius imago fit, vnde cognoscimur.* Stoici principale hominis, in anima considerant, Paulus in corpore. Stoici principale intelligunt, de ratiocinatione, cuius imago fit, id est, sermo, vnde cognoscimur. Paulus de capite, cuius imago fit, vnde cognoscimur. Denique illi cum philosophia, internis, principale metiuntur: iste externis, cum vulgo, cui suam orationem accommodant saepe Romani iuris auctores, quoniam eidem ca-

Paul. l. 25.
5.3. ff. de
prob. l. 8. §.
2. ff. ad
vell. l. 29. §.
5. ff. mand.
l. 25. §. 19.
ff. de heredi-
pet.
Plat. de pla-
cit.

vent, consulunt, iuraque interpretantur. Caeterum quod facit ad principale Stoicorum, Paulus & alii, nomine *visionis* vtuntur, ad significandas notiones rerum, de quibus est quaestio aliqua. Etenim Stoici ex Plutarcho, volant *principale* recipere visiones, seu quemadmodum loquitur Cicero *visa*, quae imprimuntur in animo, ex sententia Zenonis: eumque mutant, (ut Chrysippus est author,) ac *mouent*, ut ait Tullius. Aliqua vero *visa*, sic accipit *principale*, ut iis sit. tum vtatur, aliqua sic recondit, ut notiones efficiat, e quibus memoria oritur. Ad omnia porro *visa* naturalem ex se vini intendit, est enim fons sensuum, at-

Cicero. Acad.
4.

que etiam sensus, *ab eo reliqua partes anima protrahuntur, sicut*
epo-

*a polipode cirri: (Plutarchus ita comparat) ex his visus, est spiritus, qui a principe parte, ad oculos pertingit: auditus autem, spiritus, qui ab eadem ad aures, sic de sensibus reliquis. Et spiritum quidem Stoici usurpant, quoniam iis, anima est spiritus, & huiusmodi nomine, vis quædam naturalis ad agendum significatur. Ita est de principali (vt Seneca,) vel principatu (vt Cicero vocat ἡγεμονικόν,) Stoicorum sententia, ad quam referri potest, quicquid aliis de mente (sic etiam Latini *νοῦς* exprimunt vel *animus*,) distinguitur enim iste ab anima, quod animus sit vitæ, sensusue principium, anima autem intelligentiæ dicitur: *principatus* enim, *mens* & *animus* idem esse videntur. Sed superiorem ad sermonem de principali, nemo nobis sentiet opinor, facere loquendi rationem, quæ Romani iuris auctores, pro ratione, sensum usurpant, vbi statuunt. *Dici non posse factam iniuriam ab animali, quod sensu caret. Item infantis nullum esse sensum. Quæ* quidem sententia postrema, Stoicorum etiam est, quibus, vt explicui, cum de bono, maloque secundum ipsos agerem, infans nondum est rationalis. Hactenus de Stoicorum physica, cuius quidem præcipuas partes attigisse, & earum apud Romani iuris auctores, vtilitatem designasse putamus: satis: quoniam ex tractatione partium eiusmodi: iactatus vel mediocriter in Stoicorum physica, Romanorumue iurisconsultorum legibus, intelligere potest quæ via, quæque ordo sit, repetendarum ab authoribus antiquis partium reliquarum, item obseruandarum in iure Romano. Potuit quidem superior illa tractatio, distendi referendis aliorum philosophorum sententiis, sed eas tantum retulimus, cum sententias Stoicorum impugnabant, vbi ergo nulla est relata, ibi sciendum est alios philosophos, Stoicis parum contradicere.*

Plur. de plac. cit. c. 21.

Cicér. de nat. Deo. 2.

Varr. ap. Aug. 7. de ciu. Dei. 20.

Acti. ap. Nesti. l. 1. §. 1.

ff. ff. quodrup. paup. l. 32. §. 2. ff. de acq. poss.

CAPVT XLVII.

Physica, Romani iuris auctorum propria.

*l. 1. ff. de
stat. homin.
l. 1. §. 1. ff. de
rer. diu.*

OMNE ius Romanum, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Rerum autem alia corporales, qua tangi possunt, veluti fundus, homo: alia vero sunt incorporales, qua tangi non possunt, at in iure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractæ: nec enim ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur, si quidem, & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis detur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia: ipsum porro ius successionis, & utendi, fruendi, & obligationis incorporale est. Eodem igitur numero sunt etiam iura praediorum, que seruitutes vocantur. Sedenim Romani iuris auctores, vbi occasione rerum incorporalium, tractant de corporalibus, ipsas quidem tractant, vt ostendimus, iuxta physicam Stoicam. Quia vero ista, res incorporales, apud Empiricum facit, hæc quatuor, vacuum, tempus, enunciatum, locum: & alia porro est apud Romani iuris auctores, incorporalium rerum institutio: fit inde, vt illi, physicam Stoicam, nullatenus vsurpare videantur, in explicandis rebus incorporalibus. Sed tamen quemadmodum iidem, rebus e medio iure Romano de promptis topicam accommodant, aptantque, ita physicam. Denique, vt topica vtuntur propria, dum locos dialecticis familiares ad proprias res vertunt, sic propriam in vsu habent physicam, dum res proprias, siue incorporales concipiunt, atque explicant ea ratione, qua Stoica, aliaue physica, corporales. Ecce enim Paulus ait: *Obligationum fere quatuor cause sunt, aut enim dies in eis est, aut conditio, aut modus, aut accessio.* Hic autem causas dixisse videtur Paulus, vt significaret, illo rerum genere, formari quodammodo, obligationum substantiam, cuius etiam meminit idem hoc loco: *Obligationum substantia non in eo consistit, vt aliquid corpus, nostrum, aut seruitutem nostram faciat: sed vt alium nobis obstringat, ad dandum aliquid, vel faciendum, vel prestandum.* Istæ porro loquendi rationes, quas Paulus, philosophiæ, præsertim Stoicæ (vt obseruaui supra multoties,

*Paul. l. 44.
ff. de ver.
obl.
Idem l. 3. ff.
eod.*

toties, obseruaboque deinceps) verbis studiose insistens, non dubitat vsurpare, ad physicam certe Stoicam pertinent, quæ (vti recitabamus ex Seneca) duo *vult esse in rerum natura, ex quibus omnia fiunt, causam, & materiam: causam, quæ materiam formet, ex ipsa varia opera præducatur*, iam vero fatalibus incommodis hereditatem subiicit Vlpianus, hac oratione: *Si locupletis heres exiit & subito hereditas lapsa sit. (puta prædia fuerunt, quæ ch. smate perierunt, insula exusta sunt, serui fugerunt, aut decesserunt) Iulianus quidem libro quadragesimo sexto sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui: Marcellus autem apud Iulianum notat, cessare in integrum restitutionem: neque enim ætatis lubrico captus est, adeundo locupletem hereditatem, & quod fato contingit, cuius patri familias, quamvis diligentissimo possit contingere.* Cæterum vt apud Stoicos, rei corporalis substantia, fit maior, aut minor, sic apud Romani iuris auctores, incorporalis rei substantia, maior fit, aut minor. Exemplum dabimus in obligationis substantia, quam diximus in eo consistere, vt alium nobis obstringat, ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum: talis igitur substantia, decrementum recipit hoc Pauli loco: *Si stipulationum quedam in dando, quedam in faciendo consistunt. Et §. 1. de v. harum omnium quedam partium præstationem recipiunt, veluti cum obi. decem dari stipulamur: quedam non recipiunt, vt in his, quæ natura diuisionem non admittunt, veluti cum viam, inter factum stipulamur.* Exemplum vero aliud hac parte, petemus ab substantia vsusfructus, qui ex fruendo consistit, id est, facto aliquo eius, qui fruatur, & vititur: fructuum autem perceptio ista, diuisionem, diminutionemque recipit, exemplo rei cuiusque corporalis: quod exprimit iurisconsulti eiusdem ista lex: *Si vsusfructus legatus sit, qui & diuidi potest, non sicut cætera seruitutes indiuidue sunt, vt reses quidem, æstimandum totum vsusfructum parabant, & ita constituendum, quantum sit in legato, sed Aristo a veterum opinione recessit: ait enim, posse quartam partem ex eo, sicut ex corporibus, retineri: idque Iulianus recte probat.* Et vero intelligendum est excepto vsusfructu, seruitutes quaslibet indiuiduas esse, quod vsusfructus, vt dictum est, substantiam capiat, ex fructuum perceptione, quæ diuidi potest: aliarum autem seruitutes, in vtendo consistant, vsusque sui natura sit indiuiduus. Non enim

Modest. l.
11. ff. de
seru.

enim parte rei vllius vtor, quin tota re vtar. Denique vt exem-
plum huic loco apponatur, elegantibus Modestini verbis: *Si*
quis fundum habens vnam stipuletur, & partem fundi sui postea a-
lienes, corrumpit stipulationem in eum casum deducendo, a quo sti-
pulatio incipere non possit. Ceterum, vt minuitur vusufructus, ita
etiam augetur, huc pertinet titulus *de vusufructu accrescendo.* Et
quidem, quod diximus, corpora quotidie renouari, hoc verum

l. 1. §. 2. ff. de
vusufr. ac
crej. c.
Cicer. de
leg. 1. l. 4. §.
1. ff. de inst.
& iur.

est etiam in vusufructu, qui *sicut Celsus, & Iulianus eleganter a-*
iunt, quotidie constituitur. Quemadmodum porro, natura pro-
talit animal. *providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum*
rationis, ac consilii, quod appellauit hominem (est enim *naturale*
nomen, homo) cuius omnia condidit: ita lex apud Romanos, in-
vexit, nescio quid varium, & iuris capax, quod vocauit *perfo-*
nam;) est enim nomen ciuile, *persona*) cuius nihil non excogi-
tauit. Varietas quidem, siue multiplicitas *personae*, patet ex
multis legibus, inter quas ista Pauli est: *Si consul, vel praeses filius*
familias sit, posse eum apud semetipsum, vel emancipari, vel in ad-
optionem dari constat. Item Iulianus ait: *Si quis alium castrensem*
rum rerum, alium ceterarum scripserit, quasi duorum hominum, du-
as hereditates intelligi. Vbi quidem Iulianus *hominum*, pro *per-*
sonarum, dixit, vt Pomponius hoc loco: *Quoties nec hominum,*
nec praediorum seruitutes sunt. Hic enim *seruitutes hominum*, id
est, seruitutes debitae liberis hominibus, siue personis. Aliis
quoque iuriscōsultis vox *hominum* vsurpatur pro voce, *perfo-*
narum, sed redimus ad rem. Verba sunt Pauli: *Ea, quae do-*
tem dabat, pacta erat cum marito, vt mortuo se in matrimonio,
dotis pars matri eius redderetur, nec eo nomine stipulatio a matre
interposita est, mortens deinde matrem & maritum suum heredes
fecerat, & a matre petierat, vt hereditatem Titio restitueret. Iudex
addictus de hereditate diuidenda, partem dotis, quasi ex vili pa-
cto, pro parte matri adiudicauerat. Querebatur, an & ea portio
ex causa fidei commissi praestanda sit, non esse restituendam puto,
quia non quasi heres, sed quasi mater ex pacto accepit, nec occasio-
ne hereditatis, sed errore ex pacto eam habuit. Iuriscōsulti e-

l. 2. de stat.
hom.
Paul. l. 3. ff.
de adope.

Pompon. l.
15. ff. de
seru.

Paul. l. 59.
ff. ad Tre-
bell.

iudicis est sententia. Filii decurionis suffragium, patri prodest,
quasi decurio enim hoc dat, non quasi domestica persona. Denique
variarum rerum contemplatione, ius, variam facit eiusdem
homi-

Idem l. 6. ff.
quod cuiusc.
vniu.

iusdem est sententia. Filii decurionis suffragium, patri prodest,
quasi decurio enim hoc dat, non quasi domestica persona. Denique
variarum rerum contemplatione, ius, variam facit eiusdem
homi-

homi-

hominis personam; ratione vero eiusdem rei, ius nequaquam comminiscitur, personarum in homine vno diuersitatem. Debiti certe vnus consideratione, non potest idem homo, debitoris, creditorisque personam duplicem sustinere, vt Paulus ipse Paul. l. 7. ff. de fideius. significat, atque hac pertinet, confusionis, in Romano iure implexata tractatio. Huc etiam facit eiusdem iurisconsulti hæc oratio: *Si plures sint, qui eandem actionem habent, vnus loco habentur. Vt puta plures sunt rei stipulandi, vel plures argentarii, quorum nomina simul facta sunt: vnus loco numerabuntur, quia vnum debitum est. Et cum tutores pupilli creditoris plures conuenissent, vnus loco numerantur: quia vnus pupilli nomine conuenierant. Nec non & vnus tutor plurimum pupillorum nomine vnum debitum prætendentium, si conuenierit, placuit vnus loco esse: nam difficile est, vt vnus homo duorum vicem sustineat, nam nec is, qui plures actiones habet aduersus eum, qui vnam actionem habet, plurimum personarum loco accipitur.* Quibus quidem verbis significat Paulus, personas plures vnus obtinere locum, vbi consideratio venit vnus eiusdemque rei: vnde, hoc eodem casu sit difficile, vt vnus, idemque homo, plurimum personarum vicem gerat. Postremo voluit ille iurisconsultus, tunc demum variam, & multiplicem, in homine vno fieri personam, cum variæ, & multiplicis rei contemplatio, requirit eiusmodi varietatem: secus vero, illud difficile fieri. Sic igitur, sententia Pauli posteriore loco recitata, non oppugnat superiores eiusdem sententias, in quibus intuitu rerum variarum, personam quoque variam in eodem homine videtur constituere. Sedenim satis actum est, de multiplicitate *personæ*, dicamus etiam de habilitate eiusdem ad omnia, quæ ciuile ius adspiciunt. Vt ergo per naturam, sit homo particeps rationis, ita per legem, persona iuri communicat ciuili, acquirit enim, conseruatque sibi: item amittit, modis omnibus legitimis, denique ciuium iura nulla non tractat. Qui caret persona seruus, ipse *pro nullo est, quantum attinet ad ciuile ius.* Cæterum, vt homo per naturam generat hominem, sic persona per legem, personam efficit. Etenim *filios familias, non solum natura, verum & adoptiones faciunt. Naturam autem imitatur adoptio, atque in iis personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere, vnde castrati adoptare nequeunt.* Sed *vere*

patris adoptiuus filius numquam intelligitur, ne imagine, naturæ ve-
ritas adumbretur. Hæc Papiniani verba sunt elegantia, quibus
 significatur, adoptionem non habere locum, ubi occupauit na-
 tura, sicut nec habet, ubi occupare illa non potest. Frustra est
 imago, cum prototypus apparet: vana etiam est, cum nequa-
 quam iste fuit, aut esse potest. Vti porro naturaliter homo per
 animam uiuit, sic persona ciuilliter, per libertatem: ciuilis enim
 vita dicitur *existimatio, quæ est dignitas illa se status, legibus, ac*
morbis comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate legum, aut
minuitur; aut consumitur, quoties magna capitis munitio interuenit,
id est, cum libertas amittitur, veluti cum plebeius in opus metalli,
vel in metallum datur, nihil enim refert, nec diuersa pœna est,
operis & metalli, nisi quod refuga operis non morti, sed pœna me-
talli subiiciuntur. Ergo quemadmodum animæ ademptio, vitam
 naturalem extinguit, eiusmodi autem ademptio a morte est, ita
 vitam ciuilem, consumit libertatis ademptio: hæc autem a ser-
 uitate pœnæ est, cui addicitur damnatus in metallum, quæue
 morti proxima est, siue morti, & mortalitati fere comparatur.
 Vnde, si filius vel filia libertini sint effecti, mater legitimam here-
 ditatem vindicare non poterit, quoniam mater esse huiusmodi filio-
 rum desit, idque & Iulianus scripsit, & constitutum est ab Impe-
 ratore nostro. Et ista quidem sententia, generalis est, ac per-
 tinet, non tantum ad matrem eius, qui pœnæ seruus est factus,
 sed etiam ad matrem eius, cui aqua & igni est interdictum.
 Hæc enim interdictio eripit quoque libertatem, ac morti asimi-
 latur, sicut inde patet, quod Scauola scribit: *Et quid, si tan-*
tum in mortis filii casum conciperet? quid enim, si aqua & ignis in-
terdictione peteretur? quid si nepos, ex quo pronepos institueretur,
ut ostendimus, emancipatus esset? hi enim casus, & omnes, ex qui-
bis suus heres post mortem scilicet aut nasceretur, non pertinent ad
legem Velleam, sed ex sententia legis Velleæ, & hæc omnia
admittenda sunt, ut ad similitudinem mortis, ceteri casus admit-
tendi sint. Generaliter igitur seruitus morti comparatur. Item
 existimatio, est quasi vita ciuilis, libertas autem velut anima.
 Huius porro animæ, pars præcipua, seu tamquam principale est,
 quo volumus facienda facimusue libita. Etenim *velle non cre-*
ditur, qui obsequitur imperio domini. Item, qui per alium quid
 facit,

l. 1. §. 1. 2. 3.
 ff. de extra
 cogn.

l. 3. ff. de his
 que pro non
 scrip. l. 28.
 ff. de pœn. l.
 59. §. 1. ff. de
 cond. & de
 monst. l. 209
 ff. de reg.
 iur. l. 2. §. ff.
 ad Tertull.

Scauol. l.
 29. §. 5. ff. de
 lib. & post.

l. 2. §. 6. ff.
 de don. int.
 & vir. & ux.

l. 4. ff. de
 reg. iur. l.
 169. ff. de:

facit, magis hoc facit, quam ille alius: *Is damnum dat, qui iubet dare, eius vero nulla culpa est, cui parcere necesse est.* *Deiicit & qui mandat.* Cæterum principalis eiusmodi sedes, in capite est. Romani enim iuris auctores, *personæ*, de qua superius, apponunt caput, in quo resideant tria, nempe familia, ciuitas, atque libertas, & horum quidem trium ratione, triplex diminutio interuenit. Sedenim cum multa dixerim, de *persona*, ecce adhuc in eius capite versor: finis ergo sit agendi de illa, ne abeat in infinitum tractatio, quam sulcepimus, de propria iurisconsultorum Romanorum physica. Certe hæc physica, latissime patet in Romano iure; nec speraui posse me illam articuli vnus, capitivæ limitibus circumscribere: sed credidi perstrictis rebus iis, quas habet præcipuas, facile iter ad reliquas, cuique futurum. Atque hoc iudicium fuit etiam meum, in physica Stoicorum illa, cuius expositio, quia desit in homine, desinet quoque in *persona* explicatio physica, quam Romani iuris auctores propriam habuerunt. Generaliter porro spectat ad huiusmodi physicam, quidquid non natura peruenit, sed iure, ut usura; quidquid a iure naturam accipit. Adscribitur enim naturæ, rebus etiam iis, quas ius profert: Paulus quidem ait, *stipulationum quadam partium præstationem non recipiunt, ut in his, quæ natura diuisionem non admittunt, veluti cum viam, iter, factum stipulamur.* Ergo tractatio huiusmodi rerum, est physica, siue naturalis: & constituit physicam Romani iuris auctorum propriam.

CAPVT XLVIII.

Stoicorum Ethica.

VANA sit logica, vana physica, si vtraque non adspiciat ethicam, hominumque moribus instruendis non deseruiat. Verum quidem per logicam agnosci debet, ut fiat bonum: vniuersæ autem naturæ cognitio, referenda est ad agnitionem naturæ propriæ, siue ad illud *nosce te ipsum*, id est animum præcipue tuum. *Nec enim is sumus, quos forma corporis ipsa declarat, sed mens cuiusque, si est quisque, non ea figura, quæ*

Phil. quod
debet. mel.
insid.

Cicer. de leg.

I.

Lasrt. 250.

digito demonstrari potest. Homo inquit Philo, non illud biforme animal, sed animæ pars optima, quæ mens, atque ratio dicitur. Denique præceptum Apollinis ait Cicero, non id præcipit, ut membra nostra, aut staturam, figuramque noscimus: neque nos corpora sumus: neque ego tibi dicens hoc corpori tuo dico, cum igitur nosce te, dicit, hoc dicit, nosce animum suum, nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quidquid agitur, id agitur a te. Cæterum ex huiusmodi noticia sui, siue animi, hoc profuit, quod qui se ipse nouit, aliquis sentit se habere diuinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putat, tantoque munere Deorum, semper dignum aliquid, & facit, & sentit. Ergo plurimi æstimanda est, physicæ pars ea, quæ recessus exponit animi: vanissimæ vero sint reliquæ partes physicæ, nisi ad illam referantur, per quam moribus informandis vtilis esse possunt. Sicut etiam diximus, pertinet ad mores probos animi cognitio; hæc autem debetur physicæ, qua parte de anima tractat. Vnde intelletur etiam belle nos ethicam Stoicorum, subiungere Stoicæ physicæ parti, quæ hominem, animumque ipsius adpicit, & loco posteriori a nobis proposita est. Cæterum ut logica, & physica dirigi debent, ad ethicam, sic ethica debet intendi ad beatitudinem, finemue vltimum. Propterea Stoici tradenda ethica, plurimum occupabantur in expositione finis, item bonorum, & malorum, sed egimus ante de istis. Præterea vero Stoicorum ethica tractabat de appetitione, & appetitionem primam animantis esse dicebant, ut se ipsum tueatur atque conseruet: noxia propellat, admittatue vtilia. Sed appetitionis istius artificem, & moderatricem in homine volebant rationem, cuius consilium, cum accederet ad appetitionem, tum officia prodirent ista: parentum honor, cultio patris, amicorum acquisitio, & alia id genus. Officiorum porro, & appetitionis, fecimus etiam libro superiore mentionem. Iam vero quod attinet ad animi perturbationes, Stoicorum ethica docebat ex falso, mentis accidere peruerfionem, atque ista perturbationes, & inconstantia causas. Est autem ex Zenone perturbatio, sine ratione, ac præter naturam animi motus aut effrenatus impetus, ex eodem etiam Zenone, supremarum perturbationum, genera sunt quatuor, nempe dolor, timor,

mor, concupiscentia, & voluptas, dolor quidem, est sine ratione animi adductio, atque contractio. Ad dolorem pertinet, misericordia, invidia, æmulatio, zelotypia, angor, conturbatio, tristitia, mœror, & confusio. Misericordia porro est dolor ex prolata alterius iniuria. Invidia, est dolor in alienis bonis. Æmulatio, dolor ex eo, quod alius habeat, quod cupimus. Zelotypia, est ægritudo ex eo, quia alteri adest, quod habemus ipsi. Angor, ægritudo premens. Conturbatio, dolor vrgens, præsensue difficultas. Tristitia, ægritudo altius insita, & crescens. Mœror, ægritudo laboriosa. Confusio demum, ægritudo remordens, & obstans præsentium inspectioni. Nunc timor, est apprehensio imminentis mali, ad quam hæc spectant. Metus siue timor inficiens trepidationem. Pudor, seu timor ignominia. Pigritia, seu timor futuri laboris. Terror, siue timor, ob speciem insuetæ rei. Tumultus, siue timor adfigens vocem. Denique anxietas, siue timor occultæ rei. Concupiscentia porro, est irrationalis appetitus, cui tribuantur indigentia, odium, contentio, ira, amor, iracundia, & excaescentia. Est vero indigentia, cupiditas nonnulla, quæ tum existit, cum eo non potimur quod cupimus, quæue abest ab ipsa re, frustra autem ad illam nititur. Odium, est cupiditas, qua male cuiquam optamus, cum aliquo profectu, & incremento. Contentio, cupiditas in opinione tuenda. Ira libido puniendi eius, qui læsisse videatur, iniuria. Amor, cupiditas, in viros ingenii præstantis haud cadens: quippe est insidiatrix studii, & industria, per apertam, atque se ingerentem pulchritudinem. Iracundia, ira inueterata, & odii plena tempus ultionis obseruans. Postremo excaescentia, est ira nascens, statimque subsidens. Superest voluptas, quæ est irrationalis appetitio rei, quæ videtur ex petenda: partes vero habet, delectationem, seu voluptatem quæ auditus suauitate animam demulcet. Insultationem, seu voluptatem in malis alienis. Oblectationem, seu propensionem animi, ad illecebras voluptatis emollientem. Denique effusionem, seu virtutis dissolutionem, atque remissionem. Stoici porro aiunt sicut in corpore, est ægrotatio podagræ (verbi gratia) & articulorum; ita in animo gloriæ, & voluptatis, appetitio immoderata, & cætera id genus. Atque vt in corpore casu gignuntur ægritudines, puta catarrhi, & diarrœa: sic in animo sunt quædam procliu-

tates.

rates, qualis est inuidentia, immisericordia, contentio, & similia. Iisdem vero philosophis est triplex affectio bona, gaudium nempe, cautio, atque voluntas. Gaudium autem voluptati, vel lætitiæ, (vt habet Cicero) contrarium est, atque rationalis exultatio. Cautio timori aduersa est, atque malorum declinatio rationalis. Cupiditati deum voluntas inimica est, & rationalis appetitio. Sedenim iungitur voluptati, beneuolentia, placiditas, & dilectio, lenitas. Cautioni autem verecundia, castitas, & cætera id genus. Denique gaudio iucunditas, læticia, & æquanimitas. Hæc Stoici quod spectat ad perturbaciones. De virtute porro, iidem statuunt alteram esse non speculatiuam, veluti sanitatem: alteram vero speculatiuam, vt prudentiam. Scribit enim Hecato speculatiuas esse virtutes, quæ constant speculatione, vt prudentiam, & iusticiam: non speculatiuas, quæ consensum non habent, & aliis quam meditantibus, sapientibusue contingunt, vt sanitatem. Etenim insipientiam sequitur sanitas, vt structuram fornicis, robur. Virtutum porro aliæ, dicuntur etiam primariæ, seu prudentia, fortitudo, iustitia & temperantia: aliæ iis subiectæ, vt magnanimitas, continentia, tolerantia, ingenium, atque consilium. Sed contra vitiis annumerantur imprudentia, formido, iniustitia, intemperantia, incontinentia, hebetudo, prauumque consilium. Iam Stoici de amicitia hoc tractant, eam consistere inter bonos, qui studiorum similitudine conueniant: esse vero societatem quandam omnium necessariorum ad vitam, eo quod amicis vtamur vt nobisipsis. Denique amicitiam inter expetendas res collocant, interque paria virtutis studia. Ergo Pythagoram hac parte sequuntur. Stoicorum porro de politica nihil dicam, nisi arbitratos esse illos, optimum reipublicæ statum, qui mixtus esset ex regno, populari dominatione, meliorumue potentia, & isto quidem statu, vt diximus, respublica Iudæorum fuit.

CAPVT

CAPVT XLIX.

Ethicæ vsus apud Romani iuris auctores.

ROMANI iuris auctores, habuisse rationem philosophiæ moralis, & vero in ea Stoicis plurimum adhæsisse, constat; quia in præceptis habent, *honeste viuere*, quod pertinet ad finem Stoicorum. Deinde officii apud illos creberrima mentio est. Marcianus enim, *pietatis officium* commemorat, Paulus autem scribit, *interdicta hominum causa competere, vel ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui iuris tuendi causa vel officii tuendi causa.* Misericordiam porro, & exandescentiam a præside prouinciarum amouet Callistratus, quia inquit *id non est constantis, & recti iudicis.* Quæ quidem ratio facit ad Stoicos, ubi statuunt *ex falsitate oriri mentis peruerfionem, atque ex ipsa inconstantia causas, & perturbationes.* Iam Vlpianus, cum agit de metu, eadem verba vsurpat, quæ Stoici metum definiunt. De amore vero idem tractat hoc loco. *Apud nos receptum est, ne inter virum, & uxorem donationes valerent, hoc autem receptum est, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate.* Prorsus autem Stoice excipit Paulus, *nec esset eis studium liberos potius educandi.* Ecce enim Paulus meminit studii, cuius etiam Stoici meminerunt, ubi de amore agunt. Ut vero cæteras omittam perturbationum species, quas Romana lex, ab hominum vita reiicit, secundum Stoicam illam interpretationem: a Stoicis esse videtur, Pauli, Vlpianum quoque subsequenti, oratio mox recitanda. *Pomponius ait (Vlpiani verba sunt) non omnem morbum dare locum reuersioni, ut puta leuis lippitudo aut leuis dentis, auriculæue dolor, aut mediocre ulcus, non denique febriculam quantulamlibet, ad causam cuius editi pertinere. Es quantum interest, (Pauli hæc oratio) inter hæc vitia quæ Græci κακονθειον, id est viciositatem dicunt, interque περιθρονη, id est perturbacionem, aut νοσον, id est morbum aut αδωσιαν, id est agrotacionem: tantum inter talia vitia, & cum morbum, ex quo quis minus aptus vsui sit, differt.* Cicero quidem, postrema hæc verba Pauli, exprimit isthic. *Quomodo in corpore morbus, agrotatio, & vitium, sic in animo: morbum appellant totius corporis*

Marc. l. 2. ff. de inof.

Paul. l. 2. §. 1. ff. de interd.

Callistr. l.

19. §. 1. ff. de officio præ.

Vlpian. l. 1. ff. quod met.

caus. Idem

l. 1. ff. de

don. ins. vir

& ux.

Paul. l. 2. ff.

cod.

Vlpian. l. 4.

§. 6. ff. de

ad. ed.

Paul. l. 5. ff.

id est cod.

Cic. Tuscul.

4.

poris corruptionem : agrotationem morbum cum imbecillitate vitium, cum partes totius corporis inter se dissident : sed in animo, tantummodo cogitatione possumus morbum, ab egritudine distinguere: vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & a se ipso dissentiens. Quis ergo dubitet Ciceronem, aut Paulum, hac parte

Laert. Zen.

cum Stoicis loqui? certe ipsis Laertius tribuit comparationem affectionum corporis, & animi, dat etiam istas ægrotationis, & morbi definitiones. *Ægrotatio, est morbus cum imbecillitate. Morbus autem, vehemens opinatio rei, quæ videatur expectanda, hic tamen definitur animi morbus, non corporis ille quem Paulus adspexit, cum ageret de ædiliū edicto, quod vitia, morbosus corporis tantum intuetur. Quod porro pertinet ad affectiones, quas Stoici bonas vocant, Romani iuris auctores tuentur, atque cōseruant, voluntatem siue appetitionem rei, quæ fiat ex ratione, seu electione bona. Ut enim exposuimus, vbi de Stoicorum fine, recta ratio in eiusmodi electione consistit, & Modestinus quidem ait. Cum reliquis, oportet magistratum & mores cre-*

l. 1. §. 10. l. §. 3. ff. de ad. ed.

Modestim. l. 21. §. 5. ff. de iur. & cur. das.

andorum inuestigare, neque facultates enim, neque dignitas, ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, & benigni mores. Vbi etiam, Modestinus benignitatem voluntati iungit, vt

Papinian. l. 6. ff. de seru. expor. l. 7. ff. eod. add. l. 54. mand. l. 35. ff. de min. l. 26. ff. de bo. lib.

faciunt Stoici. Iam Papinianus habet. Si ne prostituatur exceptum est, nulla ratio occurrat, cur pœna peti, & exigi debeat, cum & ancillam consumelia affeceris & venditoris affectionem forte simul, & verecundiam leserit. Quod si ne pœna causa exportaretur, conuenit etiam affectionis ratione recte agatur. His quidem locis affectio, profectam a ratione, & honestam affectionem : seu voluntatem, aut sociam voluntatis benevolentiam significat; verecundia vero, ad Stoicam illam cautionem pertinere intelligitur. Sedenim ne omittamus quod superioribus verbis Papinianus adiecit. Enimvero pœna non irrogata indignatio, so-

Laert. Zen.

lam duritiam continet. Id plane Stoicum est, nam Stoici dicunt sapientem esse vacuum perturbationibus, & quietum, sed aiunt etiam esse malum, sine affectu, quod tantundem valet. Ac si dicatur durus, & ad virtutis actiones immobilis. Ac vero Vlpianus hoc quoque sensu, duri nomine, vtitur isthic. Aut oratio, fas esse eam quidem, qui donauit pœnitere, heredem vero eripere forsitan aduersus voluntatem supremam eius, qui donauerit, du-

Vlpian. l. 32. §. ff. de don. int. vir. & ux.

Id. l. 3. §. 1. ff. eod.

rum & auarum esse. Cæterum quod idem iurisconsultus habet.

Si Senatoris filia, libertino contra senatusconsultum nupserit, vel provincialis mulier, & qui ibi meret contra mandata, valebit donatio, quia nuptiæ non sunt, sed fas non est, eas donationes ratas esse, ne melior sit conditio eorum qui deliquerunt. Divus tamen Severus in libertina Pontii Paulini senatoris contra statuit, quia non erat affectione uxoris habita, sed magis concubinae. Quod inquam scribit Ulpianus affectione uxoris, hoc dicit, pro voluntate, seu dilectione uxoris, voluntati enim dilectio iungitur apud Stoicos, iam vero prudentiæ partes quaslibet, nonne Romani iuris auctores passim exhibent atque repræsentant? equidem commendatur ab iis diligentia, prudentiæ pars magna, cum dicitur. *Ius civile vigilantibus esse scriptum.* Item non subueniri negligentibus; l. 24 ff. q. in fraud. l. 16. ff. ex quib. caus. maior. Ulpian. l. 9; S. 1. ff. loc. sed necessitate rerum impediis. Constat apud eosdem prouidentia ratio, & Ulpianus quidem habet, idem querit, si sumtus fecis in fundum, quasi quinquennio fruiturus, an recipiat? & ait non recepturum, quia hoc euenire posse, prospicere debuit. Paulus autem. S. 1. ff. loc.

Si putator ex arbore ramum cum deiceret, vel machinarius, hominem prætereuntem occidit: ita tenetur, si is in publicum decidat, nec ille proclamauit, ut casus eius euitari possit. Sed Mucius etiam dixit, si in priuato idem accidisset, posse de culpa agi. Culpam autem esse, quod, cum a diligente prouideri poterit, non esset prouisum, aut tum denunciatum esset, cum periculum euitari non possit. Secundum quam rationem, non multum refert per publicum, an per priuatum iter fieret: cum plerumque per priuata loca vulgo iter fiat. Quod si nullum iter erit: dolum dumtaxat præstare debet, ne immittat in eum, quem videris transeuntem. Nam culpa ab eo exigenda non est: cum diuinare non potueris, an per eum locum aliquis transiturus sit. Iustitiæ porro, locus est proprius apud Romani iuris auctores, qui nihil ita commendant, & aduertunt, sicut fidem, siue dictorum, conuentorumque constantiam, & veritatem: quod fundamentum est iustitiæ. Cic. de offic. 1;

Postremo quoniam amicitia, est societas vitæ necessariorum, & amicis utimur ut nobisipsis: propterea videtur statuere Ulpianus, ad substitutum adrogati, pertinere quod adrogato dedit amicus adrogatoris: quasi adrogator imple dederit. Ulpian. l. 20. S. 6. ff. de vulg. & pup. Iam vero quod attinet ad oppositam diligentiam, negligentiam, ipsius in iure Romano multiplex est gradus, atque etiam præstatio. Cum autem iniustitiæ duo genera sint, unum co-

Idem ibid.

Paul. l. 2. §. 2. ff. de aq. & aq. rum qui ab iis quibus inferitur, si possunt, non propulsant iniuriam: ad vtrumque genus accommodari posse videtur, ista lex Pauli. Labeo autem, si manu factus sit agger, etiam si memoria eius non existat, agi posse ut reponatur, nam hac actione neminem cogi posse, ut vicino proficiat, sed ne noceat, aut interpellet facientem, quod iure facere possit. Quamquam tamen deficiat aquæ pluviæ arcendæ actio: attamen opinor, utilem actionem, vel interdictum mihi, competere aduersus vicinum, si velim aggerem restituere, in agro eius, qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi vero nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit, etsi iure deficiamus. Labeonis igitur sententia, primum iniustitiæ genus adspicit. Paulus autem, vult aliquem prodesse alteri, seu facere ut ne quid, alteri noceat: & verbis quidem illis Pauli conueniunt ista Ciceronis. Est diffi-

Cic. de off. i.

lis cura rerum alienarum, quamquam Terentianus ille Chremes, humani nihil a se alienum putat. Sed tamen quia magis ea percipimus, atque sentimus, que nobis ipsis, aut prospera, aut aduersa eueniunt, quam illa, que ceteris: que quasi longo interuallo interiecto videmus: aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum, æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationum significat iniuriam. Sed idem Cicero ait: Prætermittenda defensionis, deferendique officii, plures solent esse cause: nam aut inimicitias, aut laborem aut sumtus suscipere nolunt, aut etiam negligentia, pigritia, inersia, aut suis studiis quibusdam occupationibus sic impediuntur, ut eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Quamobrem ut vnusquisque excitaretur ad iuuandos homines, quorum de bonis, vita, vel honore ageretur, in aliis constituerunt Romani iuris auctores, ut donatio facta propter vitam conseruatam, neque certos limites, neque etiam reuocationem admitteret. Si quis (ait Vlpianus) aliquem a latronibus, vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irreuocabilis est, si tamen donatio, non merces eximii laboris appellanda est: quia contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit. Quid quod hac parte, sic fauet humanitati Vlpianus, ut iustum putet quosque recipi, ad faciendam pro reis, vel inuitis prouocationem? Non tantum (ait) ei qui ad

Vlpian. l. 34. §. 1. ff. de don.

Idem l. 6. ff. de appell.

sup-

supplicium ducitur, prouocare permittitur, verum alii quoque, nomine eius, non tantum si ille mandauerit, verum quisquis alius prouocare voluerit, neque distinguitur, utrum necessarius eius sit, necne. Credo humanitatis ratione omnem prouocantem audiri debere, ergo et si ipse adquiescit sententiae, nec quaerimus, cuius intersit. Quid ergo, si resistat, qui damnatus est, aduersus prouocationem? nec velit admitti eius appellationem, perire festinans? adhuc putem differendum supplicium. Doli porro & fraudis infectatio perpetua est, apud Romani iuris auctores. Et dolus quidem criminis alicuius magni loco reponitur: Paulus enim habet. *Item existit prator ut comprehendatur, quid dolo malo factum sit, scire enim debes actor, in qua re circumscriptus sit, nec in tanto crimine vagari.* Sedenim mali consilii, atque etiam non mali, mentionem Ulpianus hic facit. *Consilii non fraudulenti, nulla est obligatio. Caterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit.* Nunc intemperantiae frena, Romana lex iniicit, ubi hominibus, qui neque tempus, neque sinem expensaram habent, curatores constituit exemplo furiosi, quia nisi prospiceretur, (ait Diuus Pius) quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum facerent exitum. Sane luxus, auaritia est, veteresque *αὐοῦτορ* verbo comprehendunt luxuriam. Cupiditas, quae comparandis rebus, immenta pretia proiicit, insaniae nomen obtinet, apud Tullium hic: *Quae ego si non profundero, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo, sen ingrata esse sentians, non committam, ut tibi ipse insanire videar.* Id etiam stultitia est Paulo: *Si heres institutus, eam hereditatem, quae solvendo non est, vendideris, vix quidem poteris, persuaderi non fuisse eam hereditatem solvendo, quae emitorem inuenerit: vera autem ratione nihil legatarius debebitur, quia magis ex stultitia emitore habere videtur heres institutus, quam ex bonis defuncti.* Denique fanaticum errorem, discursumue, item quasi dementis effata, luxuriae tribuit Ulpianus hoc loco: *Item Vianianus ait, quamuis aliquando quis circa fana baccharas sit, & responsa reddiderit, tamen, si nunc hoc non faciat, nullum vitium esse, neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio est: sicuti, si aliquando febrem habuit.* *Ceterum si nihilominus permaneret in eo visio,*

Paul. l. 16.
ff. de dol.

Ulpian. l. 47.
ff. de reg. iur.

l. 1. ff. de curat. sur.

Tull. 5. E.
pist. 5.

Paul. l. 3. ff.
ad l. Falc.

Ulpian. l. 1.
§. 10. ff. de
ad. ed.

ut circa fana bacchari soleres, & quasi demens responsa daret, etiam si per luxuriam id factum est, vitium tamen esse, sed vitium animi, non corporis, ideoque redhiberi non posse: quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur, at tamen ex errore actionem admittit. Cæterum luxuriæ, id est, magnæ erogationis, refrenationem continet ista lex: Ex damni infecti stipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam æstimationem fieri, ut puta ob rectoria, & ob picturas, licet enim in hac magna erogatio facta est, at tamen ex damni infecti stipulatione moderatam æstimationem faciendum: quia honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda. Præterea vero luxuriam coercet hic locus: Si quis cum sciret venditorem pecuniam statim consumiturum, seruos ab eo emisisset, plerique responderunt, eum nihilominus bona fide emptorem esse, idque verius est, quomodo enim mala fide emisse videtur, qui a domino emittitur nisi forte & is, qui a luxurioso, & protinus scorto datur pecuniam, seruos emittit, non usucapiet. Equidem in homine frugi, creditoris curiositas non admittitur. Denique ad intemperantiæ fugam fenatusconsulti Macedoniani referuntur hæc verba: Cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam es alienum adhibuisset, & sæpe materiam peccandi malis moribus præstaret, qui pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis nominibus crederet: placere, ne cui qui filios familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio, petitioque daretur: ut sciens, qui pessimo exemplo scelerarent, nullius posse filios familias bonum nomen expectata patris morte fieri.

Huc usque ius Romanum retulimus, ad singulas ethicæ Stoicæ partes, nunc autem generaliter est statuendum. Vbi humana quædam actio diiudicanda se offert, Romani iuris auctoribus; ipsi plurimum aduertunt, quid ethica præsertim Stoica, quid etiam œconomica, politicaue iudicari velit. Ethica quidem humanis actionibus duo principia ponit, intellectum nempe, & voluntatem: utriusque vero continuam rationem habent Romani iuris auctores, in condendis legibus, quam multis enim locis requirunt scientiam? quam sæpe erroris, credulitatis, opinionis, infirmitatis, rusticitatisque mentionem faciunt? nihil autem frequentius est apud eos commemoratio velun-

l. 40. ff. de
dam.

l. 18. ff. pro
empt.

l. 19. ff. de
l. 3. §. 9. ff. de
in rem vers.
l. 1. ff. de sc.
Maced.

l. 76. ff. de
reg. iur. l. 3.
§. 9. ff. de in
rem vers.

luntatis, & consensus expressi, vel taciti, præcedentis, aut subsequæntis, quid quod ipsius etiam destinationis robur esse aliquid, illi patiuntur? Equidem, cum pendeant quoque actiones humanæ a circumstantiis, harum inspectores curiosissimi sunt Romani iuris auctores. Quoniam porro tota æquitatis ratio in mediocritate, seu medio quodam eligendo consistit: propterea mediocritati, ac medio semper student. Amicitia autem, quæ virtutibus accedit, tantum deferunt, quantum supra obseruauimus. Iam vero, quia ciuitatis status, a dispositione familiarum in ciuitate dependet: propterea scriptum est, (quod œconomicam, politicamue respicit) *Hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, & sine causa legibus cognita in seruos suos seuire, nam ex constitutione Diui Pii, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam si alienum seruum occiderit, sed & maior asperitas domesticorum eiusdem principis constitutione coercetur, nam consultus a quibusdam præfixibus prouinciarum, de his seruis, qui ad eadem sacram, vel ad statuam principum confugiunt, præcepit, ut si intolerabilis, videatur seuitia dominorum, cogantur seruos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur: & recte, expedit enim reipublica, ne sua re quis male utatur. Cuius rescripti ad Aelium Marcianum verba sunt hæc, dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest, ne auxilium contra seuitiam vel famem, vel insolubilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami iniuria adfectos esse cognoveris, veniri iube, ita ut in potestatem domini non reuertantur. His quidem legibus est œconomicum illud, dominorum interesse, politicum vero id expedire reipublica. Ergo ad politicam quoque, faciunt hæc Pomponii verba: *Dotium causa semper, & ubique præcipua est, nam & publice interest, dotes mulieribus conseruari, cum dotatas esse feminas, ad sobolem procreandum, replendamque liberis ciuitatem, maxime sit necessarium. Sedenim videtur etiam œconomica dotis causa, nam, Paulus habet: Interesse patris filiam dotatam habere, & spem quandoque recipiendæ dotis.* Cæterum, quod*

l. 2. §. 2. ff. solut. matr. l. 13. §. 2. ff. loc.

l. 12. ff. de e. uict. l. 6.

ff. de iud.

l. 50. §. 3. de leg. 1. l. 6. §. 1.

ff. de re mil.

l. 18. ff. de ad. ed. l. 25.

ff. de pin. act.

l. 2. §. 3. ff. de off. procons.

l. 33. ff. de vi sur. l. 6. l. 9.

§. 2. ff. de iur. & fact. ign.

l. 40. ff. de damn.

l. 1. §. 2. ff. de bis qui sunt.

§. 2. inst. cod.

l. 2. ff. cod.

Pomp. l. 1. ff.

solus. matr.

Paul. l. 71. ff.

de euct.

Idem l. 2. ff.

de iur. dot.

quod

. 118. ff. de
 reb. auct.
 iud. possid.
 Aelian. 2.
 Iustin. 3.
 Plus.
 Sol.
 Arist. in po-
 lit. l. 1. §.
 15. ff. de
 Car. ed.

quod Pomponius supra: hoc idem iste iurisconsultus ita exprimit: *Reipublica interest, mulieres dotes saluas habere, propter quas nubere possunt.* Et istud quidem adscribi potest, propriae cuidam Romani iuris auctorum politicæ. Nam indotata fuit vxor apud Lacedæmonios, ex instituto Lycurgi: & idem præcepisse dicitur Solon. Phalæas ipse a diuitibus dotem dari, a pauperibus capi voluit. Postremo politicæ, vt œconomicæ, ratio habetur hoc loco: *Es generaliter, ex quibus causis Carbonianam bonorum possessionem, puero prætor dare solitus est, ex eisdem causis veniri quoque subuenire prætorem debere, non dubitamus: eo facilius quod favorabilior causa partus, quam pueri: partui enim in hoc fauetur, vt in lucem producat: puero vt in familiam inducatur: partus enim iste alendus est, qui & non tantum parenti, cuius esse dicitur, verum etiam reipublica nascitur.* Atque hæc postrema quidem verba spectant ad orationem illam Pomponii. Sed satis multa sint dicta, de partibus philosophiæ, cui præcipuus finis est actio, quæue plurimum iurisprudentiæ conuenit. Nec enim modus videtur ullus, colligendi riuos illius philosophiæ, diffusos vniuerso iure Romano. Quod fieri potuit, ac vero debuit, ad fontes digitos intendimus. Et quemadmodum, qui distincta vario genere florum, ac patentia cuilibet rura, primus legendi studio ingrederetur, ille inquam legeret, caperetque præcipuos flores, cæteros autem, demetendos aliorum otio relinqueret, id ego quidem vsurpo, qui nullis occupatum, sed florentem nihilominus campum ingressus, primaria quædam seligo, vt ostendam, Romani iuris auctores, informasse tum alios, tum seipfos, ethicæ præsertim Stoicæ regulis,

CAPVT L.

Stoica inopinata. Sapientes esse pares.

HACTENVS explicata sunt, scita Stoicorum, aliis etiam philosophis communia, contexemus in posterum placita, in quibus veritatis, non proprietatis controuersiam illi patiuntur. Stoicorum enim propria sunt
 para-

paradoxa, quæ vocantur hoc modo, quia præter opinionem plurimorum sunt, admirationemque prouocant, hinc Tullius *Tull. de fin.* 4. *admirabilia* vertit, Seneca vero commoèissime, si nomen ac sensum adspicimus, *inopinata*. Horum igitur explicatio seric quædam faciendâ est, series autem ista, ex fine Stoicorum, id est, virtute, & honesto reperenda videtur. Etenim *fatendum est*, *Idem de fin.* 5. *quod sentio, mirabilis est apud Stoicos contextus rerum, respondens extrema primis, media virisque, omnia omnibus: quid sequatur, quid repugnes, vident, ut in geometria prima si dederis, danda sunt omnia.* Sedenim quoniam Stoicorum *acuta breuiæque consuetudina* (sic appellat Cato apud Tullium, ob illud, quod diximus modo) sapienti accommodantur, placet dicere primo, quod duplex sit apud Stoicos sapientum genus. Stoicis ergo vnus est sapiens *primæ notæ, consummatus*, atque *doctus*: alter autem *secundæ notæ, proficiens, & studiosus*: sed ille, præcipuum sibi habet nomen sapientis, apud Senecam hoc loco: *Nostrum vitium est, qui quod dicitur de sapiente, exigimus, & a proficiente.* Sed idem auctor varia constituit genera *proficientium*, scribit enim de ipsis: *Sen. de vit. bea c. 24. Id. epist. 75.* *In tres classes, ut quibusdam placet, diuiduntur. Primi sunt, qui sapientiam nondum habent, sed iam in vicinia eius constiterunt: Qui sint hi quæris? qui omnes iam affectus, ac vitia posuerunt: quæ erant complectenda, didicerunt: sed illis adhuc inexperta fiducia est. Iam ibi sunt, ubi non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet. Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere, Secundum genus est eorum, qui & maxima animi mala, & affectus deposuerunt, sed ita, ut possint in eadem relabi. Tertium illud genus, extra multa, & magna vitia est, sed non extra omnia. Ille porro sapiens, doctus, atque consummatus quis fuerit, situe, nec Stoici solent dicere, si Tullium audimus. Plutarchi certe sententia nusquam gentium est, neque fuit. Seneca tamen ait: Scis, quem nunc virum bonum dicam? huius *secundæ notæ*, nam ille alter forsasse tamquam phœnix semel anno quingentesimo nascitur. Non est, quod dicas ita, ut soles hunc sapientem nostrum nusquam inueniri, non fingimus istud humani ingenii vanum decus, nec ingenii imaginem falsa rei concipimus, sed qualem conformamus, exhibuimus, & exhibebimus raro forsitan, magnisque ætatum intervallis inuenitur: neque enim magna & excedentia solitum, ac vul-*

garem modum crebro gignuntur. Cæterum sapientis illius perfecti, absolutique institutio, quam Stoici faciunt, hanc habet utilitatem: quod tendentibus ad sapientiam, optimo possit esse exemplo. Tullius oratorem format eloquentissimum, beatissimam Plato rempublicam, denique commodissimum videtur exemplar, quod perfectissimum. *Generosa res est, conari alta,* sicut absolutissima res quædam, plus continet perfectionis, ita plus eiusdem rei conferre potest imitantibus. Quod assequi non datur, hoc licet æmulari. Apud poetam:

*Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocior alis.*

Ista quidem esse potest repræsentatio perfecti sapientis, addit autem ille:

*Proximus huic longo, sed proximus interuallo,
Insequitur Salius.*

Talis est, quicumque perfectum sapientem imitatur. Itaque vt arbitror cum aliquo fructu proponi queunt Stoicorum paradoxa, e quibus primo explicabitur istud: *Sapientes sunt pares.* Quod quidem Tullius ita extulit: *Sapientes omnes summe beati sunt.* Et vero sapientes beatos esse intelligitur, quia beatitudo, finis Stoicorum, constat virtute, virtus autem perfecta ratione, & perfecta quidem ratio sapientum est propria. Senecæ porro sententia est: *Quemadmodum summum adiectionem non recipit, (quid enim supra summum erit?) ita nec beata quidem vita, qua sine summo bono non est.* Ergo cum sapientes beati sint, summe quidem beati sunt, vnde pares, & æquales in beatitudine: atque etiam in virtute, nam summum bonum (ait idem author) *in ipso iudicio est, & habitu optimæ mentis. Quid est virtus? iudicium verum, & innotum.* Item pares sunt sapientes, in prudentia, scientiæ boni, & mali, cum pares sint in beatitudine, & virtute. Stoicis enim *bonum non aliud est, quam prudentia, quid prudentia? non aliud quam scientia.* Vna re (verba sunt ista eiusdem Senecæ) *consummatur animus, scientia bonorum, ac malorum immutabili.* Denique *in solis virtutibus, inesse scientiam stabilem, atque immutabilem censens* Stoci. Ergo Tullius paradoxum

radoxum istud: *Sapientes sunt pares, recte ita protulit, sapientes summe beati sunt.* Sed fundamentum huius, inopinaci, est in eo, quod Stoici beatitudinem in virtute sic constituunt, ut nulla corporis, externaue bona illi aggregent. Hinc enim sequitur virtutem habentibus, siue sapientibus, perfectam comperere beatitudinem: *Illud absurdum est* (ait Seneca) *quod dicitur, beatum futurum, vel sola virtute, non autem perfecte beatum: quod quemadmodum dici possit, non reperio, beata enim vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile: quod si est, perfecte beata est.* Istæ sunt Senecæ rationes aduersus Academicos, quibus quidem rationibus nititur etiam Tullius hoc loco: *In virtute sola & honesto, cum sit bonum positum: cumque nec virtus, ut placet Stoicis, nec honestum crescat: cum id augeri non possit, in quo uno, positum est beatum esse: qui potest esse quisquam alius alio beatior?* Atque ut honestum crescere Stoici negant, ita etiam bonum; statuunt enim unum bonum esse quod honestum. Igitur iis bonum omne in summo expectandum est, nec remissionem, intensioremue suscipit. Ipse quidem Plutarchus Stoicos arguit, quod velint tempore non augeri bonum, si quis vel horæ puncti sitio prudens fuerit, cum non concedere iis, qui longissimo tempore fructi sint virtute, & in ea feliciter vixerint. Cumque Aristoteles felicitatem in usu, non possessione virtutis: nec in habitu, sed in actione collocet, Zeno ipse, & eius affectæ, adserunt: Non virtutis usum modo, sed ipsum habitum, per se esse præclarum, nec tamen virtutem cuiquam adesse, quin ea semper utatur. Denique secundum Stoicos.

Sen. epist. 84

Tull. de fin.

Sen. ep. 71.

Laert. Zen.

Arist. 1. N.

Cic. Acad. 1

- - Numquam successu crescit honestum.

Lucan. 9.

Virtus inter opposita non est minor, sed minus fulget, nobis forsitan non aequè apparet, ac nitet, sibi eadem est, & more solis obscuri in occulto viam suam exercet. Virtus latius funditur, regna, vrbes, prouincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos, liberosque, dispensat officia: modo arcto sine circumdatur paupertatis, exilii, orbis

Sen. ep. 92.

Id. ep. 74.

tatis: æque magna est, etiamsi in se recessit undique exclusiva. Non enim prohibentur opera sapientis omnia, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est. Igitur neque successu, neque usu, neque tempore virtus excrescit, unde nec beatitudo, vel bonum. Ut vero beatitudine, sapientes sunt pares, ita omnibus.

Sen. epist. 42 Cæterum Stoici sapientis, ac boni (sic appellavit Seneca) viri: item paritatis inter sapientes, vestigium quoddam apparere videtur in bonis viris, quorum apud Romani iuris auctores, *Cic. de off. 1.* crebra fit mentio. Equidem ex iustitia boni viri nominantur:

- - - - *vir bonus est quis?*

Qui consulta patrum, qui leges, iuraque servat.

Atque ut Stoicorum ille sapiens, perpetuam, stabilem, certamque rationem habet virtutis, ita Romani iuris auctorum bonus

Ulpian. l. 1. §. 1. ff. de l. 2. vir, æquitatis, quod indicat Ulpianus hoc loco: *Cum isa legato sit pupillo, siue pupilla, arbitrio tutorum, neque conditio inest legato, neque mora, cum placeat, in testamento legatum in alterius arbitrium collatum, pro viri boni arbitrio accipi. Que enim mora est, in boni viri arbitrio, quod iniectum legato, velut certam quantitatem exprimit, pro viribus videlicet patrimonii?*

Pares ergo sunt in eadem illa æquitate, viri boni, ut etiam significat isthinc Proculus: *Arbitrorum genera sunt duo. Vnum eiusmodi, ut, siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus. Quod obseruatur, cum ex compromisso ad arbitrium itum est. Alterum eiusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa cuius arbitrata fiat.* Quæ quidem verba declarant, in arbitrio boni viri, non statim persona nominatim comprehensa. Sed istud innuit, pares esse bonos viros in æquitate. Etenim ratio, propter quam arbitrium boni viri, persona nominatim comprehensa, minime stat, ista est.

Cuiac. ad l. 43. ff. de v. obl. Cum persona nominatim comprehenditur, adhuc æquitatis potius, quam personæ arbitrium videtur inseri. Æquitas autem certa persona non circumscribitur. Frustra personæ inseritur nomen: pariter est apud omnes bonos viros æquitas. Denique si electus arbiter, inique statuat alterum adire licet, si vero æque, non

non licet: quomodo enim speretur æquius, meliusue quem arbitrari posse: cum boni viri sint pares, & æquales in æquitate?

CAPVT LI.

Virtutes esse pares, item plures, atque nexas.

SATIS ostendimus capite præcedenti, quomodo pertinere ad finem Stoicorum, prius illud admirabile, cum eius rationem petimus, a virtutis, honestiue natura, quæ talis est, ut minime crescat. Unde patet etiam, quomodo spectet ad finem Stoicorum, hoc admirabile. *Virtutes sunt pares*, istud enim illam eandem habet rationem. Quod porro dicitur de virtutum æqualitate, debet id etiam intelligi, de operibus, quæ proficiuntur ex virtutibus. Denique *virtutes inter se pares sunt*, Sen. ep. 66. *& opera virtutum, & homines quibus contingere, id est sapientes, Paritatis autem in omnibus causa est, quoniam una inducitur humanis virtutibus regula, una enim est ratio recta, simplexque.* Nihil inuenitur rectius recto: non magis, quam vero verius: temperato temperatius. *Omnia in modo est virtus, modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat non magis, quam fiducia, aut veritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil. Cæterum ut recto nihil est re. Cic. parad. Atius, ita nec bono, melius quidquam.* Igitur & virtutes, & recte facta sunt æqualia, & etiam bona, quæ diximus non crescere. Theologi quidem nostri virtutes specie discretas, præstantia quoque nonnulla separant, prudentiam enim cuius in mente propria sedes est, quæque illam perficit, iustitiæ præferunt, iustitia vero iisdem nobilior est fortitudine, hæc autem temperantia. Sed tamen illi prudentiam (exempli gratia) consideratam in se, & extra hominem, parem & æqualem existere, non abnuunt. Stoici porro non tantum pares, sed etiam nexas virtutes esse dicebant, adeo ut unam qui haberet, omnibus potiretur. Ergo non unam, sed plures faciebant Stoici, virtutes, male enim dictum fuisset nexas esse virtutes, si assertum, unam tantum esse virtutem. Sedenim ratio cur virtutes inuicem cohærere, Stoici dixerunt, ista est. *Cum semel animum virtus indurauit, undique inuiscerabilem præ-*

Laert. Zen.

D. Tb. r. 2. qu. 66.

Plus. de pugn. Stoic. Laert. Zen. Sob. cc.

pra. Sen. conf. ad sta. Helu. c. 13.

stat. Non enim singula vitia ratio, sed pariter omnia prosternit, in uniuersum semel vincit. Denique vbi designare est virtutum aliquam, ibi omnes esse fatendum est. Illa enim aliqua virtus, prodiit a ratione recta id est omnibus absoluta partibus, & consummata

Sen. ep. 76. vt Seneca vocat, igitur etiam a ratione, a qua possint omnes prodire virtutes. Vnde intelligitur vbi reperitur vna virtus, ibi posse omnes reperiri: & vero colligitur, posterius hoc inopinatum, vt præcedens, ad finem Stoicorum pertinere. Sancti autem patres virtutum cohærentiam admittunt. Stoici porro non tantum cohæreere virtutes, sed in omni opere misereri, & concurrere voluerunt. Cum aliquis (ait Seneca) fortiter patitur, omnibus virtutibus vititur fortasse, cum vna in promptu sit, maximeque appareat patientia. Cæterum illic est fortitudo: cuius patientia, & perpeffio, & tolerantia rami sunt. Illic est prudentia, sine qua nullum inicitur consilium: qua suadet, quod effugere non possis, quam fortissime ferre. Illic est constantia, qua deiici loco non possit. Illic est indiuiduus ille comitatus virtutum. Quidquid honeste fit, vna virtus facit. Sed de consilii sententia. Sed videndum restat, an aliqua lex Romana isthuc pertineat. Gaius quidem ait. Si quid venditor de mancipio adfirmauerit, idque non ita esse emtor queratur. Aut redhibitorio, aut asimatorio, id est, quanto minoris, iudicio agere potest, verbi gratia, si constantem aut laboriosum, aut curracem, vigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium adquirentem adfirmauerit: & is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus, comesor inueniatur; hæc omnia videntur eo pertinere: ne id, quod adfirmauerit venditor, amare ab eo exigatur: sed cum quodam temperamento, vt si forte constantem esse adfirmauerit: non exacta grauitas, & constantia, quasi a philosopho desideretur, & si laboriosum & vigilacem, adfirmauerit esse, non continuus labor, per dies noctesque ab eo exigatur. Sed hæc omnia ex bono & equo modice desiderentur. Idem & in cæteris, qua venditor adfirmauerit, intelligimus. Cæterum subtilitas alia est, cum veritas in disputatione limatur, alia cum ad opinionem communem accommodatur oratio. Constat philosophorum sententia virtutes indiuiduas esse, sed (Ambrosii verba sunt) opinione vulgi seiunctas. Et iste quidem popularis error, habet in infirmitate vulgi rationem. Vulgus enim ea est debilitate mentis, vt virtutis alicuius perfectæ, non dicam veritatem in actionibus suis, sed imaginem in animo nequeat

queat exprimere, quo fit, ut virtutes minime connexas sibi con-
 eatenatasque iudicet. Nec in isto quidem iudicio, labuntur: ip-
 se enim Plato apud Apuleium, *imperfectas virtutes semet comitari* Apul. de
negat: & Gregorius etiam ait: una virtus sine aliis, aut omnino nul-
la est, aut imperfecta est. Denique Stoici, de perfecta virtute pbil. Greg.
de moral.
22:
 loquuntur in superioribus paradoxis. Igitur ne quis sit admiratus,
 cur cum inter omnes philosophos constet, qui vnam haberet, om-
 nes habere virtutes; Gaius ita seiungat, quasi possit quisquam,
 qui non idem constans sit; vigilax esse, aut vigilax, qui non fru-
 gi. Loquitur enim ille ut vulgus. Quod etiam facit, ubi plures
 gradus constantiæ usurpat, quæ secundum Senecam *non habet quo* Senec. epist.
65.
precedat. Quippe vulgus constantiam, virumque constantem, in
 supremo gradu non petit, credo quia desperat istud, & non pu-
 rat fieri, quidquid facere non potest: ex infirmitate sua, de virtute
fert sententiam. Denique Romani iuris auctores, loquuntur ut
 multi, sentiunt, ut Stoici. Quod enim isti voluerunt, in vir-
 tute, aliis rebus perfectis, plus minusque non admitti, hoc sen-
 tire se, Romani iuris auctores innuunt, cum *diligentem custodiam* l. 5. §. 5. ff.
commod.
add. l. 25. §.
16. ff. fam.
ercijc. l. 25. §.
dicunt pro diligentissima, vel contra diligentissimum pro diligen-
te. Gaius certe, Stoicorum sententiam liquido attingit eiusmodi
 verbis; *non exacta gravitas, & constantia, quasi a philosopho des-*
doretur. Ulpianus quidem habet. *Vsque adeo ut si quis ita stipu-* 7. ff. loc.
Ulpian. l. 79.
ff. de verb.
obl.
latus sit, tritici Africi boni modios centum: vini Campani boni am-
phoras centum, incertum videatur stipulari: quia bono melius inue-
niri potest, quo fit ut boni appellatio non sit certa rei significatio:
cum id quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. Sedenim
 hæc lege patet Ulpianum non loqui, de bono, quod honestum sit.
 Stoica autem sapientia persuadet, *unum bonum esse, quod honestum* Sen. ep. 71,
est, hoc nec remitti, nec intendi posse. In aliis ergo re sentit Ulpi-
 anus aliud, quam Stoici, aliter autem locutum fuisse Ulpianum,
 si egisset, de Stoico illo, perfecti bono, satis indicat ipse quan-
 do adiicit. *At cum optimum quisque stipulatur, id stipulari intelli-*
gitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, qua res ef-
ficat, ut ea appellatio certi significatio sit. Denique intelligitur ex Cic. de off. 2.
 Ulpiano, aliisque Romani iuris auctoribus, *popularibus verbis esse*
agendum, & usitatis, cum loquamur de opinione vulgari, idque eo-
dem modo fecit Panatius.

CAPVT

CAPVT LIÍ.

Stultos omnes ex aequo stultos esse. Peccata æqualia.

STOICI pueros, rudes, atque stultos vocant, quotquot a sapientia prorsus alieni sunt. Vnde stultis adscribunt, quidquid est contrarium iis, quæ cadunt in sapientes, sed enim inter alia volunt. *Stultos omnes ex aequo stultos esse.* Hinc Tullius, omnes perturbationes animi, morbos philosophi appellant: negantque stultum quemquam bis morbis vacare.

- - - Nullo ibure lisabis

Hareat in stultis, brevis ut semuncia recti.

Sen. 9. de ben. 17. Idem 4. de ben. 26. 27. *Et cupidi omnes, & maligni omnes, & timidi omnes. Denique stultus omnia vitia habet, sed non in omnia natura pronus est. Quomodo homo omnes sensus habet, nec ideo tamen omnes homines aciem habent Lynceo similem, sic qui stultus est, non tam acris, & concitata habet omnia, quam quidam, quadam: omnia in omnibus vitia sunt, sed non omnia in singulis extant. Atque ut vitia pariter omnia continent*

Cic. Acad. 4. Laert. Zen. *stulti, sic pariter nefarias actiones, perpetrant. Ut enim verum, vero magis tale non est, neque falsum falso, ita nec fraus fraude, peccatumque peccato. Nam & qui centum stadiis a Canopo abest, & qui vno, pariter in Canopo non sunt, sic qui parum, magnumque delinquit, pariter distat a recto. Sed tamen, ut æqualia sint peccata minime similia sunt: alia quippe ex prava, & egre sanabili affectione proueniunt, alia secus, & manant quidem omnia ex eodem fonte malitia, seu fluunt ab improbo quodam iudicio, quod idem videtur in peccatis omnibus, externa porro causa, circa quam iudicium illud exercetur, peccata reddiit ab similia in qualitate. Hæc Stoici, de stultis atque peccatis. Sed eorum sententia, quæ peccatis æqualitatem addit, inter Nouagianorum errores olim est posita. Quamquam illa maxime videtur utilis, cum non cito ad maiora procedat, qui parua formidat. Atque ista forte ratio fuit, cur omnibus delictis, poenam æqualem in-*

Stob. ecl.

Hieron. de inst. matris.

Marcian. l. II. ff. de poen.

jungeret Draco. Marciani porro sententia est. Perspicendum iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit, nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quaque res exposulat, statuendum est, plane in leuioribus causis,

causis, proniores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus paris seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Claudius *Claud. Ser.* etiam Saturnius ait, aut facta puniri, aut dicta, aut scripta, aut confi- *l. 16. §. 1.* lia, sed hac quatuor genera consideranda esse septem modis causa, persona, *ff. de poc.* loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu. Habendum vero, prau-
 ui, & ægre sanabilis affectus rationem in suppliciis exacerbandis, Callistratus hac lege indicat. Solent quidam, qui vulgo se iuue- *Callistr. l. 28.* nes appellant, in quibusdam ciuitatibus, turbulenti se acclamationibus *S. 3. ff. de* popularium accommodare, qui si amplius nihil admiserint, nec ante sint a *pocm.* preside admoniti: sustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. Quod si ita correpti, in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt, nonnumquam capite plectendi, scilicet cum sapine seditiose, & turbulente se gesserunt, & aliquoties adprehensi, tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseuerauerint. Deniq; huc pertinet distinctio culpæ, in latam, leuem, & leuissimam. Hanc Romani iuris auctores, interdum diligentiam, vocant vt videtur ex vulgi opinione. Vulgo enim potius diligens quam negligens est, quicumque tantum leuissimam admittit culpam. Culpa vero leuis est, quoties alienis rebus *l. 22. §. 3. ff.* adhibetur, consuea rebus propriis negligentia, lata demum culpa intel- *ad Treb.* ligitur, cum quis non intelligit, quod omnes intelligunt. Sedenim lata *l. 223. ff. de* culpa nomen referendum videtur, ad Stoicorum sententiam, quæ *v. sign.* virtutem, ac vitia fundi statuebat, cum dominarentur, atque vim *Senec. epist.* suam exsererent. Quamquam Stoici negent, ait Cicero, nec virtutes *92. 74.* nec vitia crescere; tamen utrumque eorum fundi quodammodo, & quasi *Cic. de fin. 3.* dilatari putant. Etiam si porro dissimiles culpas, dissimiliaque vitia fecerint Romani iuris auctores, non ideo tamen minus credendum est ipsos æqualia censuisse illa: vtramque enim sententiam, vt vidimus habuerunt Stoici. Similiter porro cum Stoicis censere potuerunt, connexa esse vitia, quie vnum susceperit, omnia continere, & tamen quoniam iidem Stoici, quædam fecerunt magis acria, & prompta, quibusdam hominibus: & vero vulgus vitia tantum considerat, quæ apparent propter concitationem, & acritatem suam, item in quæ inciditur sæpe, & facili siue naturali quodam *l. 1. §. 9. §.* impetu; propterea inquam fieri potuit vt Romani iuris auctores *11. ff. de ad.* cum vulgo distincte vocarent, leues, supersticiosos, iracundos, contra- *ed.* maces, timidus, cupidos, auaros, aut iracundos. Equidem vbi Pom- *Pomp. l. 4. §.* ponius ait: Quamuis non valide sapientem seruum venditor prestare de- *3. ff. eod.*

beat: tamen si ita fatuum, vel morionem venderit, ut in eo usus nullus sit, videri vitium. Isto inquam loco, varios sapientum, stultorum-ue gradus, constituere videtur Pomponius vulgi more. Vulgus enim seruos sapientes, atque stultos non veritate, sed usu diiudicat. Stultorum porro meminit etiam Paulus, ubi habet. *Quod si repetitionem pecunie habere credunt, quod imperitia lapsi legis Falcidia beneficio vsi non sunt: sciant ignorantiam facti, non iuris prodesse nec stultis solere succurri, sed errantibus.* Vbi quidem Paulus imperitos, ignarosue iuris, *stultos* vocat. Et certe, ut habet sapiens, humanorum, diuinorumque scientiam, ita stultus ignorantiam earundem. Sed Paulus stultos nuncupat, qui ius publicum ignorant, & vero iuris scientia & sapientia loco est, iurisconsultis.

Paul. l. 9. §. 5. ff. de iur. & fact. ign.

Emp. aduer. sus Math.

CAPVT LIII.

Sapientem semper in gaudio esse: & imperturbabilem.

REDIMVS ad sapientem, ipse quemadmodum aliis sapientibus par existit, ita sibi. *Semper enim in gaudio est secundum Stoicos, qui gaudium, non lætitiã dicunt, quoniam lætitiã sine ratione animum effert, gaudium vero cum ratione ac virtute.* Igitur Virgilius ubi canit.

Cic. Tusc. 4.

Et mala mentis.

Gaudia.

Sen. de vit. Diserte quidem loquitur, sed parum proprie, nullum enim malum gaudium est. Denique ubi gaudium, ibi virtus: ubi virtus, ibi ratio perfecta: ubi hæc, ibi sapientiã. Inde ergo dictum, & a Stoico sine ductum hoc, sapiens semper gaudet. Quod quidem approbare videtur Augustinus hoc loco.

Augustin.

Esa c. 57-21

Senec. de vit

beas. c. 3. 4.

ep. 23. Idem

epist. 59.

Non est gaudere impiis, dicit dominus, tamquam impii lauari potius possint quam gaudere. Cæterum faciunt ad gaudium, animi fiducia, magnitudo, lenitas, quies. Pars mundi superior, ait Seneca, & ordinatior, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem, omni tumultu caret. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, modestus, venerabilis, & compositus. Huc ergo, referri potest,

Augustin. 9.

de ci. Dei 4.

Stoicum illud inopinatum, sapiens est imperturbabilis. Quod quidem Augustinus petere videtur, ab institutione commodorum, vel

incom-

incommodorum, quam Stoici faciunt, ubi de fine ac bono accedunt animo (inquit ille de perturbationibus animi) *salua serenitate sapientia, propter ea que commode, vel incommoda appellant.* Ex quo intelligitur ad finem bonumue Stoicum pertinere, illud admirabile, quod ita exponimus. Plato, & Aristoteles volunt, sapientem modice tangi affectibus, Stoici nulla ratione. Platonis, & Aristotelis ratio est, quoniam naturales sunt affectus. Sed Zeno voluntarios esse vult, opinionisque iudicio suscipi. Chrysippus autem illos, *iudicia* vocat, vnde a Zenone differt, qui perturbationes illas animi, non *iudicia* dicit, sed *accedentes iudicis, contractiones, solutionesue, collapsiones, elationesue, animi.* Cæterum hinc constat affectus esse, a ratione deprauata per opinionem, siue quod idem est ab opinione. Sic autem in generantur, ut primum propendeamus in propositum, deinde admittamus illud, ac iudicemus, tandemque dicto consensu, ad idem rapiamur, sed motus propensionis, & admissionis inuoluntarii sunt, ideoque etiam sapientissimis accidere solent. *Quadam sunt, qua nulla virtus effugere potest, admodum illam natura mortalitatis sue, itaque & vulgum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ab subita, non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationis: sed principium præludens affectui.* Ut autem natura motus primos quodammodo iniciat, certe consensus, atque iudicium cum voluntate procedit, viamque struit affectuum excursioni. Sed quoniam rationis aliquid habent affectus, carere iis videntur animalia, tamen experiuntur similes quosdam impulsus. Sapiens porro vellicatur, at resistit affectibus. Stoici non educunt sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo, sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submouent, meminerunt ex duabus partibus, illum esse compositum. Altera est, irrationalis, hæc mordetur, uritur, dolet, altera rationalis, hæc inconcussa opinionem habet, intrepida est & indomita. Denique in eo Stoici a Pyrrhone differunt, quod fatentur Stoici, incommodis attingi sapientem, Pyrrho abnuat. Quod attinet ad alios philosophos, aut nihil, aut pene nihil distat inter ipsorum, & Stoicorum opinionem de passionibus, & perturbationibus amicorum, verique enim mentem rationemque sapientis ab earum dominatione defendunt. Cæterum in disciplina nostra, non tam quaritur, utrum pius animus irascatur, sed quare irascatur? nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis? nec utrum timeat, sed quid timeat? irasci peccantibus, contristari pro afflicto, si-

mere periculisanti, virtus est. Denique causas affectuum, finemue; non modum attendimus; in eo tantum Platoni, & Aristoteli dispares, quod affectuum frena sapienti aliquando laxamus. Cætera enim fatemur Deum in fingendo homine primo, mirabili providentia, ingenerasse animi commotiones, ut posset capere virtutem, sicut terra culturam. Et quidem scelus fuit Platonis, & Aristotelis, sine affectibus languere actionem, resoluique vim mentis. Ad eos si rationis cultura accedat, fruges virtutum exoriri. Sed iisdem illis hæc cultura, non aliud est visum, quam detractio eorum quæ exundarent in affectibus, atque ad salutarem modum coactio. Christiana autem philosophia, interdum (ut retuli) vetat affectus temperari, modum vltro adstringi, penitus vero Stoicos reicit, ex quibus auctore Hieronymo, omnes affectus tolli posse, omnesque eorum fibras Pelagiani hausere.

D. Hier.
adu. Pel.

Vlpian 133.
E. de usur.

Iam vero, quod attinet ad Romani iuris auctores, lenitatem, & modestiam, de quibus initio capituli huius, commendat Vlpianus hoc loco: Si bene collocata sunt pecunia publica, in fortem inquietari debitores non debent & maxime si parient usuras: si non parient, prospicere rei publica securitati debet præses prouincia, dummodo non acerbum se auctorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum, nam inter insolentiam incuriosam, & diligentiam non ambiciosam multum interst. Præterea vero, quia versantur in communi vita, Romani iuris auctores: ideo popularis animi perturbationes tolerant, imo prouocant. Parentes (inquit idem ille iurisconsultus) Sibi viriusque sexus, nec non & ceteri adgnati, vel cognati, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, legendi sunt. Qui autem eos non eluxit, notatur infamia. Cæterum ad Stoicos, qui iudicium animi, ponunt in affectibus pertinere videtur ista lex Pauli: Diuortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi dissensionem sit. Itaque quidquid in calore iracundia, vel sit, vel dicitur non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit iudicium animi fuisse ideoque, per calorem misso repudio, si breui reuersa vox est, nec diuortisse videtur. Equidem scribit Seneca: Nemo se differt, atqui maximum remedium iræ dilatio est, ut primus eius feruor relaxuetur, & caligo, quæ premit mentem, aut residat, aut minus densa sit. Quædam ex his, quæ te precipitem ferebat: hora, non tantum dies molliet, quædam ex toto evanescent. Si in hoc erit petita vocatio, apparet iudicium

Idem l. 23. ff.
de his qui
nos, inf.

Paul. l. 3. §.
1. ff. de di-
uort.

Sen. 3. de ir.
22,

Parentes (inquit idem ille iurisconsultus) Sibi viriusque sexus, nec non & ceteri adgnati, vel cognati, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, legendi sunt. Qui autem eos non eluxit, notatur infamia. Cæterum ad Stoicos, qui iudicium animi, ponunt in affectibus pertinere videtur ista lex Pauli: Diuortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi dissensionem sit. Itaque quidquid in calore iracundia, vel sit, vel dicitur non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit iudicium animi fuisse ideoque, per calorem misso repudio, si breui reuersa vox est, nec diuortisse videtur. Equidem scribit Seneca: Nemo se differt, atqui maximum remedium iræ dilatio est, ut primus eius feruor relaxuetur, & caligo, quæ premit mentem, aut residat, aut minus densa sit. Quædam ex his, quæ te precipitem ferebat: hora, non tantum dies molliet, quædam ex toto evanescent. Si in hoc erit petita vocatio, apparet iudicium

cium

*aium esse, non iram. Idem etiam habet: Ira est concitatio animi ad v-
sionem voluntate, & iudicio pergentis. Iste vero locus Senecæ prio-
rem illum explicat. Vterque porro, & illa lex Pauli sufficientem
ex dictis, vbi de affectuum generatione, lucem accipit.*

CAPVT LIV.

*Sapientem non opinari, non mutare consilium, non igno-
scere, non misereri.*

PERTVRBATIONVM fons, & origo est, (sicut diximus)
opinio, inde Stoicum censeant, *imperturbabilem esse sapientem, Laere. 2en.
volunt etiam illum non opinari. Non mutare consilium. Non Sen. 4. 4. de
ignoscere. Non misereri. Igitur nihil unquam falso suscipit sa- Sen. 34.
piens, neque item incomprehensa rei dat assensum, quia non opinatur, vel Stob. ect.
ignorat quidquam. Assensus iste in temerarios cadit, non autem
in perfectos, industrios, probosque viros. Habet autem ignorantiam opinio, quæ est falsum de re iudicium, aut verum quidem,
sed infirmiter, ac nulla ratione suffultum. Vnde Tullius de Ze- *Tull. Acad.*
none, & affectis: *Si quid esset ita comprehensum, ut conuelli ratione non
posset, scientiam, sin aliter, inscientiam appellabant, ex qua existeret etiam
epinio, que esset imbecilla, & cum falso, incognitoque communis. Et apud
Stobæum duplex est opinio, vna rei incomprehensa, altera susceptio, de aliqua re. infirma. Non mutat porro sapiens, consilium, o-
mnibus his manentibus, qua erant, cum sumeret, ideo nunquam illum pa-
nitentia subit, quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quam quod fa-
ctum est, nihil constitui, quam quod constitutum est. Caterum ad omnia cum
exceptione veniet, si nihil incidit, quod impediatur, ideo omnia illi succedere
dicimus, quia presumit animo, posse aliquid interuenire, quod destinata pro-
hibeat. Non ille casibus hominum excipitur, sed erroribus. Nec illi omnia, *Idem de
ut voluit, cedunt, sed ut cogitauit. In primis autem cogitauit aliquid pos-
se propositis suis resistere. Quidquid ergo factum est; dicit, sciebant.* *Sen. 4. de
ben. 34.***

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Præterea vero nunquam ignoscit, veniamue dat sapiens, cum existimet, *Stob. ect.
qui peccarit, non carere aut præter mentem peccasse. Venia est pæna me-
rita remissio, ergo ei ignoscitur, qui puniri debuit. Sapiens autem nihil fa-
cis, quod non debet, nihil prætermittit, quod debet. Itaque pænam, quam
exigere debet, non donat, sed illud, quod ex venia consequi vis, honestiane*

tibi via tribuat, parcit enim sapiens, consulit, & corrigit, idem facit, quod si ignosceret, nec ignoscit, quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid, se quod fieri debuit, omisisse. Suam hanc orationem explicat Seneca, dum statuit, sapientem parcere ex causa, illi nempe, ob ætatem, isti ob errorem, merumque largius sumtum, atque hæc omnia non veniæ, sed clementia opera esse, idem adferit.

Idem eod.
libr.

Ultimo autem huic inopinato proximum est, non misereri sapientem. Quid est misericordia? Aegritudo animi ob alienarum miseriarum speciem. Aegritudo autem in sapientem virum non cadit. Sedenim omnia quaque miserentur, dolentes faciunt, ille faciet alacri animo ac libens, succurret alienis lacrimis, dabit manum naufrago, exuli hospitium, egeni stipem, ac faciet ista tranquilla mente, vultu sereno. Cæterum Augustinus, Clemens Alexandrinus & alii, Stoicorum hanc sententiam prorsus eliminant. Romani quoque iuris auctores misericordiam approbant tempestitia n. Scribit Vlpianus: Si hominem apud se depositum, ut questio de eo haberetur, ac propterea vinculum, vel ad malam mansionem extensum, sequester soluerit misericordia ductus: dolo proximum esse, quod factum est, arbitror: quis, cum sciret, cui rei pararetur: intempestitue misericordiam exercuit, cum posset non suscipere talem causam, quam decipere. Sedenim tempestitia misericordia hic admittitur. Doli verbum etiam ad eum, qui recepit, referendum est: ut non alius teneatur, nisi qui dolo malo fecerit. Cæterum si quis, ut domino custodiret, recepit; vel humanitate, vel misericordia ductus, vel adprobata, atque iusta ratione: non tenebitur. Itaque misericordem esse, licet aliquando apud Romani iuris auctores: sed popularibus tantum animis id licet. Iudicem enim, qui bonum virum, & sapientem agere debet, misereri non vult Callistratus, vetat enim eum in cognoscendo precibus calamitosorum illacrimari. Iam vero Romana lex, impunitum non finit esse maleficium, parcit tamen ex causa: per

Augustin. 9.
de civ. Dei.
Clem. Alex.
Strom. 4.
Vlpian. l. 7.
ff. de p. add.
l. 7. §. 7. ff. de
dol. l. 14. §.
2. ff. de cust.
reor.
l. 5. ff. de
seru. corr.

Callistr. l.
19. ff. de off.
Præf.

l. 6. §. 7. ff. de
re mil. l. 11.
ff. de pœn.

l. 20. ff. de
opt. leg. l. 34

vinam, aut lasciviam lapsis, capitalem poenam remittit, militia mutationem irrogat, alia etiam opera facit, quæ deputantur clementiæ hoc loco. Perficiendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituitur, quam causa deposcit, nec enim, aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpensio iudicio, prout quaque res exposulat, statuendum est. Plane in leuioribus causis, promiores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus poenis severitatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Ipsa quoque Romana lex, mutari sententiam, voluntatemque non finit, vbi ius quaesitum est, puta per electionem, & al-

teri

teri fit iniuria, puta cum commodata res repetitur, aut negotia sus-
cepta deferantur. Casus est ergo singularis hac lege: *Nonnum-
quam praeor variantem non repellit, & consilium matantis non aspernatur.*
*Vnde quidam filium emancipatum, qui de bonis conferendis cauere fratri-
bus noluit, audientium postea putauerunt, si vellet oblata cautione benefi-
cium bonorum possessionis exercere, tametsi responderi potest, videri eum posses-
sionem repudiasse, qui formam possessionis conseruare noluit. Sed benignior
est diuersis sententia; maxime cum de bonis parentis inter fratres dispute-
tur. Rationem porro singularem ista lex habet, quam & ipsa pro-
ponit. Nempe significat benigniorem sententiam, & interpreta-
tionem esse amplectendam, maxime cum quaestio est inter fratres,
de paterna hereditate: & ideo fauendum esse filio, in hereditate
paterna, licet repudiasse videatur Romana lex. Denique opinionem
culpae attribuit, vbi agitur de errore iuris. Ne enim iste error pro-
fit, non res, verum opinio aduertitur, siue *existimatio*, vel *existimatio*
mentis, vt appellant Romani iuris auctores. Vlpianus porro ait:
*Quid tamen si ignorauit quidem furem esse, adseuerauit autem bona fru-
gi, & fidum, & caro vendidit? videamus, an ex emto teneatur? & putem,*
teneri, atqui ignorauit, sed non debuit facile, qua ignorabat, adseuerare. In-
ter hunc igitur, & qui scit, interest, qui scit, praemonere debuit furem esse,
hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. Ecce hic men-
tio fit temeraria indicationis, id est factae per ignorantiam, vel opi-
nionem quamdam, est enim in opinione etiam ignorantia, & te-
meritas. vt diximus: ac vero temeritate non caret asseueratio facta
per ignorantiam simplicem sine assensu, & opinione. Stoici qui-
dem aiebant, non fallere, mentiriue sapientem, quia nihil opinaretur,
aut ignoraret: nihil etiam dolo faceret. Ergo Vlpianus Stoicos
imitari videtur, cum vendentem, sapere vult eo vsque, vt neque
*per ignorantiam; neque per dolum, fallat eumentem.**

CAPVT LV.

*Sapientem seipso contentum esse. Sapientis omnia. Sapientem
solum regem. Deo parem. Solum sapientem pulcherrimum, no-
bilem, ciuem, magistratum & iudicem.*

PRÆTER superiora inopinata, Stoicorum ista sunt: *Sapientem
seipso contentum esse, ita tamen, vt amicum habere velit, &*
vici-

Sen. ep. 9.

vicinum, & contubernalem. Non enim homo subtrahendus est humanæ societati, ad quam natus est. Sed sapiens a reliquis hominibus in eo distat, quod quæ sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mavult. *Sed contentus est ad beatè vivendum, non ad vivendum, ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad aliud, tantum animo sano, & erecta, & despiciente fortunam.* Hic Stoicorum sensus, in paradoxo nunc proposito, & manifeste ad Stoicæ illa commoda, & incommoda referendo, sicut enim referenda videntur sequentia paradoxa, e quibus hoc?

Laert. zen. Sen. 7. de ben. 3.

Sapientis esse omnia. Nihil prohibet, aliquid & sapientis esse, & eius, cui datum, & assignatum est. iure civili, omnia regis sunt: & tamen illa, quorum ad regem pertinet uniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & vnaquaque res habet possessorem suum, ad reges enim potestas pertinet, ad singulos dominium. Similiter autem data est sapientis omnimoda potestas, & eorum sunt omnia, non occupatione, sed animo. Vniuersitas illis, non singula hæc addicta sunt;

Clem. Alex. Strom. 2.

Quod autem omnia sint sapientis, aperte scriptura indicat, dicens: Quoniam DEUS mei misertus est, mihi sunt omnia. Vnum enim oportere expepi ostendit, per quod facta sunt omnia, & eis qui digni sunt, promissa tribuuntur. Ambrosii quidem verba sunt:

Ambros. de Abr. 2.

Salomon ait, eius, qui fidelis est, totus mundus diuitiarum. Quanso prior Salomon, quam Zenon Stoicorum magister, atque auctor scilicet ipsius? quis autem fidelis, nisi sapiens? sed dicat, quomodo sapientis totus mundus, quoniam ipsa natura dat illi sortem omnium, etiamsi ipse nihil possideat? Domina est & possessor sapientia: qua sua putat naturæ munera, nec ullis indiget, etiamsi desint ei ad victum necessaria. Namque muscus organa, aut medicus medicamenta, etiamsi, non habeat, habet tamen eo ipso, quo possit his uti, etiamsi ad tempus eorum usus non suppetat. Iam vero Stoici non dubitant asserere, solum sapientem esse regem, cum sit regnum potestas nulli obnoxia, quæ consistat in solis sapientibus, ut Chrysippi sententia est verissima. Quis enim vitis non obedit, præter sapientem? ut vero se regit, sic a-

Laert. zen.

alios quoque sapiens. *Quemadmodum gubernator in nauis, magistratus in ciuitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima, si reuera princeps est sapiens, in genere humano.* Profecto sapientem esse regem, cum doceret DEUS, inducit alienigenas dicentes ei, rex a DEO, tu es in nobis, sponte scilicet, admirationis causa, se illi subiectebant.

Phil. de Ab. rab.

Clem. Alex. Strom. 2.

Alex.

Sen. ep. 59.

31. 32.

Quemadmodum gubernator in nauis, magistratus in ciuitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima, si reuera princeps est sapiens, in genere humano. Profecto sapientem esse regem, cum doceret DEUS, inducit alienigenas dicentes ei, rex a DEO, tu es in nobis, sponte scilicet, admirationis causa, se illi subiectebant.

Per-

Pergunt ulterius Stoici ac *sapientem Deo parem* profitentur. Inopinati huius origo inde est, quod vnam eandemque virtutem, in DEO & homine ponunt. Quamquam DEVM, faciunt ditio- Idem ep. 87.
rem, & d. utiuiorem, sed negant hæc, virtutem, felicitatem, ue Plus de com.
adagere. Plena vero sunt ista vanitatis, & inscitiae. not. Sen. ep.
3. Idem de prouid. c. 1.

Accedat tamen etiam hoc admirabile, *solum sapientem esse pulchrum? animi lineamenta, sunt pulchriora quam corporis, recte ergo sapiens pulcher appellatur.* Stoici porro addunt, *solum sapien- Cic de fin. 3.*
tem nobilem. Nobilitas enim, est habitus a genere, vel institutione Plat de com.
apius ad virtutem. Sic definiunt illi, quibus etiam placet, *solum sapientem esse ciuem, magistratum, & iudicem.* Zeno aiebat, *nosse debere magistratum bona ac mala, id vero neminem stultorum posse.* not. Laert. Zen.
Quod quidem in iudice, & ciue verum etiam est. Denique Stob. ecl.
Stoicis, *solum sapiens est orator, poeta, doctus, vates, sacerdos, v- Sen. ep. 72.*
no verbo omnia. Cæterum Romani iuris auctores, dominium, possessionemque discernunt, nec omnium faciunt omnia, dum accommodant se popularibus animis. *Nam stulta mortalium aua- ritia, possessionem, proprietatemque discernis, nec quidquam suum credit esse, quod publicum est.* Cum vero illi de philosophis agunt, ab iis omnem auaritiæ labem abesse volunt; Vlpianus quidem Vlpian. l. 1.
ait, *an & philosophi professorum numero sint? & non putem, non quia §. 4. ff. de extr. cogn.*
non religiosa res est, sed quia hoc primum proficere eos oportet, mer- Id. l. 5. §. 7.
cenariam operam spernere. De Philosophis constitutio diui Pii ita de ff. de ex- de ff. de ex- cuf.
cis, *philosophorum autem, non constitutus est numerus, quia rari sunt qui philosophantur.* Existimo autem quoniam qui diuitiis superabundant, voluntarie tribuent pecuniam in utilitates patriæ; si autem proprie loquantur de substantia, inde iam manifesti fiunt, non philosophantes. Scribit quoque Papinianus. *Philosophis qui se frequen- Papinian.*
tes atque utiles per eandem sectam contendensibus præbent, tutelæ i- l. 8. l. 5. 4.
stem munera sordida, corporalia remitti placuit, non ea que sumis de vac.
bus expediuntur. Etenim vere philosophantes pecuniam contemnant, cuius resumenda cupidine, factam adseruationem desegant. Iam vero quod spectat ad aliud paradoxum superius recitatum, Vlpianus Vlpian l. 1.
ait. *Ius est ars equi & boni, cuius merito nos quis sacerdotes appellet* §. 1 ff. de iust. & vir.
injustitiam namque colimus. Et quidem (vt diximus) iurisconsulti sapientiam in iure ponunt, vnde iurisconsultos iustitiæ cultores non

male sacerdotes iuris, dixit Vlpianus: imitatione Stoicorum, qui sapientem verum sacerdotem asserunt.

CAPVT LVI.

Solum sapientem liberum esse. Sapientem sumere aliquando mortem posse. Solum sapientem amicum.

VT alia multa, sic *libertatem* quoque soli sapienti deferunt Stoici. *Et quidem libertas non aliud quam potestas agendi qua velis. Quis igitur vivit ut vult, nisi qui res sua sequitur, cui vivendi via considerata, atque provisa est, qui legibus non propter metum paret, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat, denique nisi libenter ac libere? Vera libertas est non servire vitiis, fortunæ, & corpori. Libertas autem ista philosophiæ est, huic serviamus oportet, ut contingat vera libertas. Illa studium vere liberale est, quod liberos facit. Sophi ergo liberi sunt, stulti autem, malique, servi. Quod etiam Ambrosius approbat: Item Augustinus hoc loco. Bonus etiam si servus liber est, malus etiam si regnet, servus est, nec unius hominis, sed quod gravius est, tot dominorum, quot vitiorum, de quibus cum ageret scriptura divina. A quo enim quis, inquit, deus est, huic & servus addictus est. Cæterum ex isto fonte libertatis hauserunt Stoici, sapientem sumere aliquando mortem posse. Non serviam aiebat puer ille Laco, ac præcipitem se dedit. Qui mori didicit, servire dedidicit, supra omnem potentiam est, certe extra omnem, quid ad illum carcer, & custodia, & claustra, liberum ostium habet. Vides arborem brevem, retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Iuste autem, & cum ratione, sapiens educet e vita se, vel pro patria, & amicis, vel se versetur in acerbitate dolorum, mutilatione membrorum, morborumque incuratione: postremo propter inhabilitatem ad officia præstanda, quibus debentur, item ob animi corporisue molestiam. Dolorem (ait Seneca) scicero perpetuum mihi patiendum, exibo non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est, ad omne propter quod vivitur. Imbecillus & ignavus est, qui propter dolorem moritur, stultus qui doloris cause vivit. Sed Stoicorum hanc sententiam, philosophi*

phi alii damnant, timiditatis, sæuitiæ, & iniustitiæ. Deus porro ipse, hoc verat. *Non occides*, inquit, id est te, vel alium. Vitæ dominus est, qui dedit Deus. Ipse si iubeat, vt Samsoni, & aliis iussit, deponenda est anima. *Quis obedientiam in crimen vocet? quis officium pietatis accuset.* Denique his exceptis, quos *Augustinus. 1. de cin. Dei 21. 26.* vel lex iusta, vel ipse fons iustitiæ Deus iubet occidi, quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.

Superiori Stoicorum paradoxo, quod liquido ad incommoda, siue reiecta pertinet (mors enim Stoicis, ita non mala est, atque, indifferens, vt tamen *habeat speciem mali*, reiectisque annumeretur, & idem est, de morbo, & dolore) adnectemus vltimo proponendum hoc paradoxum, *sapientem solum*, scire amare, *solum esse amicum*. Cuius ratio est, quod amantur bona, quæ solus sapiens noscit, vnde solus scit amare. Sed amare, & amicum esse, differunt, *qui amicus est, amat, qui amat, non utique amicus est.* Cæterum postremo loco, genus istud inopinati, proposuimus, quia cum superiora inopinata pertineant ad commoda incommodaue, item ad virtutem: hoc quidem spectat ad ea omnia, nam amicitia est communio commodorum, & incommodorum, in virtute fundamentum habens. Vnde nisi in bonis amicitia esse non potest, vt etiam statuunt Stoici.

Romani porro iuris auctores, in bonis amicitiam constituunt vt significat Paulus hoc loco. *Amicos appellare debemus non leui noticia coniunctos, sed quibus fuerint iura, cum patrefamilias honestis familiaritatis questia rationibus*, quod autem attinet ad inferendam sibi necem, cum Stoicis plane Romani iuris auctores conueniunt, vt aliis obseruatum annotatumue est,

CAPVT LVII.

Christi dignitas, philosophia, atque lex.

STRVCTVRÆ legum, sectarumue, quas composuimus, imponet coronidem Christi lex, atque philosophia. Christus ipse rex est regum, princeps sacerdotum, antesignanus prophetarum, philosophorum, legislatorumue colophon. Atque etiam philosophia prisca, facit ad Christianam. *Licet enim sibi sufficit, nec opis indiget alienæ, doctrina saluatoris, cum potentia sit, atque sapientia ipsius Dei, tamen si prisca iungitur ei philosophia, non quidem vires veritati confert, sed sophistarum insultus amolitur ab illa, propellit insidias omnes dominicæ demum vineæ, vallum est.* Ne tamen Christianæ, priscaque philosophiæ constructio hiet, ac male cohæreat, rudis alicuius lapidis modo, polienda, & dedolanda est philosophia prisca. Et istud quidem imagine alia declarat Hieronymus, ubi scribit *legimus in Deuteronomio, domini voce præceptum, mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnes pilos, & unguis corporis amputandos, & sic eam habendam in coniugio.* Quid ergo mirum, si & ego sapientiam secularem, propter eloquii venustatem & membrorum pulchritudinem, de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio & si quidquid in ea mortuum est, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado. Equidem una veritatis est via, sed in eam, velut in perennem fluviam influunt, & conveniunt aliunde, alii rivus. Animaduertimus philosophorum animas, que tam remota persecute sunt, tam perite viderunt, idcirco lumine veritatis adflatas, ut in salutem generis humani toti mundo quandoque ederetur dogma. Apud rudes vero gentium mentes, gentiliæ vicemur testimoniis: quo magis ignorantia morbo cæcata, & infidelitatis frigore in quantam glaciem durata gentilitas, Evangelicæ veritatis calori cederet, si eam veritas aduersantium quoque nobis ore sonuisset. Hæc Claudiani Mamerti verba sunt, ex quibus, & superioribus intelligere est, pertinere philosophorum priscorum sententias ad Christi philosophiam, velut ad coronidem. Sed coronis ista fulcitur evangelica lege, sustinet enim atque continet Christi philosophiam lex illa, cuius hæc ratio, conditio est. Deus per Moysen legis Mosaicæ præcepta dederat, evangelicæ autem per Christum

*Clem. Al.
Strom. I.*

*Hieron.
ad Magn.
Deuter. 21.
12.*

*Clem.
Strom. I.*

*Claudian.
Mam. de
Stat. an. 3.*

stum tulit. Is enim non tantum redemit nos, sed etiam præceptis imbuat legitimis, ut significat istud. *Is qui sine lege erant factus sum, I Cor. 9, 21. samquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi.* Evangelica ergo Christiue lex, præcepta continet moralia, nam Christus naturæ & decalogi præcepta explicat. Sacramentalia: *nisi quis venatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Postremo fidei. *Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Sed præcepta sacramentalia, proprie sunt Christi. Moralia vero, idem exposuit. Denique fidei præceptum ratione quadam auctum est, quia scilicet Christi natiuitas, passio, mors, reliquæque mysteria Iudæis obscure credita, nunc distincte creduntur a Christianis. Enimvero filii perfectius, quam serui norunt consilia, secretaue patris familias. *Iam non dicam vos Ioh. 15. 14. seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.* Moses quidem cum loqueretur populo, faciem velabat, Christus autem nobis facie reuelata locutus est. Cæterum differt quoque lex data Iudæis, a lege lata Christianis: in eo quod Deus, se vtriusque testamenti voluit esse authorem, sed terrena promisit in veteri, cœlestia in nouo. Deinde vero testamentum vetus supplicia comminabatur temporalia, nouum æterna intentat, vtriusque autem disparitatis ratio peti potest a distinctione alia seruorum, & filiorum. Serui enim, qui Dominum demerentur, mercedem accipiunt temporalem, filii vero grati est paterna hæreditas. *Eiice ancillam & filium eius: non ad Gal. 4. 30. enim heres eris filius ancilla, cum filio libera.* Contra autem qui famulatum inertem exhibent, minis, flagellisue subiacent: cum filii degeneres, patris hereditate priuentur. Apostolus autem, postquam eam dixerat Iudæos fuisse seruos, & filios ancillæ, mitigauit hoc, afferendo fuisse veros quidem filios, sed adhuc sub prædago, & tutoribus, vnde serui sint habiti. Iuxta illum igitur ut filius habet statum seruitutis, ubi est sub prædago, libertatis cum suo iure ruitur, ita populus Dei, conditionem seruitutis induit sub legis Mosaicæ iugo, libertatis autem, sub gratia legis Euangelicæ. Nam ista quidem lex, ut præcepit, sic adiuuit, & quoniam Mosaica tantum instruxerat, nihil contulerat gratiæ, sed Euangelica minus præceptorum, & gratiæ plus effuderat, Ioannes habet. *Lex, per Ioh. Moysen data est, gratia & veritas per Christum facta est.* Hic enim ab effectu præcipuo, lex Moyses, lex vero Christi gratiæ nomen obti-

obtinere: ut videatur incongruum verba Ioannis illa, sic intelligere, quasi præcepta Christi, minime vigorem legis habere possint apud Christianos. Hæc dicta sint de Evangelica lege quibus subiungi plurima possint de ecclesiastica lege, (ipsa enim accessit illi velut interpretatio quædam) sed enim per medium profundum ire non sustineo, sum iam sit in oculis portus, puppique nostræ corona fere, & operi nostro coronis imposita videatur. Tantum ergo dicemus hæc. Legis Ecclesiasticæ vinculum adstringit conscientiam, vitamque: pertinet vero ad actiones, quæ produnt se exterius, & ipsa mente deducuntur. Denique (ut diximus etiam de humana lege) & simplicem, & ex æquitate factam interpretationem admittit. Plura Theologi, & Canonistæ, a quibus ex professo lex Ecclesiastica pertractatur.

Domin. Sot
1. de iust. &
iur. q. 6. art.
4. Suar. 3.
. 30. D.
Tbom. q. 21
art. 4.

Tertull in a
polog Idem
prescript.
adu. her.
Cui. 7. obs. 2.
Lamprid.
Alex.
Matth. 7. 12.
Camer. 5.
med hist. 18.
Vlpian. 1. 1.
§. 1. ff. quod
quisq. iur.

Iam vero si perquirimus, an Romani iuris auctores aliquid *sumserint* a Christi *secta* (sic appellat Tertullianus) & *porticu Salomonis* (de qua *institutio* Christianorum est, sicut idem author habet) e- quidem Christiani fuere, Licinius Rufus, Aurelius Arcadius, Charisius, & Tertullianus, omnes Romani iuris auctores. Sed Alexander Seuerus ita delectabatur, hac sententia Christi. *Quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri*, ut regie domui, publicisque operibus, eam inscribi iussit. Est profecto qui putet Vlpianum Alexandri amicum singularem, ex Christiana illa sententia composuisse istam constitutionem. *Qui magistratum, potestatemue habebit, si quid in aliquem noui statuerit: ipse, quandoque aduersario postulante, eodem iure vii debet. Si quis apud eum, qui magistratum, potestatemque habebit, aliquid noui iuris obtinuerit: quandoque postea aduersario eius postulante, eodem iure aduersus eum decerneretur. Scilicet ut quod ipse, qui in alterius persona æquum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur.* Cæterum aliqui eiusdem Vlpiani verba hæc. *Si imprecatus est, (si ut vulgari verbo impostorum viar) exorcizauit, excipiunt, quasi Christianos, ethnicus ille voluerit perstringere: sed tamen exorcismi apud Ethnicos erant etiam visitati, sicut indicat iste Tertulliani locus. Qua constantia exorcizant alumnos suos.*


Tertull. de
ido. ol.

CAPVT LVIII.

*Traſtationis de philoſophia, & totius operis conie-
ctio.*

QVOD faciunt oratores, vt argumentum rei traſtandæ fu-
ſius expoſitum colligant: priuſquam aliud explicent; vt
denique cauſam omnem in peroratione coniciant: id fu-
perius vſurpaſſe videmur, & iſto etiam loco vſurpabimus.
Enimuero ante, traſtationem quamlibet longiorem, ſubinde con-
traſimus: hic autem, philoſophiæ expoſitionem a nobis factam
copioſe: item quidquid hæcenus explicuimus, paucis compre-
hendere meditamur. Ergo veram affectant iuriconſulti ſapienti-
am, veraue gaudent philoſophia, quoniam virtutem, id eſt iuſti-
tiam colunt, iuri ſtudent, ac mores procurant bonos, ope placi-
torum, quibus per naturam, philoſophiamue inſtrui debent.
Priuatum enim ius colligitur ex naturalibus, gentium, ac ciuili-
bus præceptis; naturalia vero præcepta, naturæ: ciuilia, philo-
ſophiæ (ſicut expoſuimus) habentur auxilio. Cum porro tria ſint
præcepta iuris, *honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuique
tribuere*, iuriconſultorum finis in iuſtitia vniuerſa collocandus eſ-
ſe videtur. Sedenim ciuilia, philoſophicæ placita, iuricon-
ſultus accipit, vel ex legibus philoſophorum, vel ex eorumdem
placitis nulla lege fancitis: vnde cum ageremus de philoſophis,
non tantum meminimus eorum, qui condidere leges, verum etiam
eorum, qui ad leges aliquid contulere. Pauca tan- en iſtorum placi-
ta retulimus, omnia enim referre longius fuiſſet, ac deinde ex al-
latis, omnium vſurpandorum ratio intelligi poteſt. Curioſum
autem eſt, quod exponendis legibus, non nihil diximus de rebus-
publicis, quibus ſunt data. Cæterum ſi fieri poſſet, aut etiam
conueniret, vt quiſque iuriconſultus omnium philoſophorum,
quos memorauimus, ſententias mente caperet, hoc ſane in illo de-
ſideraremus. Quoniam autem id humanæ infirmitati, vix poſſibi-
le eſt, & aliquatenus inutile, ob crebra philoſophorum antiquo-
rum deliramenta: petimus dumtaxat vt philoſophiam omnem de-
libet ipſe iuriconſultus, vnã vero aliquam præfertim excolat. *Sen. ep. 95.*
Nam *que admodum folia per ſe viuere non poſſunt, ramum deſide-
rant,*

rant, cui inhaereant, ex quo succum trahant: sic praecepta, si sola sunt marcent, insigi volunt lecta. Illa porro vna, quænam erit? Profecto, quælibet eligenda venit, & in eo sequenda, in quo philosophiam, legemue Christi non impugnat, & lædit. Est (ait Iustinus ille sanctus) *philosophia ingens possessio, & venerabilis apud Deum cui nos sola sistit, ac vero sancti, beatique sunt, quotquot illi mentem applicant. Non spernenda est (inquit Gregorius Nazianzenus) eruditio, quia sic videtur aliquibus: sedentem censendum laos, & imperitos esse, qui hoc modo habent, vel lenique omnes sui similes, ut laterent in communi grege illo, & incerta reprehensionem effugerent.* Denique Lactantii verba sunt, *philosophia non nocet, imo prodest plurimum, si religione imbutus est animus.* Ergo philosophia Christi, alia quæuis metienda est. *Si qua philosophi vera dixerunt, ab eis sunt, tamquam iniustis possessoribus vindicanda: postremo vera philosophia est Trinitatem intelligere, scilicet unum DEum, a quo: spiritum sanctum, in quo: & filium, per quem sumus. Principium ad quod creamur, formam qua sparamur, gratiam in qua reconciliamur.* Itaque veram Christi philosophiam præfiget alii cuius philosophiæ qui veram Iurisconsultorum philosophiam amplectetur, & exercebit vt debet. Omnis enim cognitio exercitatione perficitur & adimpletur.



MAR-

MARQVARDI FREHERI
CONSILIARII ARCHI-PALATINI

DECISIONVM
AREOPAGITICARVM
SYLVVLA.

IN QVEIS CONTROVERSIARVM APVD
VETERES PRO INEXPLICABILIBVS HABITARVM
RESOLVTIONES NOVA RATIONE
TENTANTVR.

HALAE-MAGDEBVRGICAE
Apud ERNESTVM GOTTLIEB. CRVGIVM.
M. DCC. XXVII.

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO
VIRO
DN. IOH. CHRISTOPHORO
a G R V N
IN WEYERSBERG,
SERENISS. ELECTORIS FRIDERICI V. CO-
COMITIS PALATINI AD RHENVM ET BAVARIÆ
DVCIS CANCELLARIO DIGNISS. MERITISSIMO.
QVE.

DVDVM ea me cura mouit, qui tot alios aut de me meritos aut non indignos litterariis muneribus honestauit, qua ratione a Te me absoluaui, qui in isto culmine dignitatis positus certatim omnium studiis & officiis ambiris, me vero eximii fauoris multiplicibus argumentis iamdiu obstrictum nexumque tenes, & indices magisque deuincire non desinis. Neque vero circumspicio aut apparo, quod aut dignum oculis tuis, aut par sustinendo grauissimo iudicio suppeditet tenuitas nostra (cuius tanta fiducia causas procul habeo, & quod credant etiam iniqui & invidi,

sum memor ipse mei, atque satis mea friuola noui) nedum quod beneficiis meritisque tuis vlla parte respondeat: quam tu facultatem mihi ipse ademisti: sed quod saltem testando animo esset grato memorique, & tui obseruantissimo: quod quidem in facultatum inopia fieri quouis modo & potest, & apud Æquum iudicem sufficit. Quæ cum tua propria sit virtus, ut a natura bonitate insita, ita muneri tuo vnice conueniens (ÆQUITATEM dico) quid si ipsum quod de ea ante aliquot annos pertractatum perire indignum iudicaui, inter litteraria mea fortuito repertum, & flagrantibus Typographis concessum, ad Te afferam, non sine accessione tamen Decisionum quarundam?

Quod genus cum Te præ aliis scribendi tractandique Iuris exercitius utile æstimare non ignorem, libuit gratuitam operam amicorum ergo in veteribus questionibus enucleandis collocatam Tui iudicii facere. Iudicia aliorum neque capto, neque moror, Diuersa esse solere ut scio, ita istos minime omnium aberraturos, qui quod facio, fretum me & modo non abesum insigni illa & nota omnibus humanitate Tua comitateque fecisse dicent: quam inter multas magnasque virtutes, quibus extra ambiguitatem honori tuo decus ipse concilias, omnes boni suspicere & amare, ego etiam implorare & vsui meo applicare soleo.

Neque vero aditum mihi deinceps ad meliora & plura afferenda præclusum putabo, cum in plures Iuris utriusque (tam Romani quam Germani) locos, etiam isto sublimiores, quædam minime peruulgata habeam. Quæ siue in aetatem pigriorem referuem, seu plane desperem, & ingentes operum (ut ille ait) minas derelinquam, certe, dum quæ magis & æui & gentis nostræ vsura absolui puto, DEO bene fauente extrudam: De Imperio Romano dico, utriusque linguæ Teutonice commentarios, Iuris Græco-Romani Corpus, Canonici historiam, in Carolinum Chrysobulon, veteres populorum Teutonicorum leges, item Ius Feudale Saxonicum annotationes, denique Palatinorum Principum nostrorum Elogia: ne alia etiam minutiora dicam: quæ omnia DEI beneficio propemodum affecta sub manibus & incude mihi versantur, si vitam DEVS suppeditet, propediem ruptis claustris in apricum proditura. Tu Persicæ munus illi præstabis, si apud benignissimum Principem, cui me totum ut ultro volens deuoui, sic bona fide impendum, aliquid otii absoluedis impetraueris, quæ absoluta placitura forte & profutura confido; & qui partem sobolis meæ de Iustriis aquis lubens suscepisti, hinc etiam ingenii seu fœtibus seu abortibus obstetricari dignere. Quod quia nec rogari operosius (scio) sustines, in publica commoda peccare desino, & Te Principi ILLVMQ. Reipubl. diu saluum & incolumem opto,

MARQ. FREHERVS.

PRO.



PROTAGORÆ ET EVATHLI CONTRO-
VERSIA APVD AGELLIVM, EXPOSITA ET
DISCVSSA.

CAPVT I.



NON iniucunda est Agellii & Apuleii narratio *Lib. 6. c. 10.*
de Protagora Abderite Sophista acerrimo, qui *Apul. 4. Flo*
quidem (teste Laertio & Philostrato) τὸ μὲν δὲ δια- *rid*
λέγεσθαι πρῶτον εὖγε; Euathlum adolescentem
nummarum & magna ad forensē eloquentiam a-
nimi propensione, in disciplinam suscepisse, pa- *Lib. 111. c. 6.*
cta mercede grandi, (Quintilianus decem milia
denariorum exprimit) cuius dimidium statim is prænuerasset,
reliquum daturus quo primo die causam apud iudices orasset & ob-
tinuisset. Eundem vero cum multo tempore impenso, magnoque
satis in facundia progressu facto, causis nullis se agendis accinge-
ret, ut eludere sic mercedis reliquæ solutionem velle videretur,
atque etiam conaretur, vnum hoc causatus, ἀλλ' ἔδειπὼ νενήκηκα,
tandem in ius vocasse, & ex pacto super didaistro conuenisse, v-
sum bicorni argumento, in hæc verba comparato: *Disce adole-*
scens, viroque modo fore, ut soluas quod peto, siue contra te pronun-
tiatum fuerit, siue pro te. Illo enim merces mihi ex sententia debetur,
quia vicerō: hoc vero, ex pacto, quia tu viceris. Quod mirus clare
apud Laerrium: Ἄλλ' ἐγὼ μὲν ἀννήσω, ὅτι ἐνήμησα, λαβὲν μὲ ἔδειπ' ἐὼν
δὲ σὺ, ὅτι σὺ. Quod formandæ actionis genus cum considero (liber-
nim in singulis controversiæ partibus animi nostri sensa exponere)
iuris regulis & stylo fori nimis quam alienum, mirari satis iuris
conditorum prudentiam artisquæ eius præstantiam non possum
iuxta quam ut controversiæ huius disceptatio decisioque facias &

expedita fuisset; ita argumentatio illa Magistri plane ridicula, & pedum suppositione excipienda. Quale est enim, quod cum ex pacto agere intendat, sententiam a pacto diuersam sperat; pactum vero tum demum cum causa ceciderit, sibi profuturum confidit? *Si non sententiam obtinebo, inquit, vincam ex pacto.* Quid audio? victus vinces, & post sententiam nouum ius ex ipsa sententia habebis, & inuito non minus iudice quam aduersario obtinebis? *At tu qui sapiens es* (libet illi obiectare cum Terentiano Demiphone) *magistrasus adi, iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi.* Quadenique fronte, sententia inferior, vis superare pacto? Vnde igitur iam agis, nisi ex pacto, ex contractu? Huius nisi iam nunc a cognitore in ferenda sententia ratio habeatur, quando & vbi postea haberi poterit? Nam vt pacta iuri communi & consuetudini derogant, ita ipsis res iudicata.

Quid ad hoc telum Euathlus? cui quidem vt reo fauendum, & praesertim ex veteri lege τῷ πρωτοπειρῶ συγγνώμη parata foret; si non ipsa per se causa parum fauorabilis esset, & quod

Iuuenal, Sat.

- 7.

Rara venis merces, quæ cognitione Tribuni

Non egeat, vt Satyricus conqueritur.

Non tamen causatur hic noster, quod ingrati illi, profectus exiugitatem. *Quid enim scio?* Quod si fecisset, poterat ei replicari, vt periculum artis faceret, in harenam descenderet, aleam iudicii experiretur. *Quæ est omnino vnica ex arbitrio boni viri componendæ aut decidendæ litis istius ratio, eaque ab eruditis viris ad hunc ipsum locum tradita.* Sed insurgit feroculus in Magistrum, suisque sibi telis eum petit, atque adeo conficere se putat. *Quæ qualia sint, videamus.* *Poteram, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni esse obuiam, si verba non ipse facerem, atque alio patrono uterer.* In quo statim exordio egregie fallitur, dum putat, aut effugere se promissi solutionem, donec ipsi causam apud iudices orare libeat, posse; aut litæ per Procuratorem suscepta minus se periclitari, quam si ipse causam suam agat. Sed ad rem adgreditur, & seriam actionem in aliud tempus reijiciens, solummodo proludens in hac velitatione, iactat Magistrum non in causa tantum, sed in argumento quoque illo suo vincere velle. Quod quidem hunc in modum retorquet. *Disce docendus adhuc, mi Doctor, viroque modo fieri, uti non solum quod petis, siue iudices pro me pronunciauerint, ex*

*Vigilius in
Dialect. Iur.
p. 478.*

senten-

sententia nimirum, quia vicerim: sue contra me, ex pacto quippe, & quod hanc primam causam minime obtinuerim. Dignissime illo Magistro, vel potius (vt Apuleius vult) veteratore discipule, satis probas quo e ludo prodieris; probe didicisti bicorne istud argumentum in auctorem suum reciprocare. Sed quid tibi vis a te si iudex condemnet, pactum absoluet? quo foro? piget plura. Tantum noto mirabilem apud iudices agendi rationem, qua vterque partium videatur malle causam perdere, quam obtinere: & tutius putare, pacto niti post sententiam aduersam, quam iure ex sententia quæsito. Itaque cum vterque sibi belle ratiocinatus, & inexplicabilibus vinculis induisse aduersarium videatur: quid aliud egerunt reuera, quam quod alteri mulgenti hircum, alter cribrum supposuit, vt est in proverbio. Verissimum vt vel hinc liceat de illo hominum genere scholastico agnoscere iudicium Plinii Secundi. Nihil eo aut simplicius, aut sincerius. Schola & auditori. Lib. II. e. am, ut ficta causa, ita res incermis & innoxia est. Nos autem, ad Piff. 3. dit, qui in foro veris que litibus serimur, multum malitia, quomnis nolimus, addiscimus.

Et hoc sine stetit disputatio: nec quid aliud a Protagora legimus replicatum. Credo quod suis sibi armis confessus illud veritus ingemeret, *εικείναι πλέγαι αλισκόμεν*. Qui si primoribus labris principia veri iuris degustasset, ad subtile commentum quod responderet, in promptu habuisset: Sententia quidem iudicium vt vt inter nos cadet alea, vires & effectum suum fortietur: pacto autem condemnatus te defendere frustra nitris, quasi causam hanc primam non obtinueris: neque enim in ineundo inter nos contractu de tali casu actum fuit aut cogitatum. Egone aut sperare debui, mihi tecum ingrato hanc rem futuram, aut tam stupidus stolidusue fuisset, vt si foret, etiam vincere te vellem? aut tu tam improbus, vt cum præceptore bene merito, omnium primo eloquentiam tuam te experturum meditareris? Periclitare vti que quid sub me profeceris, sed cum alio: me scilicet, qui legem dixi, exceptum habe. Nam vt a me inciperes, mens mea esse qui potuit? Hæc dicere suffragante iuris regula poterat, si non ipse prius eam viam Euathlo præiuisset, pactum ad hunc casum allegando, quod est ab eo remotissimum: non aduertens, id si admittatur, posse eodem modo in se retorqueri.

*Dd in L. 18.
C. de solut.*

Sed

Lib. XII.
c. 7.

Sed quid tandem Iudices? Digni partibus iudices, quibus tantum hoc *αμφιδοξον* negotii fecit, ut quod æquius melius esset, perspicere nequirent. Et hi quoque callido commento, dum *Non liquere* fratri pudet, sententiæ dictionem in diem longissimam distulerunt. Cur non sæculum totum, quod Areopagitæ in quæstione multo planiore aliquando fecerunt, apud eundem Agellium: *Verum*, inquit Agellius, *ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet.* Quod quale sit, vix capio. Sententiæ iudicum quomodo per appellationem, aut supplicationem, aut in integrum restitutionem rescindantur, scimus; quomodo se ipsæ rescindant, non item. Ista quidem si boni viri arbitrio innixa Euathlum condemnasset (absolvere enim triconem & frustratorem ingratumque qua iuris speciè poterat?) nullum recidivæ, ut sic dicam, pacti exceptioni locum reliquisset. Quomodo enim contra rem iudicatam id, quod iam in quæstione & disceptatione fuit, refricare fas erit? postquam nec omissa peremptoria exceptio amplius auditur, neque nova sed fera fortuna reperta demum instrumenta. *L. Imperatores D. de re iudic. L. 4. C. eod. L. 2. C. sentent. resc. non posse.* Adeo verum est quod vulgo dicitur, post rem iudicatam nil amplius queri, nisi an iudicatum sit. Et ut ipsi Rhetores passim inculcant, *iudicia iudiciis non rescinduntur.* *Εάν γάρ αβξάμεθα πράγματα κακῶς ἢ καλῶς κεκριμένα μεταλλάξιν, εἰδὲν τετελεσμένον ἔσται,* dixit Dīvus Hadrianus apud Dositheum.

Sed nonne & ego tandem ineptus videri poterō, qui hisce immoror? Possem, si unam hanc litem secandam suscepissem, cuius diiudicatio non tam forte e penetralibus iuris, quam sensu communi & luce naturalis æquitatis vltro se ingerit. Nos insuper glaucomam illam Areopagitarum oculis abstergere ita voluimus, simul ut eadem opera similes sophismatum nebulas, quæ & Rhetorum pulpita, & iuris Consultorum nostrorum auditoria aliquando exercuerunt, dilueremus, & omnino vno collyrio omnibus illis sophistarum & leguleiorum lippitudinibus mederi doceremus.

Quæ-

*Quæstio ΤΩΝ ΑΠΟΡΩΝ ab Africano proposita, leuine-
gotio dissoluta.*

CAPV T II.

NEQVE enim ignota iuris nostri auctoribus (quippe qui a Stoicis imbuti) fuit τῶν ἀπόρων quæstio, qui tractatus apud Dialecticos τῶν Ψευδομένων dicitur, *ubi quicquid constituerimus verum esse, falsum reperitur*, ait Africanus in quadam quæstione Falcidiana; quam quia sub manum ultro venit, quid vetat obiter vtrutroque in transitu a nobis explicari.

*L. 38. D. ad
Leg. Falcid.*

Qui quadringentos possidebat, trecentos inter amicos legando distribuit: deinde fundum dignum centum aureis (agnoscis voculam a Triboniani manu) Titio legauit sub hac conditione, *Si legi Falcidiæ in testamento suo locus non esset*. Quo loco quis credat aliud testatori in animo & præ oculis fuisse, quam quod aut iuris ignarus nesciret, quo vsque legando progredi liceret, ne Falcidiæ locus daretur; aut summam fortunarum suarum non ita liquido subduxisset, vt inter testandum de hac re, an non in Falcidiam impingeret, plane certus esset. Id quod multis euenire solet, qui aut sub incerta fortunæ alea positas res habent, vt negotiatores, nauæ, fœneratores, aut etiam (vt Iustinianus alicubi ait) amplius de facultatibus suis sperant, quam in eis est.

*Inst. quib. au
caus. manu-
mit. §. 4.*

Quæritur igitur, quid iuris? Vbi sane procliuè est responde-
re, quod Africano statim occurrit; si legatum Titii valere quis velit, legi Falcidiæ locus erit, quæ id ipsum absumeret: atque ita deficiente conditione legati, ipsum non deberitur. Et quis sane sensu communi præditus aliter iudicauerit? ex voluntate testatoris (quæ vtramque paginam facere solet) ita clara, vt nemo non agnoscat, noluisse eum, cui ad Titii demum mentionem Legis Falcidiæ in mentem veniebat, ob Titii legatum vel cætera minui, vel etiam heredi suum quadrantem intercipi. Atque vtinam in hoc adquiesset Africanus, quando dignam restu quæstionum putauit.

Iam vero vt τῶν ἀπόρων nobis quæstionem fabrefaciat, in alteram partem argumentum texit, e subtilitate (si Diis placet) Stoica concinnatum, vere aranearum operis tenuius atque subtilius. Rursum, inquit, si defecta conditione legatum Titii non valebit,

Ee

Falci-

Falcidiae non erit locus. Si Falcidiae non est locus, conditio Testatoris euenit. Si euenit, legatum Titio debetur. Dii boni, quid video? argutationem Stoico nomine dignam, an nebulam pictam in pariete? Quid ais? *Falcidia non erit locus.* Credo equidem: non magis quam Aquiliae aut Corneliae. Nimirum in re nulla Lex nihil operabitur. Si legatum ipsum sublatum sit, non habebit Lex illa quod abradat amplius aut defalcat. At non hoc testator voluit, cum diceret, *Si Falcidia locus non erit in meo testamento.* Stare testamentum suum putauit, etiam in legato Titii: & si staret, Titio consultum solebat, non si iam expugnatum esset. Quo loco singulare tuum æumen, & capitale illud ingenium, Africane, non possum non requirere: qui Dialecticorum ingenium, scilicet tendiculas hic ostenderis, dignumq; vindice nodum proposueris, & non leuissimam amphibolian prima statim fronteprehenderis, & riseris. Euenit conditio, si per facultates defuncti liceat omnibus legatis satisfacere, & rationem insuper heredis habere, quæ necessario ex iure publico habenda: si nihil defalcare opus sit, denique si legatis omnibus hereditas sufficiat. Non si vno alteroue legato per ipsam Falcidiam rescisso, illa demum excludatur. Quomodo enim tum locum huic denegabimus, cum maxime admilla est, & iam officium suum fecit? quandoquidem quod non debetur legatum, id ipsum per hanc effectum est. Denique Falcidiae non est locus, quia iam fuit, neque plus quam semel esse potest aut debet. Itane in hac ἀπορία laborabas, & æstuabas Africane? itane aqua tibi hærebat, vt veluti in ancipiti biuio tandem Herma viso decerneres. *Magis est vt statuere debeamus, conditionem defecisse.* Quid facias?

Quandoque bonus dormitat & Apher.

Pseudomeni exempla apud varios Auctores una opera extricata.

CAPVT III.

PSEVDOMENO igitur (cuius etiam apud Tullium, Senecam, Quintilianum, & Augustinum, aliosque mentio) pariter vt cæteris cauillationibus nomen factum ab eo exemplo, a quo vel fortuito nata fuit aliquando illa captionis obserua-

seruatio, vel quod initio dum excogitatae fuerunt, in assumptionem venit: vt in Cornuto, Ἐγκυκαλιόμεω; Vt de, Crocodilite videmus. Ita de isto quaestio suborta, an credendum sit ei, qui diceret. *Se mensiri*, quod in vtramuis partem anceps & periculosa fidei alia videretur. Vt si Creta oriundus popularibus suis impingeret illud tritum: Κεῖρες αἰὶ ψεύσαι, magis eos propemodum labe illa liberaret, ipse falsimoniae suspecta gente profatus. Sed quis non videt (neque enim diutius mihi tempero) Cretensem, dum propriam nationem infamat, se saltem exceptum cupere, fr- bique de aliis iudicanti fidem constare velle? non minus quam Bias Prienæus, cum *Plures malos*, πλείους κακὸς dicebat, se certe non inuoluebat:

*Sed nemo quisquam tam malus iudex fuit,
Qui non bonorum partibus se copulet.
Sive ille vere bonus est, seu dici studet,
Iam fugit illum nomen inuisum Mali.*

*Auso in VII.
Sapient.*

Neque aliter accipiendum est,

*Quicquid nil statuens verum Academia duplex
Personat, vt Sidonius ait.*

Et Arcesilas aduersarius Stoicorum, ignorantiae Magister, cum affirmaret, *Nihil sciri posse* (quod contra eum retorqueri solebat,

*Denique nil sciri si quis putat, id quoque nescit,
An sciri possit, cum se nil scire fatetur.)*

Lucret. 4.

Se saltem scire, & hoc ipsum scire, tacitus subintelligebat. Nam sibi profecto non adimit scientiam, qui aliquid affirmat, vt ceteris adimat: vt deprehendit Lactantius. Apertius Socrates, qui palam de se profiteri solebat, *Se unum hoc scire, quod nihil ipse sciat*: In quod aliquando ita lusimus:

*Eiron scire nihil professus, hoc, Se
Nil scire, scibat unicum.
Nunc suaues scioli vniuersa callent,
Nil scire se, unum nescii.*

Et tale est, quod ibidem Lactantius meminit, in scholis proponi *Lib. III, c. 6.*

solitum Aſyſtati generis exemplum: ſomniaſſe quemdam: *Ne ſomniis crederet.* Nam quicumque illi Deus hoc immiſerat, huic ſaltem eatenus credi voluit. Et ſi proponatur, An parendum ſit reſcripto Principis carenti ſubſcriptione, quo vetatur *pareri reſcripto ſine ſubſcriptione*; etſi poſſit eodem modo ſerra dubitationis reciprocari, manifeſta tamen eſt voluntas Principis, vt deinceps demum talibus reſcriptis non pareatur, huic pareatur qualicumque: nec ab hoc incipiat, ſed a ſequentibus. Atque ita (vt eandem concludamus) Pſeudomenos ille hoc ſaltem ingenue fateatur, & bona fide credi ſibi vult, ſe veritatis hac vice compendium facere: omnino eadem forma, qua Lucianus in Veris Narrationibus de ſe præfatur, τῆτο ἀληθείων λέγω ὅτι ψεύδομαι. Adeo perpetuum eſt, proferentem nolle verba retorqueri in ſe ipſum: non Protagoram, non Cretenſem, non Arceſſam, non alium quemuis. Et quod noſtri iuris Auctores eleganter obſeruant: *In generali ſermone ſemper excipi perſonam loquentis.* Dd. in L. XVIII. C. de ſolutionibus.

ΑΝΔΡΑΤΑ ΘΟΥΝΤΩΝ *controuerſia apud Agellium ex iure definita*

CAPVT IV.

Lib. 9. c. 16.

Quintil. De
clam. 306.
Colpurn. 22.

QVAM extricauimus controuerſiam ex eo genere fuit, quod Rhetores ſcholici *Αντισρέφοντα* vel Reciproca vocant. De quo genere proponit idem Agellius & aliam, ex Plinio Secundo: quam itidem facile fuerit diſſoluere, ſi hoc ſolum intelligamus, Legem illam præmii optionem fortibus facientem, neque optionem rei natura improbæ continere debere (vt ipſi Rhetores * limitant) & contradictionem iuſtam admittere: neque eſſe in ipſos fortes (quippe Legis huius imperatores) & prius meritos conuertendam. Atque ideo vt dicis ergo concedamus, primo forti vxorem alienam in præmium ceſſiſſe, non tamen valere poſterioris argumentationem: *Si placet Lex, redde, quia fortiter feci: ſi non placet, nec eam admiſſis, redde, qui meam nullo iure habes.* Omnino ius Connubii in hocce iudicio non inſpiciendum eſt, ſed Lex ſola: quæ quod ſemel tribuit, pleno & per-

perpetuo iure tribuisse censenda est; & inter duos fortes eum præferre, qui prior ἀνδραγαθῆναι suum patrauit. Quo pertinet & iuris regula, *Privilegiatum contra privilegium non uti privilegio.* Sed parco in ista Comica lite me diffundere; & patriæ vindices istos, cum piratis catenatis in littore stantibus (quod Petronius ait) & tyrannicidis, Rhetorum pulpitis relinquo; & ad aliud huius perplexitatis exemplum, magis foro conueniens, & ad recuperatorum cognitionem pertinens, me conuerto:

*Elegans antistropheuse exemplum ex equo & bono
decisum.*

CAPVT V.

CVRIVS Fortunatianus Consultus Antistropheusan definit, *cum actionem suam conuertunt litigantes, & neuter vitur sua priore sententia, sed aduersariis suis.* Exemplum ponit tale. Repebat Titius ab amico suo Seio pecuniam cum vsuris, quasi mutuam. Seius offerebat sine vsuris, tamquam depositam. Inter moras iudicii Lex lata est de nouis Tabulis: vt iam Titius non de interufurio laboret, sed de ipsa sorte periclitetur. Repetit igitur pecuniam tamquam depositam: retinet Seius quasi creditam. Elegans exemplum; & vere dignus vindice nodus, neque facile etiam ingenioso & docto soluendus, sine Legum & iuris ope. Non enim video, fatetur ipse Augustinus, *quid sit hic quod inferenda sententia iudici liquere possit: cum petitor idem interdum credidisse, interdum deposuisse se dicat; & ille alter interdum depositam accepisse, interdum creditam: & neuter sua priore, sed uterque alterius præterita sententia utatur.* Sed videridum (quod ille non intellexit) an variatione tali, velutique mutata velificatione, vento aduerso uti vnus amboue possint. Nam & editam intentam que de mutuo actionem Titius probare habet; mutare possit litem contestatam (iudicium enim susceptum Curius innuit, *pendens* dicit Augustinus) nequit: & Seii confessionem atque oblationem non acceptauerat, dum vsuris inhiat. Et rursus sortem non negabat Seius: idque ex contractu bonæ fidei, cui omnium minime conuenit, & depositum & semel confessum denuo inficiari. Quid quod & casus

E e 3

inci-

L. 4. L. 18.
S. 1. De
rob. c. red.

incidere potest, vbi ambiguum fiat, mutuum an depositum sit: qualis est ab Vlpiano notatus. Quo sane casu permittere libelli mutationem videtur ipsa æquitas, quæ hac in parte plurimum potest, vt est ab Imp. rescriptum *L. edita, C. de edendo*. Adde quod Lex de Nouis tabulis forte debitum iam in iudicium deductum, velutique nouatum, expungere non debet, *arg. L. non potest D. de iudiciis*. Denique cum hîc consentem in sorte reum, & soluere paratum habeamus; non debet ei Nouarum tabularum beneficium prodesse; quod non nisi ex publicæ necessitatis causa ad subleuandos pauperes, qui per soluere non possent, comparatum est, vnde *necessarium in ciuitate remedium* dicitur Quintiliano patri. Quibus perpensis æquius & melius fore censeo, Seium in sortem condemnari, expensis (vt hoc saltem τῶν ἀντιπροσώπων perplexitati condonemus) non abs re compensatis.

Declam.
336.

Arcopagitarum in centesimum annum dilata consultatio, tandem post tot sæcula determinatur.

CAPVT VI.

Valer. Max.
lib. 8. cap. 1.
Agell. lib.
12, cap. 7.

QVÆSTIONEM veneficii parricidiique tandem ex facto habemus actam in consilio Cn. Dolabellæ, & quia assessoribus non liquebat, ab eo Athenas Atticas ad Arcopagitas remissam. In qua quomodo iuris peritiam, quam debebant, Assessores comitesque illi præstiterint, nescio: hoc scio, Arcopagitas iustitiæ palam illulisse videri, qui dum mediam inter absoluendum & damnandum viam quærunt, ne aut dimitterent veneficam, aut yltrix necessitudinum puniretur (ait Ammianus) nouo comperendinationis genere ream cum accusatore centesimo anno adesse iusserunt. Quod quid est aliud, quam iudicis a se officium abdicare, Æaco & Rhadamantho transcribere?

Lib. XXIX.

Lib. 1.

Cæterum ipse casus non multum diuersus est ab illo vulgato Orestis, de quo ita Author ad Herennium: *Quum usus fueris, Orestes ratione hoc pacto: iure occidi matrem, illa enim patrem meum occideras: vsetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnata pœnas dare oportuit.* Et mox νε-
ρομε.

νόμῳ format hoc modo : *Cum dicat Orestes , se patrem ulciscendi causam matrem occidisse , rectumne fuerit , a filio sine iudicio Clytemnestram occidi ?* Neque etiam ab illo Horatii , elegantissime pertractato a Tullio , qui occisis tribus Curiatii , & duobus amissis fratribus , domum se victor recepit : ubi animaduertens sororem suam de fratrum morte non laborantem , sponsi autem Curiatii nomen appellantem identidem cum gemitu & lamentatione , indigno passus virginem occidit. E quo casu hanc iudicationem format : *Cum Horatia fratrum mortem negligeret , hostium lugeret , de fratre & Populi Ro. victoria non gauderet , oportueritne eam a fratre indemnata necari ?*

Nos ut scelerum vindictam Magistratum competentem , a privatis ut ut offensis , minime præripiendam & usurpandam , neque qualemcumque reum inauditum & indemnatum ab ipso magistratu neci dari debere (ex XII. Tab. *Salvian. p. 310. ubi Rittershusij*) scimus ; ita gravem & iustum animi motum , affectum desideriumque extinctæ sobolis , sexus imbecillitatem , aliquam mitigandæ Legum severitatis causam præbere , didicimus ; & pro culla cum serpente nigrisque bubus , alterius extra ordinem poenæ genus , fustium , exilii , Gyrorum , substitui posse usu comperimus. Quod moderamen , eleganti translatione a transactione rei dubiæ & controuersæ *Decidere* vocat Callistratus *L. 2. D. de termino moto*.

Diuerfis iudicum Sententiis dictis , quæ ratio in-
cunda.

CAPVT VII.

SED quid si tali similitudine casu Areopagitæ Iudices diuerfas dixissent sententias , quidam capitis , alii exilii alii mulctæ , easque numero pares ; quænam harum obtinisset ? Res expedita. Quemadmodum si de re pecuniaria apud Recuperatores agatur , & hi diuerfas summas dicant , itur in minimam , quippe in quam omnes consenserunt , *L. diem. §. si plures. D. de recept. arbit.* Ita si apud Triumuiros de crimine sit quæstio , paribus sententiis reus absoluitur , vel minimum condemnatur. *L. 20. & 30. D. de re iudic.*

iudic. Hæc est vetus illa Lex ἰσοψηφίας decantata apud Rhetores & Scholasticos, Ὅταν ἴσῃ γίνωνται ψήφοι, ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος. Lex iubet eos absolui, qui pares sententias iulerint, inquit Quintilianus. Sed hoc non solum humanitate (vt ibi dicit) publica, & miseratione reorum, verum ipso & mero iure: quandoquidem dici non potest, accusator reum in iure sententiis superasse. Quam rationem reddit Philosophus; ὅτι ὁ φεύγων ἰπὸ τῆ δίκης ἐδὲν πέπεισθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς ἴσῃσι κεντῶ ἤδη εὐελλε νικᾷν. Dixi, dixissent sententias: quod accipiendum est, si & retinissent, nec vnus ia aliorum sententiam concessisset, quod conigit in casu a Plinio secundo relato. Addo etiam, nisi superior Iudex vnâ ex sententiis suo calculo approbasset & confirmasset, *d. L. XXVIII. Dere iudic.*

Sed quid si ex septem iudicibus tres capitis, duo exilii, duo mulctæ vel infamæ sententiam dedissent? quam quæstionem ceu inexplicabilem idem Agellius proponit. Vincetne vna durior illa capitalis, an cedet duabus mitioribus? quæ vtur inter se dissident, in hoc certè conueniunt, quod vitam non adimunt, facilius inter se quam cum illa coituræ: & vt singulæ inter se diuersæ, ita ytraque illi contraria. Vna enim minuit existimationem rei, altera consumit, vt nostri loquuntur. *L. 5. §. existimatio. D. de extraordin. cognition.* At illatorum hominem consumit, vt loquitur *L. 6. §. irritum. De iniustoruptio irritosestam. L. 3. D. de pænis. Paul. V. sentens. Tit. 17. L. vlt. C. ad Leg. Fab.* Denique hæc summa differentia pœnarum est, quod aut capitales, aut non capitales. Heic vero certum est, plures capitalem abhorrere quam approbare. Et sane si ego iudex sedeam, & motum animi mei sequi iubeam,

Aufonius.

- - - - - *egonitis & osor*

Sanguinis humani, condonem criminanumvis,
vel saltem mediam viam ineam, & in breues Gyros hominem mittam. Sed vicissim negari non potest, tristem sententiam numero vincere: cæteras duas vt non cum illa, ita nec inter se consentire: & paruulum refert (vt eleganter ibidem Plinius loquitur) an idem displiceat, quibus nec idem placuit. Neque alia res est, quam si in campo Martio, tres Titio Candidato, duo Mæuio, duo item Sempronio honorem tribuant: quo casu quis præferatur, ambi-

bigi

biginequir. Et exstat pro hac sententia gravissima & acutissima Quintilianij patris Declamatio CCCLXV. quamque miror non laudatam Doctōri meo, vbi hanc quæstionem eleganter tractat, & *Observas.* concludit; Diuersarum sententiarum non esse coitionem aduersus *Ill. cap. 16.* eam, in qua sunt plures idem sentientes. Cui vel inuito animo subscribere meius cogit, & cum Prudentio dicere;

*Seruemus leges patrias: infirma minoris
Vox cedat numeri. paruaque in parte silescat.*

*Aporia exemplum indicatum, & textu emendato leuiter
transmissum. Caroli Magni argutum fa-
ctum.*

CAPVT VIII.

ADDO mantissæ vicem, aliud in causa capitis *ἀπόρρον* exem-
plum, magis vt emendem scripturam, quam quod tanti
lit ipsum. *Tres similiter agebant* (ait idem Curius Fortu-
natianus, vbi omnino legendum, *simul iter agebant*) *duo*
soli reuersi sunt. Accusant se inuicem cædis. Hic iudex non inuenit
quid sequatur, cum vterque ab altero dicat occisum, & nihil vtrin-
que ad probationem adferri possit, deficiente circumstantia, idest, ho-
minum præsentia, qui adstiterint circumfusi, & testimonium rei
actæ perhibere possint.

Non alienum ab hoc loco est, quod de Karolo M. a Doctōri-
bus nostris refertur, quod adponam fide atque adeo verbis An-
drea de liernia: *Diue memoria rex Karolus Magnus, cum simul pa-*
ter & filius arguerentur de homicidio, probato quod alter eorum per-
cusserat, de quo istu mortuus erat, nec constaret quis percussisset,
quansumcumque torqueretur, finxit & mandauit ambos suspendi.
Qui credentes in pede furcarum mori, pater dixit, a modo non est re-
medium, quia non possumus amplius euadere. pro certo quod ipse per-
cusserat confessus est, & sic ipse tantum suspensus est, filio liberato. Hic
fuit bonus dolus boni Regis. D. de dolo. l. 1. §. 1. Et fuit sicut Regis
Salomonis in mulieribus certantibus de puero, quarum qualibet dico-

*In e. 1. §.
publici la-
trones. De
pace tenen-
do.*

bat se matrem: ius sit diuidi in sansem viuum. l. Regum 7. Ex. de praesumpt. c. afferse. Hæc ille: quæ alicubi & apud Paridem de Puteo, & Hippolytum Marfilium leguntur.

Enimuero quid tali casu factu opus, rei capitalis cognitioribus non est ignotum: & ipse, licet parum in hoc genere exercitatus, oblato isto viatorum pari, cædis auctorem verum non ægre me deprehensurum confidam, viam præsertim monstrante Paulo: *Vnius facinoris plures rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiasur, qui timidior est, vel tenera ætatis videtur: & quæ alia Arcadius Charisius suggerit.*

*L. 10. §. pen.
& L. 18. in
princ. D. de
quæst.*

*De lite inter Soficlem & Chariclem fratres ab Africano decisa.
Vbi de Iuris Ciuilis conditione a spinosis argutiis & fictionibus per*

NATVRALÈM ÆQVITATEM
vindicanda.

CAPVT IX.

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO
VIRO

HADRIANO BORCKIO

à REGENWALDE,

CAESAREI IVDICII SPIRAE ADSESSORI

S. P. D.

SI vacat, & integrum tibi est, Vir nobilissime, quæstionem ex facto ortam ad te deferre cupiam: quam tu in eiusmodi nodis secandis, causisque vice sacra diiudicandis, sub amplissimo isto munere cotidie occupatus, cum verbulo vno decideris: tuo equidem iudicio (quod est mihi ὡς πρὸς τῆς Θεμίσου ψήφου) staturum me quauis multa obstringam.

Soficles a Charicie, cum in patris Menæchmi vterque potestate esset, XX. drachmas mutuatus, patre demum defuncto & here-

hereditate diuisa ei soluit. Postea repetere parat. Qua fronte, dices, si soluit quod debuit, repetet, quod si non soluisset, soluere adhuc tene- retur? Nosti (opinor) hunc Athenis Atticis morem fuisse, vt domini seruis, filii patres de suis facultatibus aliquid decerptum sub mani- bus darent, quocum illi negotiari & commercia exercere discerent, & libere illud ipsum suoq; ingenio & arbitrio tractarent: Ita tamen, vt quamdiu superesset illud & in dominio viui mortuique patris he- reditate censeretur, & eius emolumenta industria filiorum acce- dentia ad eundem referrentur; periculum autem male vtentium non vltra, quam ipsius peculii fini & quantitate, patrem tange- ret. Itaque siue ex eo aliis crederent, obligabant eos non sibi sed patribus, illisque actionem quærebant; siue ipsi ab aliis accipe- rent, obligabant patres magis quam se, in vires nimirum peculii, non vltra. Si cum patre ipso contraherent, adquirerent & illud & sibi ipsi patrem debitorem creditoremue facerent: si natura ad- mitteret. Quod si cum fratre altero in eisdem sacris constituto; ea- dem nascebatur perplexitas. Cum enim omnes vna quodammodo persona reputentur, quotquot eo vinculo inter se teneatur, seu vnus capitis, patrisfamilias, plura membra vnum corpus ef- ficiunt; nec agere inuicem, nec debere sibi possunt. Eo tamen vinculo dissoluto, fieri non potuit (vt facta reddi infecta non pos- sunt) quin ex ipso facto natæ obligationis, naturalis magis (vt sic dicam) quam legitimæ, vestigia quædam superessent.

Hinc ergo color ille, quo Socrates solutum retrahere tentat. Dicit enim fratri: Quandoquidem tu de peculio quidem nomine tenus tuo, sed reuera paterno ære & pecunia mihi credidisti; idem est ac si pater ipse mihi credidisset. Quod si ita factum fuisset, quid patriæ nostræ moribus fuisset statuendum, non est oblcurum. Nam aut obligatione nulla ei fuisset obstrictus; aut si fuisset, ta- men hereditatis aditione ea ipsa confusa & absorpta exspirasset, vt non fuisset cur soluerem. Quod cum errore fecerim, tuum est er- rorem corrigere, & quod iniuria tenes, iure reddere. Plus dico, si & obligatus patri fuisset, soluendique causam habuisset, atque adeo soluisset: tamen ea ipsa pecunia ad me redire debuisset, vt heredem patris. Neque enim negabis, opinor, tam me heredem esse communis parentis, quam sis ipse. Et hætenus certe, quamdiu huic solum aures præbemus, nec iniqua eius po-

stulatio videtur, nec obscura ratione niti. Repetit enim vt indebitum solutum; aut si debitum solutum, quod tamen ad ipsum redire alio iure debuisset.

At nec Charicli ingenium deest, quo perspiciat hanc fratris sui tricationem non per omnia claram & expeditam, sed quiddam restum & inuolutum latere. Quod enim ille ait, Heredem se & ipsum esse, id non tantum concedit, sed & acceptat Charicles: Et cum coheredes ex æquo simus: & cætera æquis portionibus diuiserimus, ait Charicles, qui fit igitur vt tu solus tibi hoc commodum hereditatis hac in parte vindices, vt non ego, sed pater tibi crediderit, obligatio tua hereditate confusa sit, solutum ad te hereditatis iure redire debuerit? Certe enim si & ego heres sum, & lex hereditaria omnia inter nos in duas æquales portiones diuidit, necesse est, quemadmodum vna peculii mei pars in hereditate ad te peruenit, pro qua tibi ipse pater credidisse videtur, pro qua confusa est obligatio, pro qua solutum ad te rediisse debere contendis: ita altera apud me remaneat, pro qua ego tibi sim creditor, mihi sis maneatque obligatus, solutum ad te redire non debeat. Vt ergo de priore illa parte tua tibi concedam, de altera tamen hac mea, quam & debuisse te mihi negare non potes, & soluisse mihi antehac, vel aliter satisfecisse, ne allegas quidem, iure mecum experiri non poteris. Nisi quidem nouum tibi genus iudicii reddi postulabis, quo non tam creditores iure accepta tibi reddere, quam inuici donare compellantur.

Hic Socrates exarmatus alia sibi tela adhibenda videt, & Quid si (ait) allegem, doceamque, pro altera etiam illa dimidia, quam tuam hereditatis iure vocas, ante tibi a me satisfactum, quam nuper in aspero id denuo numerarem? Nonne enim ego peculium, quod patre viuo eius indulgentia habebam, mortuo in medium totum contuli? tuque ex eo mediam partem pari iure tulisti? Quemadmodum igitur tu ex communi lege successionis nostræ non nisi vnam partem eius obligationis, qua tibi & per te patri obstrictus fui, exspirasse deprehendisti; alteram vero tibi saluam suerisse & satisfactionem admittere: ita eam ipsam iam cum parte illa peculii mei, quam eodem iure percepisti, compensa: compensata & exæquata, bis acceptum restitue.

Noua allegatione perculsus Charicles, subito (& forte non in-

inepte) ita istum declinat, ut dicat, Nihil huc mentionem peculii pertinere. Nam quod tu (inquit) mihi hic peculium obicis? quod ego utique alias, etiamsi nihil tibi credidissem, tamen eram tecum æqua lance percepturus. Nisi forte nesciam, quod pueri sciunt, morte patris solutaque potestate, peculium desinere esse quod dicitur, & in massam hereditatis paternæ reuolui, indeque patrimonii iure liberis pro ratis partibus obuenire.

Ita est, refert Socrates. Sed quæ iniuria sit, cum tu de tuo me peculio tibi debitorem facere pro tua parte possis; me vicissim de meo peculio pro mea parte soluere & liberationem compensatione facere posse? At inquis, peculii illam mediam partem alias ad te fuisse peruenturam. Imo vero nihil minus: nec illa ad te pars absque hoc peruentura fuisset, aut certe non tanta. Imo si rite & ordine rationem ineamus, ne peculium quidem vllum meum esset aut diceretur, nisi deducto primum eo quod aut patri, aut (si hoc mauis) tibi, aut etiam alteri cuius debuissem. Pone enim, quod a te mutuum sumsi, ab extraneo sumsisse; cumque ei debitor essem, paternam hereditatem interea nobis obuenisse. Hic tu putas, peculii mei portionem te quidem immunem percepturum fuisse: mihi autem debiti eius solutionem soli incumbere? Falle ris longe, neque peculii naturam & conditionem nouisti, quod & accessionem per industriam utentium admittit, & rursus decessionem culpa male utentium patitur. Et ut peculium ex eo augetur, quod pater, quod tu, quod extraneus in id mihi debet; ita minuitur per id, quod ego vlli horum. Certe nomen suum non vitra tuetur, quam deducto ære alieno superest; non magis quam hereditas & patrimonium, non magis quam fructus dicuntur, nisi qui deductis expensis superfunt. Nec pater ipse aliter peculium computat. Nam extraneo agente intra annum de peculio, quem admodum ei proficeret quod pater mihi deberet; ita decederet, quod ego illi. Itaque siue creditor extraneus ille post mortem patris me exegisset (qui tamen rectius omnes nos coheredes eadem qua ipsum patrem, actione de peculio conuenire debuisset) egoque soluissem; repetere id ipsum iudicio familiaris heriscundæ a vobis coheredibus potuissem, tantum nimirum, quantum & ipse creditor actione illa sua in vires peculii consequi a vobis potuisset: siue nondum me exegisset, id tamen ego vererer; certe in here-

ditatis diuisione, rationem huius debiti haberi oporteret, ita vt ad quantitatem summamque huius debiti indemnis a coheredibus meis præstaret. Id ergo si ita seruaretur in extraneo, & boni consulere deberent fratres qualemcumque illam patrimoni decessionem, & paternæ voluntati atque indulgentiæ id quidquid est adscriberent non grauatim: cur non & in se idem valere patiatur frater? Nisi forte putas, extraneo cui ciuilitè eram obligatus, vnã de pécunio solutionem sufficere; tibi autem fratri, cui naturaliter tantum, aliam in super deberi? Sed tamen vt cumque obligatus sim, solvam de eo de quo possum commodissime, imo de quo debeo, in quod contraxi, nimirum de pécunio; denique de quo ipse, si aliter res ferat, accipere omnium maxime velis. Pone enim, vt pécuniam iam inter nos commune fuit, ita e conuerso, mihi a patre prælegatum fuisse. Hoc ergo cum mihi tradendum foret, non tu ita supinus (credo) fueris, vt non deductionem prius debiti tui ex eo faceres, & reliquum demum, ceu vere pécuniam, ferre me iuberet. Nimirum quia & pater ipse hoc faceret. Nam siue extraneo pécuniam ex meo contractu conuentus dare deberet, deduceret illi prius quod ego ei debuissim: siue etiam me emancipato pécuniam sibi retineret, eo ipso certe id quod ego debuissim, sibi persolueret, nec vlla deinceps eo nomine tibi heredi in me aut retentio aut petitio esset. Vtere iure in me vel proprio, vel patris, vel extranei: & videbis tibi vel paterno exemplo, vel communi iure, vel tuo ipsius arbitrari satisfactum. Nam vt modo ostendi, cum dandi & cedendi pécuniam tibi necessitas incumberet, nouisses tibi debitum tuum prius deducendum. Id ergo quare in ista nostra diuisione, cum accipiendi tibi pécuniam occasio esset, tam cate dissimulasti, & pécuniam quidem me conferente integrum accepisti; mox debitum me postea per errorem efferente, & ipsum accepisti? Redde debitum solutum, quod antea in pécunio acceperas: aut si non acceperas, redde pécuniam, quod pro pécunio, cum non esset, a me accepisti.

Habes controuersiam inter fratres, non in ipsa diuisione (vt fieri solet) exortam, sed postea natam. & tamen ex ipsa diuisione pendentem, cuius errorem postea retractant. In qua vt nihil præscribam, ita facile conicio, secundum quem ex illis litem sis daturus. Neque ab Africano illo, huius controuersie arbitro diuer

diuersus (vt puto) abibis. Sed neque illud oculos tuos effugiet, quod Africanus ille capitali ingenio vicens, cernensque acutius

quam aut aquila, aut serpens Epidaurius,

statim deprehendit, Sosiclis postremam allegationem de peculio iam integre collato, vtute eidentem iustamque rationem habeat, tamen rectum quiddam & inuolutum adhuc subesse. Nam quod ait Sosicles, se patre mortuo suum quod ab eo tenebat, peculium integrum in medium contulisse, indeque vtrumque fratrem æquas partes tulisse; id vero vt maxime ita contigerit, tamen nimis indefinite dictum, & (vt verbo peritorum nostrum vtar) *in solle rationem* redditam videri. Quis enim scit, cum per Sosiclem XX. drachmæ a fratre acceptæ mortis paternæ tempore abessent, an tantundem is in peculio suo contulerit; vel forte plus abligurierit, aut aliter expenderit, aut etiam suppresserit? Et sane consequens est, si Sosicles tantum non contulerit in peculio, quo totam debiti summam expungat (ex quo ipso frater eius dimidium ferens, cum dimidio sui debita confusione integro compensabit) siue quod peculium prodegerit, siue quod in collatione id suppresserit, siue denique quod a patre prælegatum ei sit; omnibus (inquam) his casibus consequens est, eum de reliquo fratri suo pro eius parte hereditaria adhuc teneri; æquitate naturali suadente, debitum cuique reddi, nedum fratris per fratrem conditionem deterio rem non fieri. Et si tenebatur, saltem naturaliter; consequens est eum non abs re soluisse, & solutum ideo repetere vt indebitum minime posse.

Hic tu audiendi pertæsus mirum ni inrepsbis, & dices; *Hicne ille dignus me vindice opus?* Nam ego ista præfecto tam plana iudico, vt etiam si ab Africano nullo hunc in modum definita essent, mediocriter intelligenti vltro in mentem venire non aliter debuissent: & qui contra sentit, nihil sentire sit iudicandus. Iam vero cum Africani in hanc mentem responsum exstet, Latinis non Punicis verbis scriptum; quid est quod vltra requiramus?

Atque ita est, vir amicissime, nec aliter mihi vquam visum. Vide tamen, quod fatum sit huius studii: vt quæstionem non intricatissimam, responsum non obscurissimum, nostræ tempestatis ingenia commentariis suis mirifice inuoluerint, veluti que spinis & aculeis obseuerint, non dico calci illi superioris æui interpretes,

res, in quibus perparū sani, sed cultissimo hoc sæculo exorti magni viri, artibus omnigenis instructi, lumina & columnina ciuiliſ scientiæ, qui cum ſibi diuerſas ſuper Africani ſententias totoque cardine diuerſas, naturali hominum diſſentiendi facilitate fabrefecerunt, ſinguli ſuas & acerrimis ſcriptis, & per ſuppares aſſectasque ſuos maximo foruore propugnantes, ciuile propemodum genti ſuæ bellum inuexiſſe videntur. Neque ego iam aut hoc mihi ſummam, nondum arbiter captus, velutique ſine populi ſuffragio ædilitatem geſturus, vt palmam vlli adiudicem; neque etiam aut merita circa litteras illorum comparabo, aut ſi quid eſt forte ab aliquo aut calore ſcriptionis, aut audacia corrigendi, aut nimia acuminis affectatione peccatum, tangam inclementius. Sed conceptam iamdudum hac de cauſa animi ægritudinem iuſtamque indignationem talibus querelis non deplere difficile mihi fuerit: O miſeram iuris ciuiliſ, quod tantopere colimus, conditionem! quæ argutiis meris humanorum ingeniorum fundata, & opinionibus magis fictionibusque neſcio quibus quam veritate innixa, ſibi conſtare ipſa tandem vix poterit, neque ſe ab illo crimine tueri, quo nomine vulgo ſuſpecta, ſimplicibus inuiſa, proceribus etiam contempta facta eſt; Nihil in ea præſus eſſe certum. O miſeram iuuentutem! quæ talibus ſpinis, vtiliori & ſalubriore fruge ſpreta, ingenia miſere conterit, & diſcere illa ærumnabili labore cogitur, de quibus inter ipſos magiſtros minime conuenit, quæ neutram in partem eximio vſui ſint futura, quæ denique re penitus perpenſa vix ſtatuam, diſcenda an dediscenda potius iudicentur?

Sed miſſa hæc facio, quæ nec corrigi poſſe video, & Fatſ hoc quoque relinquo. Sed ad fraternam illam tricationem alio conſilio te reuoco; in qua, quatenus quidem propoſitum eſt, res fatſ in tranquillo videtur, nec incommodi quidquam apparet. At circumſtantiis quibusdam mutatis, in quantas difficultates res coniciatur, mecum quæſo conſidera. Ponamus enim Chariclem, qui fratri crediderat, poſtea iure exheredatum, non plus de peculio fraterno quam hereditate paterna tuliffe, quo penſari ei hoc debitum poſſit. Quid ager? quomodo repetet? Poni eiuſmodi caſus poſſunt complures, ineuitabilem iniquitatis ſuſpicionem trahentes: quæ non eſt iam reſequi noſtri iſtituti. Ponamus

namus saltem nostro casu, vt Africanus posuit, Soficlem Charicli soluisse, ita nos eum non soluisse, neque etiam Chariclem de eius peculio tantum accepisse, aut accipere potuisse, quod in eo etiam si esset collatum, tantum non superfuisset. Quid fiet? Nam hoc quidem casu apud Africanum proposito, vbi Charicles numeros manu oculata tenet, Græca fide cum fratre agit, & acceptum retinet. Qui si non accepisset, consuleretque Africanum, an petere adhuc posset, nihil comperendinans ille, (vt Satyricus ait) *stans pede in uno*, respondere gestiret; Non posse. Esse enim obligationem tantum naturalem, quæ actionem non producat; retentione, deductione, compensatione, exceptione contenta.

Et hoc est illud vlcus, e multis vrum, sed certe fonticum & tabificum, quod in Romanitate illa iuris nostri iam dudum obseruasse videor, nec villo emplastro ad sanie perducere & coalescere posse spero, sed ferro resecandum & cauterio penitus adacto exurendum, *ne pars sincera trahatur*, animaduerto. De quo (& liberam vocem a Germano homine vel inuitum hoc seculum ferat) agere paucis instituo. Est enim id quod dico, non in hoc tantum iuris articulo, sed multis etiam aliis, mihi magnopere suspectum, & in quæstione de Pactis, id est vinculo humanæ societatis vnioco, plane non ferendum.

Et primo, cum fratrem hoc casu fratri ob datam mutuo pecuniam obligari, *naturalem equitatem esse* non tantum concedant, sed etiam ita *τεχνηκός* dicant & inscribant; quæ est per DEVM immortalem illa iuris scientia, quæ non ab illa optima duce Natura se informari patitur, sed studio quodam tam longe abit? Natura enim hominem optima docet (ait Tullius primo de Legibus) & nati sumus ad iusticiam, si modo femina pectoribus nostris insita sponte sequamur. Hoc est illud ius & lux naturalis, quæ a quibusdam Philosophis pro DEO habita est, vt Zenone & Chrysippo, eodem Tullio auctore. Itaque Philosophi ad disciplinæ suæ fidem ad-

G g

stru.

struendam non alio grauiore argumento vtuntur, quam quod se Naturam duces sequi profitentur. Quod & Satyricus expressit:

Nunquam aliud Natura, aliud Sapiencia suadet.

Hinc & illa tralaticia; Naturam nihil facere frustra: Sapiensem sequi Naturam: Artem imitari naturam. Veteres quoque ipsi Iuris auctores non semel id de se profitentur, Ius sequi naturam; Simpliciter legibus amicam; Naturalia iura apud omnes peræque gentes obseruari, cuius de fontibus suam ipsi disciplinam hauserint. Quæ quomodo hæc in parte sibi constabunt, aut quo colore defendentur? Paulus in Regulis definit, Natura debere eum, quem iure gentium dare oporteat, cuiusque fidem secuti simus. Alius, Natura debere id, quod natura æquum sit solui: cuius obligatio solo vinculo æquitatis sustentetur: quod tamen per iudicem peti non possit. Iam quid de illo iudice dicam, a quo quem æquitatis ratio tam parum ponderis habet? Si frater fratri natura debet, non dicam ex pacto (quamquam & hoc mox dicam) sed adeo ex re, ex mutuo, cur non etiam natura exigendus est? Quid enim tam naturale, quam debita reddi, quæ & prius acceperis, & reddere pactus sis? cum etiam de dono acceptis, de quibus nil postulatus es, nil promissisti, naturaliter tamen ad ἀρτιδιωρον te teneri iidem agnoscant. Quod vt ad actionem dandam non valere concedam (quæ enim fora ingratissimum sufficerent?) at in mutuo, quæ est vsquam gens tam barbara, quæ reddi illud, & ad reddendum cogi debitorem non velit? Ipsi latrones, quibus vnum studium alteri suum eripere, inter se accepta restitunt. Et inuenta est iure ciuili ratio, qua deberet quidem aliquis, sed soluere impune detrectaret. Neque ego non intelligo, quæ fuerit iuris illius constituendi ratio, vt filii in potestate constituti omnia sua patri adquirerent, vt omnes in eadem familia ex patre ceu capite penderent: & omnia illa non ad subtilitatem aliquam adinuenta, sed ad sancendam paternæ potestatis reuerentiam, & ipsam gentium iure sacrosanctam. ita fuisse constituta. Sed tot fictiones inde deduci, totque ex illis consequentias uecti, vt interim naturalis rerum æquitas pereat, id vero probare

bare neque hactenus potui, neque iudicium super eo meum dissimulare diutius possum. In quo si quis mecum sentire non potest, respondeat ille mihi, quare fratri creditori solutum sibi debitum accipere & retinere fas sit; imò etiam solutione nulla oblata si compensandi aliquam occasionem habeat, ea uti fas sit; petere autem fas non sit? Et si natura vires suas inuito etiam & vix permitte iure in tantum exferit, ut acceptum retinere possim cur in eo deficiat, ut accipiendum petere & impetrare valeam? Cum fieri non possit, si iure petere non possum, quin acceptum iniuria retineam: aut si iure id retineo (uti facio) quin iure etiam accipere debeam.

Sed de hoc fratres, ut poterunt, inter se transigant. In vniuersum dicam, Hominem homini fidem seruare, naturam velle: nedum in vsum linguam & aures homini dedisse. In eoque adeo omnes gentes consentiunt, ut ne hostem quidem, quem manu perimere fas est, lingua decipiendum velint: nedum ut quærant, an ciui, municipi, vicino, propinquo fidem nostram secuto, promissa præstemus. Prætor quoque Romanus, æquitatis vindex, lex animata, pactorum æquitatem satis commendare non potest. *Quidenim, inquit, tam congruum est humane fidei, quam ea quæ inter eos placuerunt, seruare?* Itaque sesquipedalibus litteris in albo suo, vnde de plano recte legi possit, proscribit: *Pacta sè, modo nec dolo malo, neque aduersus ius facta sint, seruaturum.* Putes capitis aut existimationis periculum pactifragos manere. Pangeres ergo cum aliquo, eoque mox negante, actionem a Præto peteres? Frustra es, mi homo, neque in obligatos naturaliter actiones Romæ dantur. Sed tum demum, si id quod pepigisti, apud te sit, aut aliqua ratione perueniat, agatque aduersarius; exceptionem illam tanta æquitate nitentem tibi Prætor accommodabit: ad retinendum tibi præsto erit, non exigendum.

Quoteneam vultus mutantem Proshæa nodo?

Hoc cene est pacta bona fide facta bona fide seruare? Quid dolum malum excludis si bona fide acta perinde eludimus. Quid pacta

contra leges damnas, cum legem tu contra pacta ipse feras, quæ feruaturum præ te ferebas? Iam non miror, Prætores pacta ciuium non feruare: cum non feruet quod ipse pollicetur. Seruabit, & negligit; promittit, & tergiuersatur; defendit, & proculcat. Quid enim est illud feruare, si pacto proposito, probato, confesso, ad tot distinctiones demum recurritur? an habeat nomen vel causam? an in continenti vel interuallo factum? circa bonæ fidei an strictum contractum? super substantia vel accidentibus negotii? Quæ omnia eo tendunt, vt si nudum pactum fuerit, nec verba solemnia accesserint, in ventos abeat. Atquin, non dicam de gentibus, apud Quirites ipsos olim ea erat pactorum fides, vt ne hostem decipere Romani sanguinis dicerent: vt *Pacta etiam iuri præstare fere in prouerbum abierit*, auctore Tullio ad Cornificium. Iustinianus scribit: *Nemini licere aduersus sua pacta venire, & secum contrahentes decipere.* Cui ~~mo~~, editis, constitutionibus pacta sancire, si actione nulla tricones compellantur? At stipulationis vincula & verba solemnia defunt. Quid tum, si verbis quibusuis, quid si vel nutu quis animum declarasset? Putabam plus in isto, quam in verbis esse positum. Paulus ait, *Magis res quam verba intuenta esse.* Papinianus: *In conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placere.* Sed audi. Itane nullum negotii genus est, quo etiam absque illis verbis aut scriptura mens tacite conueniens obseruatur? Et in aperte expresseque conuentis tantum laboramus. Profecto cum Edicti prætorii interpretes veteres illos consultos, & magna nomina (nam *sup̄er̄es* illud recentiorum dudum valere iussimus) tam sollicitè hac in quæstione distinguentes lego, Comici illud in Aulularia in eos conuenire videtur: *Scio quo pacto soleant perplexari. Pactum, non pactum est: non pactum, pactum est, cum illis lubet.* Atquin ita ars iuris habet, a qua profanum arceatur vulgus, itaque lex scripta est. Et illa delectentur, qui volent; non inuidebo. Dummodo nouerimus, si ita scripta est, scriptam esse illis, non nobis; Romanis, non Germanis; non Christianis. Est enim illa (si ex animi sententia dicendum est) non ars boni & æqui, sed subtilis & in artem redacta calliditas quædam & impro:

probitas, eo periculosior, quo tectior & sub honesti nomine tu-
 tior, quo nomine a Satyricis non vno loco taxatur. Quanto me-
 lius & simplicius totam illam Paſtorum quaſtionem nobis expedit
 Salisberienſis antiſtes in Polycratico? *Licet nuda promiſſio apud
 Iuris (ut dicitur) peritos non parat actionem, promiſſor omnis apud ve-
 ritatem (ut dici ſolet) pollicem fixis, & iure civili ceſſante fidei natura-
 liſer obligatur. Sed quis aſtor durius aget, quam fides, ſi ipſa cœ-
 perit accuſare? Si agit conſcientia, quis abſoluet? Si vero ipſa iuſti-
 ficat, quis condemnet? Proculdubio qui in illo timetur articulo, domi-
 nus eſt, ubi & dies contemnitur humanus, & conſcientia quod obloqua-
 tur, non inuenit. Si vero animam accuſant opera, & illi conſcientia
 teſtis adſiſtit, & cauſam Veritas examinat æquitate, quid quaſi
 Prætor in ream obnoxium mendacio grauius vindicabit? Sane Prætor
 eſt viua vox iurû eſſe dicatur, ſententiam eius plerumque retractat.
 Sed veritatis ſententia manet ir retractabilis, quod iuſtitia eius iuſtitia
 in æternum, & lex eius æquitas. Econtra in Prætorio ſummum ius
 ſumma iniuria eſt, Quisquis ergo promittit, debitor eſt; & veritatis
 urgente ſententia ſponſionis compellitur fidem adimplere.*

Hæc ad TE, clariffime Borki, forte prolixius quam locus ex-
 igebat, non tamen præter conſuetudinem noſtram, nec (ut ſpe-
 ro) citra legentium fructum. Cupio enim tandem homines no-
 ſtros cogitare & animaduerrere, in tractando iure iſto hunc mo-
 dum eſſe ſeruandum, vt quæ luci naturæ & perpetuæ æquitate
 normæ conſentanea, & certis immotisque rationibus fundata,
 gentiumque cultarum conſenſu comprobata ſunt, excerptos;
 infinita alia partim a mera Reipublicæ illius hiſtoria pendentia,
 partim nescio quibus metaphyſicis ratiunculis, & mirifice acutis
 velutique captum noſtrum fugientibus argutis ſubnixæ, denique
 ſubtiliora quam iuſtiora prætereamus: maiorem veritatis & æqui-
 tatis naturalis, quam opinionis inueteratæ & iuris ſcripti ſtrictique,
 rerum quam verborum rationem habeamus: denique diuinæ legi
 non aduerſa, & noſtrorum ſectæ temporum profectæque religioni
 conuenientia, ad vſum noſtrum aſſumentes: multa illorum par-
 tim Helleniſmum & gentilem Philoſophiam redolentia, partim er-

roneis Græcanicæ gentis Orientaliumque opinionibus imbuta ,
 spiritu illo discretionis & iudicii adhibito, vt nihil ad nos perti-
 nentia, libero & magno animo repudiemus.

Sed de his forte alias yberius dabitur differendi locus. Ego
 hoc interea e re nata nobis ortum subq; calamo crescens argumen-
 tum acerrimæ tuæ censuræ ita subiicio, vt siue probetur siue
 minus ,

(Nam volo, iudicio scetque cædasque tuo)

voluntatem certe & publice iuandi, & tibi priuati.n studium
 officiumque meum probandi tibi gratam fore sperem, talemque
 vt habeas, siue pro more siue etiam amicitia nostræ iure a te con-
 tendam. Vale. Ex ædibus nostris Plinianis. Non. Martii.
 anno Gratia MDXCIX.

MARQ. FREHERVS.



GVIL.

GVILIELMI DOVIATII

**CONSILIARII REGII IN PARLAMENTO
THOLOSATVM**

ENARRATIO

IN

**RESPONSA
IVRISCONSULTORVM
NATVRAALIA**

PRIMAE ET SECYNDAE PARTIS

DIGESTORVM.

Eis τὸ Συμπραγδῆνας.

HALAE-MAGDEBVRGICAE
Apud ERNESTVM GOTTEIEB. CRVGIVM.
M. DCC. XXVII.



A V C T O R I S

PROOEMIUM.



Nimaduerti, Lector, naturalia Iuris-
 consultorum Responſa, nullius prope
 penſi fuiſſe iuris interpretibus profeſſo-
 ribusque noſtris. qua ego motus oc-
 caſione horum enarrationem ſuſcepi.
 Sane quidem non omnia enarranda putavi, ſed ea
 potiſſimum, quæ ex prima & ſecunda Di-
 geſtorum partibus collegi: propterea quod cætera fere ex his
 pendere videntur. ad quam quidem enarrationem
 antequam accedam, pauca de natura ipſa præfa-
 bor. De natura igitur (inquit Cicero) veteres phi-
 loſophi & Academici & Peripatetici ita dicebant, vt
 eam dividerent in duas res, quarum altera eſſet effi-
 ciens, altera quaſi huic ſe præbens, eaque effice-
 retur aliquid, in eo quod efficeret, vim eſſe cenſe-
 bant: in eo quod efficeretur, materiam quandam:
 in vtroque tamen vtrumque. Neque enim mate-
 H h riam

riam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur: neque vim sine illa materia. Stoici vero Zenone suo duce duplicem tractabant naturam: qui unam ipsius mundi esse dicebant, qui omnia complexu suo coerceset & continet, non artificiosam solum, sed plane artificem & providam vtilitatum omnium opportunitatumque consultricem. Alteram vero ignem esse artificiosum dicebant, ad gignendum suo itinere progredientem. Censebant enim artis maxime proprium esse, creare & gignere. De hac autem Academicorum, Peripateticorum, Stoicorumque natura populus (ait Plutarchus) haud facile sermones admittebat, sed huiusmodi studiis deditos homines inani labore tempus contere arbitrabatur: cum in his rebus perquirendis laborarent, quas in se nihil rationis habere, ac nullatenus ab hominibus provideri posse putabat: tum vero talia quaerentes impietatis suspectos habebat, quasi diuinum numen quibusdam necessitatibus ac terminis circumscribere volentes. Itaque nos huiusmodi naturam haudquaquam perscrutamur, sed naturam (vt ita loquar) iuridicam tractamus, sicuti ostendunt Responso, quorum seriem subnectimus, quorum primum est huiusmodi:

1. *Ius naturale est, quod natura animalia omnia docuit.*
2. *A iure naturali descendit maris & foeminae coniunctio, quam iurisperiti matrimonium appellant.*

3. Ma-

3. *Matrimonium a iure naturali descendit.*
4. *Liberorum procreatio a iure naturali descendit.*
5. *Liberorum educatio a iure naturali descendit.*
6. *Cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.*
7. *Iure naturali omnes homines liberi nascebantur.*
8. *Legibus latis cœpit (ut natura euenire solet) ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem, necessariamque esse disputationem fori.*
9. *Natura non permittit uno impetu duos infantes de uno vtero matris excedere, ut ordo nascentium sit incertus.*
10. *Lex natura hæc est, ut qui sine legitimo matrimonio nascitur, matrem sequatur.*
11. *Naturalia omnium iure communia sunt illa, aer, aqua profluens, mare, & per hoc litora maris.*
12. *Edicti de pactis æquitas naturalis est.*
13. *Edictum de minoribus viginti quinque annis prætor naturalem æquitatem sequutus proposuit, quo tutelæ minorum suscepit.*
14. *In pretio emtionis & venditionis naturaliter licet contrahentibus se circumuenire.*
15. *Ciuilis ratio naturalia iura corrumpere nequit.*
16. *Naturalis est hominum ad dissentiendum facilitas.*
17. *Natura impediuntur Iudices esse, surdus, mutus, perpetuo furiosus & impubes, quia iudicio carent.*
18. *In rerum natura omnia certa sunt, & futura utique fient.*
19. *Parentibus non debetur filiorum hereditas, propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem.*
20. *Locupletiores facti non videntur, qui ad remunerandum aliquem sibi naturaliter obligauerunt.*
21. *Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desit.*

22. *Naturalis simul & ciuilis ratio suadet, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inuiti nos facere posse, deteriore vero facere non posse.*
23. *Naturalis ratio ex postulat, ut fructus intelligantur deductis impensis, idque tam in bonæ fidei possessoribus, quam in prædonibus.*
24. *Vsura sicut vectura natura non prouenit, sed iure percipitur.*
25. *Impendia valetudinis in seruum, ad eum pertinere natura manifestum est, cuius est ususfructus.*
26. *Quod ex cælo cadit, etsi non assidue fit, ex naturali tamen causa fit, & ideo perpetuo fieri existimatur.*
27. *Naturali iure superficies ad dominum soli pertinet.*
28. *Seruitus naturaliter opere non manu facta, ledere potest fundum seruientem.*
29. *Falsæ confessiones naturalibus conuenire debent.*
30. *Naturaliter videtur pertinere ad mortuum locus, in quem infertur.*

Quæ omnia nihil commune habent cum ea natura, in qua de mundo & partibus eius quæritur, quæ quidem ad philosophiam naturalem spectat. Nostra autem iuridica natura, ad Ethicam moralemque philosophiam magis accedit: quam quidem philosophiam affectare debent Iurisconsulti. Ea enim est vera (ni fallor) philosophia, cuius meminit Vlpianus. Tu igitur iuris legumque professor ne spernas quæso naturalia hæc Iurisconsultorum Responsa: nec te pigeat his legendis saltem succisuias horas impartiri,



GVILIELMI DOVIATII
 CONSILIARII REGII IN PARLAMENTO THOLO-
 SATVM
 ENARRATIO
 IN
 RESPONSA IVRISCONSUL-
 TORVM NATVRALIA
 PRIMÆ ET SECVNDÆ PARTIS
 DIGESTORVM.

EX LEGE PRIMA, §. IVS NATVRALE, ff. DE IVSTITIA
 ET IVRE.

Primum Responsum naturale.

*Ius naturale est, quod natura animalia omnia
 docuit.*

ENARRATIO.

VLPIANVS hoc loco aperte profitetur ius aliquod a
 natura esse. At non desunt qui omne ius a natura
 deducant: alii omne ius ab iniuriarum metu ortum
 accepisse ferunt: alii omne ius naturæ aduersari
 adferunt: alii legum inuentionem diis acceptam
 ferunt: alii distinguunt. De quibus antequam
 plura dicamus, bene est de horum verborum, ius, iusti-
 tia, & lex, pauca referre. Ius igitur, iustitia, & lex vt no-
 mine ita & re differre videntur, atque effecta. Etenim vnici-
 que horum suam definitionem a Iurisconsultis videmus tributam:

vt ius sit ars boni & æqui : iustitia constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens : lex commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coertio, communis reipublicæ sponso. Platoni quoque de iusto & lege, & legibus seorsum disserere placuit. Cicero autem his promiscue vsus est, cui conuenit cum aliis auctoribus: qui, cum de eadem redicant, alius legis, alius iuris, alius iustitiæ verbo vtuntur. Proinde vt ad rem accedam, idem Cicero constituendi iuris ab illa summa lege exordium capit, quæ seculis compluribus ante nata est, quam scripta lex vlla, aut quam omnino ciuitas constituta: quæ est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Deinde docet nihil esse præstabilius, quam plane intelligi nos ad iustitiam esse natos, neque opinione sed natura constitutum esse ius, qua in sententia fuerunt Stoici philosophi, teste Laertio, natura ius non positione constare asserentes, sicuti & legem & rectam rationem. Inde etiam Chrysippus (quem philosophum summum Stoicæ sapientiæ Martianus iurisconsultus noster appellat) legem animalibus natura politicis, hoc est hominibus, imperare voluit: quasi homines suapte natura ad colendam ciuitatem moueantur, quæ sine legibus consistere nequit. At Glaucos apud Platonem refert aliorum opinionem, qui iustitiæ originem & causam ab iniuriarum metu profectam assererent. Dicebant autem primos mortalium, multis vltro citroque datis atque acceptis iniuriis, tandem expertos longe plus in accipienda iniuria mali esse quam in inferenda boni, iniuriarum pertæsos: atque hinc originem & substantiam iustitiæ trahebant. Satis enim constans est iustitiæ signum (Socrate non reclamante) nolle quempiam iniuria afficere, quorum sententiam Lucretius expressit hoc carmine:

*Nam genus humanum defessum vi colere auum
Ex inimicitis languebat, quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges arctæque iura.*

Ac etiam Horatius, cum ait:

*Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis euoluere mundi.*

Fuit

Fuit enim quoddam seculum (vt refert Plutarchus) in quo homines corporum viribus inuictos se præbebant, naturæque dotibus ad omnia facinora abutebantur, pudorem quoque ab ignavia & iniuriarum metu proficisci, eaque nihil conferre his qui viribus præstare possent arbitrabantur. Alia vero fuit sententia eorum, qui omne ius naturæ aduersari persuasum habent. Hi autem sunt Cyrenaici & Theodorii philosophi, quibus placebat (teste Laertio) nihil natura iustum esse, aut honestum vel turpe, sed consuetudine ac lege. Furto quoque & adulterio, & sacrilegio, cum tempestivum erit, daturum operam sapientem: nihil quippe horum turpe natura esse. quorum sententiam fulciebat Callicles Pindari testimonio, qui Herculem neque emtos, neque donatos Geryonis boues abegisse refert: tamquam hoc iustum sit natura, & boues & cætera omnia quæ a deterioribus & imbecillioribus possidentur, a potentioribus & melioribus arripi. Ex his autem qui legum inuentionem diis tribuunt, fuit Plato: apud quem statim in auspicio suarum legum Atheniensis hospes Cliniam Crentensem & Megillum Lacedæmonium sciscitatur, Deusne an aliquis hominum causâ fuerit ferendarum legum? Respondet Clinia iustissime dici DEVM causam fuisse: apud Crentenses quidem Iouem, apud Lacedæmonios vero Apollinem. Quod si Ouidium consulas:

*Prima Ceres vincto glebam commouit aratro,
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris,
Prima dedit leges.*

Vnde *Ἰερόμωφός* Cereris, id est legum lationes dicebantur apud Herodotum. Sin Virgilium audias:

*Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens & regnis exul ademptis,
Et genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit legesque dedit.*

Quapropter Demosthenes legem omnem inuentum ac munus esse deorum dicebat, vt retulit Martianus Iurisconsultus noster. Aristoteles vero distinguere maluit ita, vt iustorum ciuiliū alia quidem natura esse diceret, alia lege siue instituto. Et naturalia quidem iura dicit ea, quæ vim eandem vbique retinent: legitima vero,

vero, quorum ab initio nihil refert quo modo se habeant, sed posteaquam constituta sunt, refert. Omitto Hesiodum, qui Iustitiam virginem Ioue progeneratam dixit. Ea enim (ut fabulatur Aratus etiam poeta) aurei quidem ætate inter mortales conuersata est, docens eos ciuiles studiosa leges. Sed tandem euolauit in cœlum, eamque occupauit regionem, ubi adhuc cernitur vicina Bœoti. Ex quibus superest, vix ac ne vix quidem constare, vnde ius originem sumserit propter discrepantes tantorum auctorum sententias. Itaque nihil vetat quominus concludam cum Iurisconsulto nostro, ius naturale esse quod natura animalia omnia docuit. Nam istud ius non solum humani generis proprium est, sed & omnium animalium quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Verum enimvero id ex Iustiniano additum velim, ius istud diuina quidam prouidentia constitutum. Ea enim quæ natura fiunt, arte diuina fieri, & animalia cuncta mortalia, plantasque & quæcumque inanimata, a nullo alio fabrefacta fuisse quam DEO, fatentur apud Platone[m] hospes Eleates & Thætetus, reiecto eorum sermone, qui dicebant ea omnia natura ipsa gigni, a causa quadam fortuita sine mente hæc agente,

EX EADEM LEGE, EODEMQVE §.

Secundum Responsum,

*Aiure naturali descendit maris & foeminae coniunctio,
quam Iurisconsulti matrimonium appel-
lant,*

NARRATIO.

Quod Iurisconsultus Ulpianus maris & foeminae coniunctionem naturæ tribuit, id quidem videretur dubitatione carere. Nam id philosophis medicisque fere omnibus in confesso est. Sane Plutarchus veneream cupiditatem, vt naturalem quidem, ita minime necessariam esse docet. Neque enim vt edere, & bibere, & dormire, ita & coire necessarium est. Verum eam modo videtur Iurisconsultus noster maris & foeminae

minæ coniunctionem e naturæ fontibus deriuare, quæ matrimo-
nii iure nititur. Cui quidem ego ausim subscribere. Neque enim
video, qua ratione luxum venereum extra matrimonium naturæ
tribuamus: si modo eam accipiamus naturam, *quam* (inquit Ci-
cero) *sesequamur ducem, numquam aberrabimus.* Quis enim ne-
get eos aberrare, qui libidinibus seipfos polluant? Certe Vlpia-
nus noster meretrices turpiter facere dicebat, quod essent mere-
trices, quamuis non turpiter acciperent, cum essent meretrices.
Neque vero ei pepercit, quæ prætextu paupertatis turpissimam,
hoc est prostratæ pudicitia vitam elegerat. quin etiam turpius fa-
cturum eum scripsit, qui scortum libidinis causa supprimeret,
quam si id furandi animo subtraheret. Atque eo spectat, quod
Balbus Stoicus cupidinem, & voluptatem, & lubentiam vene-
rem, in vitiosarum rerum neque naturalium genere ponebat:
quamquam Velleius Epicureus aliter existimaret. Sed tamen i-
dem Balbus ea ipsa vitia naturam vehementius sæpe pulsare fateba-
tur. Quapropter videtur maris & fœminæ coniunctio extra ma-
trimonium haudquaquam naturalis esse, quamuis naturam interd-
um vehementius agitet: nisi forte idcirco naturalem eam dixeris,
quod in viri & mulieris complexu natura naturæ coniungatur. Na-
tura enim pro verendis frequenti vocabulo vsurpatur. Itaque Cicero
Mercurii naturam obscenius excitatam scripsit, quod is ad spectum
Proserpinæ commotus esset. Quamobrem nonnulli Græcorum
populi, quos refert Herodotus, Mercurii statuas arrectis virili-
bus pingebant & fingebant. Denique idem Cicero cuiusdam ma-
tronæ meminit, quæ parere cupiens, dubitans essetne prægnans,
visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit ad coniecto-
res, quorum vnus negauit eam, quoniam obsignata fuisset, con-
cipere potuisse. Alter prægnantem esse dixit. Nam inane nihil
obsignari solere. At non solum Cicero, sed & alii non contem-
nendæ grauitatis auctores naturam eo sensu acceperunt. Ex
quibus vnum Iulianum Capitolinum præferre sufficit: ex quo
constat, Gordianum iuniorem Imperatorem, multorumque con-
cubinæ liberorum patrem, a nonnullis Priamum, ob alius Pria-
pum, appellatum fuisse, quod esset propensioris naturæ. Neque
vero his refragatur Arius Menander Iurisconsultus noster, qui re-
spondit eum qui cum vno testiculo natus est, quiue eum arripit,

iure militaturum; cum & duces Sylla & Cotta memorentur eo habitu fuisse naturæ. Cæterum quatinus Stoicis placeat suo quaque rem nomine appellare, sunt tamen qui verecundiam Academicorum seruare malunt, & in obscænis verborum honestorum delectu (quoad eius fieri potest) vti. Quorum sententiam amplecti videntur hi, qui naturæ nomine genitalia & pudenda expriment. Nisi forte quod ea ad nascendum conferant, idcirco naturæ nomen simpliciter accipiamus, & maris & foeminae coniunctionem extra matrimonium naturalem simpliciter dicamus. Suboritur illico grauis & ardua difficultas, in qua quæritur an natura nos ad peccandum alliciat & incitet. Nec enim dubium est, quin ea coniunctio vitiosa sit & fœda. quæ si præterea naturalis est, consequens est naturam nos ad peccandum lacessere. Et quidem verba Senatusconfulti Macedoniani existant hoc modo concepta: *Cum inter cæteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, &c.* quibus aperte declaratur, naturam Macedoni delinquendi ansam præbuisse. Verum enimvero naturalis ratio (vt recte Caius Iurisconsultus noster censuit) auctoritate Senatusconfulti mutari non potest. Itaque transgrediemur ad alios auctores. Ex quibus Socrates existimauit homini a natura non inesse vt peccaret, verum ab inscitia id procedere arbitratus est. Quod etiam suo more fabricorum aliorumque artificum exemplo docebat: quorum hi qui inscii artis sunt, labuntur assiduo errantque: qui vero artem ducem artisque præcepta sequuntur, rite recteque operari dicuntur. quapropter eos publice priuatimque delinquere assererat, qui nec seipfos nec liberos suos virtutem doceri volunt: inde enim fit, vt in delectu bonorum decipiantur. His autem qui voluptatem etiam scienti dominari dicebant, respondebat nihil scientia potentius esse, eamque vbi adest, voluptati cæterisque omnibus dominari: ab affectibus vero superari, nihil aliud quam sapientiam esse dicebat. Neque enim quisquam libens ad mala descendit, vel ad ea quæ mala existimat. Neque hoc videtur naturæ hominis inesse, vt ad ea quæ censet mala, bonorum loco declinare velit. At inscitia est quando quis falsa opinione decipitur circa res plurimi faciendas. Ex his vero qui voluptatem scienti dominari dicebant, fuisse videtur Euripides, Socratis condiscipulus sub Anaxagora, apud quem Phædra sic loquitur: *Mor-*

*Mortalium desperi quomodo corrumpatur vita
 Et mihi videntur non ex animi natura peccare. est enim
 sapere
 Plerisque, sed hac ratione consideranda hac que bona
 sunt scimus & cognoscimus,
 Operibus non elaboramus, hi quidem propter socordiam
 Hi vero voluptatem praeponentes honesto.*

Plato autem ut bonorum omnium causam ad Deum non semel retulit, ita & malorum occasionem aliunde quam a DEO petendam docuit. Sed vnde? Et quidem nusquam id (quod mihi veniat in mentem) dilucide expressit. Illud constat ex vna suarum ad Dionysium epistola, in eum se cum Dionysio de inuestigandi mali causa sermonem incidisse, nec ultra progressum, quam ut ancipitem adhuc & perplexum Dionysium in hoc dubio dimitteret. Xenophon duos in nobis esse animos scripsit, alterum bonum, alterum malum, quorum ut alteruter dominatur, ita & consequens est nos agere. Absurdum enim videbatur ei animum vnicum simul & bonum & malum esse, simulque honestorum & turpium amore capi, atque hæc simul agere velle & nolle. Plutarchus vero nonnullorum philosophorum meminit, qui non putant id animi quod ratione vacat, affectibusque perturbatur. discrimine villo naturaque ipsa animi, ab eo quod ratione præditum est, esse distinctum, sed eandem animi partem, quam intellectum principemque appellant, continuis mutationibus conuersionibusque obnoxium esse, & in affectionibus, & per varias habitus vel dispositionis mutationes vitium fieri atque virtutem, nihilque in se habere quod sit expers rationis, etiam tum cum motus animi auidè concitatus, & vehemens atque impotens, ad aliquid absurdum præter delectum rationis effertur. Inter quos philosophos enumerat Menedemum Eritriensem, Aristonem Chium, Zenonem Citieum. At ipse Plutarchus putat eos ignorasse, quod vnusquisque nostrum vere duplex compositusque est. *Humanus enim (inquit) animus pars vel scilicet cum sit vniuersi, & rationibus numericisque ad exemplum cælestium compactus, nec est simplex, nec vnus modi, sed alterum habes intelligentiam atque rationem, quam præ-*

stare naturaliter imperarique homini conueniens est : Alterum vero turbulensiam affectuum habet , imposque rationis est & erroribus refertum , & sua vi suaque sponte inordinatum. Certe si Menedemi, Aristonis, Zenonisque Citei sententiam sequamur, verendum est ne occurrat Panætius, contendatq; nihil esse quod doleat, quin id ægrū esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam in interitum cadere: dolere autem animos, ergo etiam interire, *quæ ratio qui refelli (inquit Cicero) potest, nisi dicamus hæc esse ignorantis, cum de aternitate amicorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacat, non de partibus his, in quibus ira, libidines, ægritudinesq; versantur? quas Plato, contra quem hæc dicebat Panætius, semotas a mente & disclusas putat.* Magi vero (vt refert Laertius ex Aristotele) duo boni & mali principia statuebant: bonum videlicet dæmonem & malum: alterumque ex his Iouem & Horosmadem, alterum Plutonem & Arimanium vocabant. Cicero nequitiam ab eo deducere tentat, quod necquicquam est in tali homine, vnde idem nihili dicitur. inde Varro verbum nequam, ex nequicquam expuncta media syllaba compositum docet. Nostra autem iurisconsultorum prudentia, bonos non solum metu poenarum, sed etiam præmiorum quoque spe efficere cupit. Itaque Paulus, *pena (inquit) constituitur in emendationem hominum,* & e contrario Theodos. & Valent. Imperatores, virtutum præmia merentibus tribui debere censuerunt. academ iurisprudentia naturam criminibus aduersari dicitur. Quippe dicebat Paulus furtum naturali lege prohibitum: & Vlpianus, *probra (inquit) quedam natura turpia sunt:* Vt puta furtum, adulterium natura turpe est. Neque vero mulieris impudentiam ferre potuit Iustinianus, quæ stuprum naturalis concupiscentiæ opus appellabat. Quæ cum ita sint, vides nullum eorum, quorum supra meminimus, naturam accusare, quod ea vitiorum nobis si fomes. Tametsi fateor ingenue cum Iustiniano, humanam naturam quodammodo labi ad delicta. itaque coniunctionis maris & foeminae extra matrimonium, scelus, cæteraque vitia, non naturæ, sed naturæ humanæ adscribenda puto.

EX

EX EADEM LEGE EODEMQVE §.

Tertium Responsum.

Matrimonium a iure naturali descendit.

ENARRATIO.

Constans est prope omnium sententia, matrimonium naturam auctorem laudare: sed præcipue Aristotelis. Societatem enim maris & foeminæ secundum naturam esse nusquam non scribit: diuinitusque a natura comparatum, ut ea societas, tamen ex contrariis, optime tamen coalesceret. quandoquidem natura robur viro tradidit, ut foris victum pararet & pugnaret, mulieri mollitiem, ut timida cautius ageret, partaque conseruaret domi, atque ita ope mutua sese iuuarent. Cum itaque ea societas diuinitus a natura conflata sit, merito Modestinus noster nuptias definiuit, coniunctionem maris & foeminæ, consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem. Vnde etiam vxor ab Imperatore Gordiano socia rei humanæ & diuinæ domus appellabatur. Veteres autem Athenienses nuptialem arationem rationemque sacratissimam dixerunt: utpote quæ fiat ad liberorum procreationem. Proinde cum (inquit Plutarchus) *natura coniuges per corpora miscet, ita ut ex utroque parte decerpta simulque confusa quod inde nascetur, commune utrisque præbeat: salis quoque societas connubio iunctis maxime conuenit, ut unum in substantiam rebus omnibus confusis ac mixtis, ne hanc partem propriam, illam alienam, sed omnia propria ac nihil alienum arbitrentur.* Sane et si matrimonium a natura esse in confesso sit, multi tamen mortales coelibatum pluris fecerunt, faciuntque etiamnum. aliis concubitus magis placuit: alii plures vni viro dederunt vxores: nonnulli communes omnibus omnes mulieres decreuerunt: alii diuortium laudauerunt: alii improbauerunt. Ulysses vero, quem utile nobis exemplar proposuit Homerus, si Horatio, credimus, nihil arbitrabatur hoc potius & melius,

*Quam quando concordēs sententiis domum habitant
Vir & vxor, multi dolores inimicis,
Gaudia autem amicis.*

EX EADEM LEGE, EODEMQVE S.

Quartum Responsum.

Liberorum procreatio a iure naturali descendit.

ENARRATIO.

Liberorum procreatio pars matrimonii cum sit, idcirco tamen a matrimonio separatur, ut ostendat Iurisconsultus etiam sine liberis matrimonium consistere. Itaque multorum contumeliis sese exposuit Sp. Carbilus, qui primus Romanorum uxori ob sterilitatem repudium misit. Propterea quod veteres Romani conjugalis fidei non minorem gerent curam, quam liberorum procreationis, & utrumque æque amanter obseruarent. Quod autem liberorum procreationi dictante natura ultro studeamus, hinc fit, ut memoriam nostri in liberis nostris diuturniorem conferuimus. quæ ratio Callistrato nostro placebat. Vel id fuit naturæ commentum, ut genus humanum perpetuum staret, vel ut nouis semper actis propaginibus reuiuiscens. quod sane omnes philosophi approbant. Galenus autem duas procreandorum liberorum causas prosequutus est, quarum vnam naturalem appellauit, quam naturæ lex omni animanti præscripsit: alteram vero instrumentariam dicere maluit. Licet eandem præclaro naturæ artificio in his partibus collocatam esse doceat, in quibus miras commiscendorum corporum libidines agnoscimus. Quod cum ita sit, superest ut vi quadam naturæ viri & mulieres ad liberorum procreationem ducantur. quod & Plato dilucide fatetur. quamquam (si verum amamus) mulieres præcipua concipiendi conceptumque tuendi sollicitudine tenentur. id enim testantur Vlpianus noster, atque etiam Iustinianus Imperator. maximam mulieribus procreandi cupiditatem inesse professi. Qua ratione Scythicæ mulieres viros diuturniorem absentiam per militiam agentes domum reuocabant, quod ferre non possent, ut Scytharum gens interiret. adeo ut sobolem se ex finitimis populis quæsituras ex professo minitarentur, nisi mature domum sese reciperent viri. Quinetiam Romanæ mulieres sæcunditatem tanti faciebant, ut viris nudis Lupercalia celebrantibus ultro sese obicerent scuticis feri-

rien-

riendas. Persuasum enim habebant, plurimum id ad foecunditatem conferre: ex quo illud Ouidii carmen:

*Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis
Nec prece, nec magico carmine matereris.
Excipe foecunda patientis verbera dextra;
Iam socer optatum nomen habebit aui-*

Hanc vero liberorum procreationem Iurisconsulti nostri summo opere commendant. Quocirca Pomponius replendæ liberis ciuitati studet. Terentius legem vtilem Reipublicæ, sobolis procreandæ causa interpretatione adiuvat: Vlpianus partui fauet, qui non tantum parenti, cuius esse dicitur, sed etiam Reipublicæ nascitur. Tryphonius ex Cicerone Milesiam quandam mulierem capitis damnatam fuisse commemorat, quod accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset: neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis subsidium generis, designatum Reipublicæ ciuem sustulisset. Quod reliquum est, Aristoteles liberorum numerum certum & statutum esse voluit, eoque vbi quis potitus esset, obuiam iri debere, ne plures quam par esset conciperentur, censuit. Nam conceptos extinguere, graue nefas esse non dubitauit: cui quidem subscripsisse videtur Plutarchus, aperte professus non oportere cuiquam plures liberos enasci, quam facultates eius ferant. Alioqui liberorum nimia procreatio pauperiam & molestiam afferet. Atque in eadem sententia fuit Hortensius, qui Catonis Vticensis filiam Bibulo nuptam, cum ex ea Bibulus duos suscepisset filios, a Bibulo disiungere enixissime conabatur, sibi que tamquam agrum ad sobolem foecundum tantisperdum habere, eandem Bibulo suscepta prole (sita videretur) restitutus. qua quidem re & amicitias & affinitates auctum iri dicebat. Quinetiam Octavius Augustus multarum mulierum consortia expertus, vt vidit nullam sibi masculorum progeniem contingere, Liuiam a Tiberio distrahere non dubitauit, duorum illi masculorum matrem, nullam afferre Tiberio iniuriam existimans, cum vxorem ab eo dimissis duobus liberis segregaret. Contra Lycurgus Lacedæmonios præmiis propositis ad liberorum multorum procreationem laceſſebat. Nam eum, cui quatuor pluresue essent liberi, muneribus oneribusue omnibus solutum esse

esse voluit. Cuiusmodi studio accensos fuisse Imperatores eos, qui ius trium liberorum constituerunt, plerique existimant. Verum (vt ingenue fatear) id mihi non liquet. Neque enim memini me legisse, quis primus Imperatorum id ius ediderit. Equidem scio plerosque pergraves auctores, eius iuris mentionem fecisse, atque id magni aestimasse. At cum animaduerto Honorium & Theodosium lege sua ius liberorum omnibus concessisse, nec quemquam ea concessione locupletiozem factum video, nescio prorsus quod illi pretium statuum. Vt cumque sit, non eo nomine danda est liberis procreandis opera, vt ius aliquod aut immunitatem consequamur; *Ea enim est hominis natura & dignitas (Paulo Iurisconsulto nostro teste) vt res omnes ei accedere possint, ipse autem nulli rei accedat.* Neque vero inopix metu, contra naturales stimulos a liberorum procreatione reuocari debemus: sed his natis, educationi eorum consulendum erit, vt mox dicemus.

EX EADEM LEGE, EODEMQVE §,

Quintum Responsum.

Liberorum educatio a iure naturali descendit.

ENARRATIO,

Nature (inquit Aristoteles) opus est alimentum genito præbere, quem sequutus Cicero, eandem naturam ingenerare, ait, præcipuum quandam amorem in eos qui procreati sunt, impellereque vt quisque studeat ea parare, que ad victum & cultum suppeditent, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisque quos choros habeat, & tueri debeat. Qua tamen in re impudenter admodum plerosque omnes versari comperias. ita enim dum victum liberis parant, opum accumulandarum studio exæstuant, vt naturæ fines longe lateque prætergrediantur; quibus (ait Horatius)

Exilis domus est, si non & multa supersunt.

Sane Aristo & Anaxagoras philosophi superfluam opum admirationem ab opinione & inani iudicio vulgi, potiusquam a natura, proficisci asserbant, quorum sententiam præstantissimi quique

que philosophorum tutati sunt. Itaque scitum est illud eiusdem Horatii :

Cui satis est quod contingit, nihil amplius optet.

Amplissimæ etenim opes varias sollicitudines circumferre solent, quamobrem Pheraulas Xenophonticus repente & ex improviso locupletatus, ægre ferebat, quod non tam suaviter ederet, & dormiret quam cum fortuna erat mediocri. Aglaus vero Psochidius Apollinis oraculo felicissimus iudicatus est, quod is agello tenui quidem, sed tamen victum quem decebat suppeditanti, se contineret, & minimum mali ex minima cupiditate experiretur. Omnino non sunt expetendæ immensæ opes educationis ergo, quas dicit Isocrates vitiorum potiusquam virtutis ministratrices esse, socordiamque alere, & iuvenes ad voluptates accersere. Apagete igitur patres, quibus vnus hic veterum Megarensium ad liberos in ore est sermo: *Lucrator ac parcius, tantique te esse putato quantum habueris*. Audite quæso Socratem apud Xenophontem, qui eos reprehendit, qui pecuniarum copiam sufficere credunt ad honores obtinendos, vitamque pro arbitrio transigendam. Plane cum tria sint quæ habemus, animus, corpus, & pecunia, animi primum cura habenda est: atque is statim a puero bonis moribus imbuendus est. *Vicumque enim (inquit Horatius) defecere mores,*

Dedecorant bene nata culpa.

Itaque præclare Euripides:

Bona (inquit) educatio verecundiam affert,

Vereatur enim in rebus bonis exercitatus vir

Malus fieri quiuis. nam fortitudo

Disci potest per disciplinam. siquidem puer discit

Loqui & audire, quorum peritiam non habet.

Quæcumque vero didicerit aliquis, eadem seruare solet

Ad senium vsque. itaque filios bene instituito.

Ita proculdubio fiet, vt animus animi bona, probitatem atque modestiam, vitæque innocentiam consequatur. quæ sola certa stabiliaque iudicabat M. Antoninus Imperator, atque ea immensarum opum ostentationi, longoque sanguinis ordini anteponebat. Corpus autem victu atque exercitatione mediocribus sustinendum docebant Plato & Isocrates, aliique philosophi, quibus

& medici consentiunt. Superest tertium, Pecunia: quo nomine non solum numeratam pecuniam, sed omnes restam soli quam mobiles, & tam corpora quam iura contineri cum Hermogeniano nostro intelligo, & cum Aristotele ea omnia quæ numo æstimari possunt. Cui quidem vix modus potest statui, si verum est illud Solonis:

Haud est finis opum fixus mortalibus ullus.

Et certe est in nonnullis inexhausta diuitiarum sitis. At vero non defunt qui cum Theocrito sentiant, dicantque:

Non mihi sint nec opes Pelopis, nec multa talenta,

Nec celericursu ventos superare fugaces:

At vacuo curis liceat cantare sub antro,

Et procul e speculamine prospicere profundum.

Plato autem non minus vere quam eleganter hæc (mea quidem sententia) componit. Tradit enim pecuniam si excedat, & priuatum & publice inimicitias seditionesque parere: si deficiat, vt plurimum seruitutem. itaque neminem vult liberorum gratia pecuniis cumulandis incumbere, vt ditissimos eos relinquat: sed censum iuuenum tum adulatione vacuum, tum rerum necessariarum non indignum omnium decentissimum & optimum opinatur esse. Proinde artium etiam habenda est ratio. Nota est enim fabula; qua traditum est Epimetheum omni animantium generi quantū cuique opus esset virium atque alimentorum distribuisse, solum hominem nudum atque inermem reliquisse. quod vt animaduernerit Prometheus, is Mineruæ & Vulcano sapientiam & artes surripuit, eisque hominem donauit, vt his vitam suam tueretur. Artibus enim vt nulla ciuitas carere potest, ita eas (quod est in veteri pro- uerbio) alit omnis terra. Itaque Solon vt patres ad erudiendos artibus liberos alliceret, lege sanxit, vt his demum patribus a filiis alimenta reposcere liceret, qui eosdem artes aliquas edocuisissent. Hanc autem educationis curam non solis patribus reliquit Aristoteles, verum etiam ad Rempublicam pertinere censuit. Cum enim Respublica multis priuatis domibus constet, necesse est priuatarum domuum sinceritate atque integritate Reipublicæ corpus coherere & sustineri, alioqui futurum est vt corruptis partibus id quod

quod totum est, facile concidat & collabatur. Itaque Lacedæmoniorum ciuitatem laudibus effert, quæ ita instituta erat, vt excrendæ iuuentuti præcipuam operam nauaret. Multas vero ciuitates improbat, quæ hanc sollicitudinem respuunt & reiciunt in priuatos. Neque enim licere debet vnicuique vxoris liberorumque mores pro arbitrio effingere, ritu Cyclopum, quibus neque conciones conciliarix, neque leges: sed hi altorum montium habitauerunt cacumina, in speluncis concavis. habet autem ius vnusquisque in filios & vxores, neque se mutuo curant, vt testatur Homerus. Sane cum multi interdum sese offerant inertes, desidiosi, otiosi, haud aliter his consuli potest quam per Principem, aut magistratum. Quocirca Amasis Ægyptiorum Rex eam curam Præfidibus commisit. Solon Areopagitis. Numa vero Pompilius hanc sollicitudinem seipso dignam habuit. Et quidem Amasis otium morte multauit: quam legem ab Ægyptiis mutuatus Solon Athenas tulit. Numa vero Pompilius desidiosos & inertes ad opus adegit, quem imitatus Iustinianus quæstorem instituit, qui cogeret inertem vitam agentes ad meliora traducere. Hæc autem ad viros maxime spectant. Siquidem muliebri decus & ornamentum veteres Romani in lana, colu & fuso posuere. Itaque Cæcilix lectissimæ matronarum, statuam æneam lana, colu, & fuso insignitam posuerunt: quibus rebus, nihil decentius, nihil comptius, nihil ornatius mulieri contingere posse existimabant.

EX LEGE, VT VIM DE IVSTITIA ET
IVRE.

Sextum Responsum.

*Cum inter nos cognationem quamdam natura constituerit,
consequens est hominem homini insidiari nefas
esse.*

ENARRATIO.

Cognatio quidem naturalis est inter omnes homines latissime se diffundens: cuius rationem habebat Hippas sapiens apud Platonem, dicens omnes nos cognatos esse & domesticos

& ciues natura, non lege. Simile enim simili natura cognatum esse. Alexander vero magnus dicebat oportere probos omnes a probis in numero cognatorum haberi: Improbos vero ab omnibus tamquam procul extraneos arceri. Ea vero cognatio ortu ipso non tam late patet, sed in priuatis domibus radices agit, deinde ad consanguinitates propagatur, tum postea sese effert ad vicinitates, ciuitatem totam, orbem denique vniuersum. Etenim charitas auctore Cicerone, ita comparata est, vt primum in eos quos procreamus domumque totam coniugio nexam se diffundat: deinde serpat foras ad cognationes & affinitates: postremo complectatur totum humanum genus. Nemo enim homo est, nisi hominem ex homine tollas, qui non tandem cuius infanti homini, hoc nomine quod homo est, subueniendum afflicto putet. Si enim inter nos abiecti neglectique simus, *quid cause est* (inquit Cicero) *cur diis immortalibus charissimus, & ab his diligamur?* Cum igitur naturalis cognatio hominem hominis beneficio affici suadeat, quanto magis alium alii insidiari vetat? Quod si quis est ore tam impudenti, vt naturalem inter homines cognationem abneget, saltem iustitiam reuereatur: cuius vnum fundamentum est, vt communi vtilitati seruiatur, alterum vt ne cui noceatur. Itaque pulchre Isocrates Nicoclem regem commonefaciebat, ne populares sese inuicem iniuria afficere sineret: hoc enim vnum est ex ciuilibus disciplinæ bene institutæ fundamentis. Iustum autem ipsum Rhadamantus Pythagoreique in talione siue in reparatione (teste Aristotele) ponebant: vt si quæ fecerit, hæc etiam patiatur & ipse. Iudicium fuerit perrectum, atque exitus æquus: De qua re incidit disputatio inter Sextum Cæcilium Iurisconsultum & Phaurinū philosophum, quam Gellius scriptam reliquit. Referebat Phaurinus legem XII. tabul. de talione, cuius verba hæc erant: *Si membrum rupsi meum, e pacto, talio esto.* Conabaturque ostendere eam legem plus nimio acerbam esse, nec executionem talionis iustam procedere posse. qua in re utebatur iisdem fere rationibus, quibus vsus est Aristoteles cum de iusto Rhadamanteo disceptauit. Nempe quod talioni par non sit talio, neque rumpi membrum facile possit ad alterius rupturæ æquilibrium, ac etiam quod inter eum qui ignorantia & eum qui sponte deliquit discrimen esse debeat: quæ omnia concessit Cæcilius: sed ostendit decemuiros minuire

nuere atque extinguere voluisse impetum pulsandi atque lædendi, talione, quo metu coercendos esse homines putauerunt. censetque minime id acerbum fuisse, cum daretur reo facultas paciscendi, nec ei necesse esset pati talionem, nisi ipse eam elegisset. Quod si neque pacisci, neque pati talionem voluisset, iudex æstimata lite hominem pecunia damnabat. Atque ita fœderitas legis ad pecuniæ multam redibat. Quamquam ipse Cæcilius nihil acerbi putet esse, si quis quid in se patiat, quod ipse in alium admisit. Et cum Cæcilio idem sensisse videretur Alexander Severus, qui cum aliquem emendaret, per præconem dici iubebat. *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Perinde ac si is in quem exemplum edebatur; talione pœnam lueret. Sed proh dolor! nulla est tam detestanda pestis aut pernicies, quæ non homini ab homine nascatur aut infligatur: Et quidem impune. O tempora! o mores! Per multos hoc vnum contendere dicas, vt mortui hoc epitaphium consequantur: *Hæc habui, quæ per iniuriam abstuli.* Nonnullis scilicet Menonis Thracis artes placent, quem proposuit Xenophon, vt in signe improbitatis impudentiæque exemplar. Hic autem ad ea quæ concupiscebat, viam sibi fraudibus, periuriis, ac mendaciis aperiebat. animi simplicitatem ac comitatem pro torpore & ignavia accipiebat: neminem ex animo diligebat, nemini se amicum simulabat, quin ei infidias tenderet. bonorum pietate & fide pro libidine abutebatur: maximam voluptatem capiebat dum aut aliquem falleret, aut mendacia fingeret, aut amicos derideret: homines minime facinorosos rudes existimabat & indoctos: amicorum rebus potissimum inhiabat, quod videret eas amicitia fiducia incautius asseruari. Nec desunt etiam, qui Timarchidem Verris libertum imitandum sibi proponunt. Cuius (ait Cicero) erat ars & malicia miranda. Hic enim acutissime tota in Verris prouincia quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat: omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare: ex vtraque parte causas, voluptates, facultates & copias perspicere: quibus opus esset metum asserre, quibus opus esset spem ostendere. Denique accusatorum, delatorum, quadruplatorum quicquid erat, in potestate habebat: quod cuique negotii consilium volebat, nullo labore faciebat: Verris omnia imperia, decreta, litteras,

peritissime & callidissime venditabat. His (si ita videbitur) addes eos, qui (vt comice loquar,)

Neque ius, neque æquum atque bonum sciunt.

Melius, peius, profit, obfit, nihil vident, nisi

Quod lubet.

EX LEGE MANVMMISSIONES DE IVSTITIA ET
IVRE,

Septimum Responsum.

Iure naturali omnes homines liberi nascuntur.

ENARRATIO.

EXstat Imperatoris Iustiniani constitutio, qua testatur philosophos libertatis amatores esse. C. vero Cæsar scripserat, libertatem omnibus natura placere, seruitutem odio esse. Iurisconsulti autem nostri libertatem velut rem inæstimabilem dicunt, seruitutem morti fere comparant. Ex quorum dictis tres libertatis & seruitutis formas colligo: vnam philosophicam, alteram naturalem, tertiam legitimam, hoc est a legibus nostris traditam. Et de his tribus pauca quædam sigillatim dicam: ac primum de legitima. Est autem legitima libertas (vt Florentinus noster definit) naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Legitima autem seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subiicitur. quo spectans Planudes, Æsopo fabularum scriptori antiquissimo, animum natura liberum fuisse, corpus autem hominum lege seruituti addictum scripsit: libertatem ad naturam, seruitutem ad hominum legem referens. Hanc autem seruitutem philosophorum nonnulli approbant, quod ita conuenisse videatur inter homines, vt ea sua faciant quæ bello capient: aliis vero, quibus vis a iusto abesse videtur, displicet omnino. Existimant enim per iniquum esse, liberum, ingenuum & generosum virum vi ad seruitutem adigi. quorum sententia apud nos inualuit. Nam neminem bello captum ita innectimus, vt eum perpetuo dominii iure

re

re nobis habeamus. Et certe cum homo cæteras res dignitate longe anteeat, merito diuerso iure quam cæteræ res censi debet. Naturalem autem libertatem & seruitutem Plato & Aristoteles eam acceperunt, ad quam videmus vnumquemque natura sua duci: Videmus autem suapte indole, duci allos ad imperandum, alios ad obsequendum. Vnde fit vt natura imbecillior potentiori pareat, vecors generoso. Et certe vita nostra ita constituta est, vt necessario alius alii obsequatur & imperet. quod ipso rerum vsu perspectius est, quam vt latiori egeat explicatione. At vero philosophicam libertatem & seruitutem M. Cicero ita definiēbat, vt libertas sit potestas viuendi vt velis: seruitus obedientia fracti animi, arbitrio carentis suo. Eum autem ita viuere vt vult dicebat, qui recta sequitur: qui vero leuis esset, improbus, cupidus, seruire: longe sane contra quam Cynici nugabantur, multa turpiter & foede perpetrantes, potestatem viuendi vt vellent, hoc est libidine, canine, impudenter pro libertate naturali sibi arrogantes. quorum dicta & facta pudet me præ turpitudine literis mandare. Non est certe libertas potestas viuendi vt velis, nisi recte velis. neque is liber est (vt præclare ostendit Xenophon) qui corporeis seruit libidinibus: verum is potius liber erit, qui (vt Agesilaus dicebat) ex frugali vivendi modo libertatem metet: cum id passim videamus accidere quod dicebat Horatius, vt

Seruiat æternum, qui paruo nesciat vti.

Ex quibus vides multiplicem esse libertatem, contra quam ille dicebat apud Euripidem:

Heu mortalium non est, qui sit liber.

Aut pecuniæ enim seruus est, aut fortunæ:

Aut multitudo ciuium, aut legum scripta,

Coercent ipsum, ne utatur moribus pro arbitrio.

EX

EX LEGE SECVNDA S. HIS IGITVR LEGIBVS , DE
ORIGINE IVRIS.

Octauum Responsum.

*Legibus latis cœpit (vt natura euenire solet) vt interpretatio de-
sideraret prudentium auctoritatem, necessariamque
esse disputationem fori.*

ENARRATIO.

Refert Cicero, summos fuisse Romæ viros qui ius ciuile in-
terpretari populo, & more patrio sedentes in folio consu-
lentibus respondere soliti essent. Id autem non Romæ
dumtaxat in vsu fuit, sed & cum Solon Athenis plures le-
ges tulisset, nonnullas obscuriores, alias etiam contrarias, vim iu-
dicatorum (inquit Plutarchus) auxit, quapropter controuersias mul-
tas ad iudices deferri oportuit, eosque legibus interpretandis
præesse. Apud Persas quoque fuerunt (Herodoto teste) iudices
regii legum patriarum interpretes. Plato autem vt legis ferendæ
potestatem ad principem pertinere non dubitauit, ita etiam legi
latæ ciuilem regiumque virum præficere voluit, Ex quibus vides
ius scriptum & non scriptum his omnibus placuisse. At vero A-
nacharsis dicebat leges aranearum telis similes esse; quibus paruu-
las bestias irretiri, illaqueari, capi contingit; a validioribus vero
præteriri, frangi, dissipari. qua ratione Solonem a ferendis legi-
bus reuocare tentabat. Lycurgus autem lege non scripta scriptas
leges aboleuit. Verumenimvero nemini venit in dubium, multi-
tudinem sine legibus in populi vnus corpus coalescere non posse:
quæ res Romulo legum ferendarum causam præbuit. An autem
scriptæ sint leges necne parui referre puto. Cum enim virtutes
moribus assuetudineque comparentur, atque adeo morales (non re-
clamante Aristotele) dicantur, quid obstabit quominus leges eadem
methodo perdiscamus: sane non ita legum verbis scriptæ sint nec-
ne, insistendum credo, vt Charondas, & Dyocles, Sybarenti-
um, Thuriorum & Syracusanorum legislatores; qui quod con-
tra leges a se ipsis latis in concionem gladio cincti prodiissent, sese
ipfos damnarunt, & manus sibi attulerunt, tametsi vocati ad com-
ponen-

ponendam controuersiam ac seditionem, & plane doli expertes eo se armati contulissent. Etenim fatius duco cum Iurisconsultis nostris legem interpretationi Prudentum submittere. quandoquidem & Iulianus noster multa in iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse arguit. Et Celsus bonum Iudicem varie pro personis causisque constituere vult. & Paulus iuris scientiam perniciem afferre bonitati & æquitati non patitur. Ante quos Aristoteles, naturam æqui & boni, nihil aliud esse, quam emendationem legis in quo ipsa deficit, docuerat.

EX LEGE ARETHUSA DE STATV HOMINVM,
Nonum Responsum.

*Natura non permittit vno impetu duos infantes de vno vtero matris excedere, vt ordo nascentium sit in-
certus.*

ENARRATIO.

TRaditum est Empedoclis atque Hypponis Metapontini autoritatibus, quod gemini pluresue vno vtero enascantur, id fieri ratione feminis, atque vbi plus feminis emititur quam par est, ad vnius conceptum & generationem tum sectionem feminis fieri, & duos pluresue procreari. Asclepiades vero præstantiam feminis in eius rei causa esse dicebat, quando id est vberius & magis prolificum. Erasistratus superfœtationi id tribuebat: quam communem esse mulieri cum cæteris animalibus dicebat. Stoici vero tum plures foetus concipi opinabantur, cum plures vuluæ loculi semen excepissent. Atque hæc sunt Philosophorum placita, quorum meminit Plutarchus. Aristoteles vero mulieres interdum, raro tamen, superfœtare concedit. quod vt plurimum accidere tradidit, cum coitus coitum modica temporis intercapedine subsequitur. Nam si post longius intervallum mulierem superfœtare contingat, posterior foetus anteriorem elidet, vel mutuo concursu sese ambo conficiunt. proinde superfœtationem confirmabat Aristoteles Herculis & Hyphicis

geminorum fratrum exemplo. Est enim vetus fabula Amphitrionem ad bellum profectum gravidam vxorē Alcmenam reliquisse domi, cum qua tertio post absentem virum mense coiit Iupiter, ex cuius coitu susceptus est Hercules, cum tamen Alcmena Hyphiclem ex Amphitryone vtero gestaret. quod his versibus aperit Mercurius apud Plautum :

*Nunc de Alcmena dudum quod diximus,
Hodie illa pariet filios geminos duos.
Alter decimo post mense nascetur puer
Quam seminatus est, alter septimo.
Eorum Amphitrionis alter est, alter est Iouis.*

Verum Hyginus fabularum scriptor ea nocte, quæ Amphitrionis discessum proxime consequuta est, Iouem cum Alcmenâ rem habuisse scripsit. Hesiodus vero vna eademque nocte Alcmenam cum Ioue & Amphitrione coiisse, extenseque viciatam fuisse cecinit. Proinde his qui superfœtationem approbant, accedunt Plinius & Solinus, vbi mulieris cuiusdam adulteræ meminerunt, quæ geminos enixa, vnum viro, alterum mœcho forma similem edidit. Neque vero superfœtationem inficiantur hi, qui Pasiphaem Minotaurum ex Minotæ & Tauro suscepisse fabulantur. Iurisconsulti vero nostri hac in re non satis sibi ipsis constare videntur. Nam Ulpianus mulierem quæ vterum gerat, partum alterum per rerum naturam admittere non posse scripsit, adiecitque hoc accipiendum post certum conceptionis tempus. Vbi certe Aristoteli subscribere videtur, qui superfœtare mulierem posse tradidit intra modicum a primo foetu tempus. Iulianus vero Ulpiano ipso teste Stoicorum sententiam amplecti videtur, vbi refert mulierem quinque liberos vno vtero ferre posse, quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere possunt. Sed pro Stoicis errore (nisi ipse fallor) lapsus Aristotelem citat auctorem. Paulus vero multa de hac re fabulis similia tradi asserit. Sed quid mirum si discrepent hoc in loco Iurisconsulti nostri? cum nec inter Philosophos (vt videmus) conueniat, nec inter Medicos. Galenus enim superfœtationem videtur negare, cum affirmat matricum collum statim atque animal conceptum est, claudi ad vnguem, ita vt haud aliquid vel quantumcumque intus recipiat, vel foras emittat. Hippocrates au-

tem

sem superfoetare mulieres dicit, quæ um vteri os post primum conceptum non clauditur ita valde. Ex quibus satis apparet incertissimum esse, quomodo & quando plures vno vtero procreentur liberi. Tryphonius autem noster naturam non permittere ait vno impetu duos infantes de vno vtero matris excedere, vt ordo nascentium sit incertus. At id interdum adeo incertum esse potest, vt nec per subtilitatem iudicalem (quod ait Vlpianus) manifestari possit. itaque Romulus (inquit Liuius) & Remus cum gemini essent, nec ætatis verecundiæ discrimen facere posset, conuenerunt, vt dii auguriis legerant, qui nomen nouæ vrbi daret; qui conditam imperio regeret,

EX LEGE LEX NATURÆ DE STATV HOMINVM,
Decimum Responsum.

Lex nature hæc est, vt qui sine legitimo matrimonio nascitur, matrem sequatur.

ENARRATIO.

Inter scriptores Latinos fere conuenit, nullum verbum Latinis esse, quo illegitimos siue naturales liberos vno vocabulo significemus: adstipulanturque vt plurimum Modestino nostro, qui spurium *παρά τῆν προγον*. i. e. a latrone deducit. propterea quod furiose ex colluione quadam & commuione feminis procreari & progenerari Græci oratores clamitarent. Nothus autem Latine pro illegitimo vsurpanti inquit, siue *ἀπό τῆς νόθης* deriuetur, quod degenerare significat: siue (vt Cælius Rhodiginus tradidit) ideo ita appelletur, quod legitimis destitutus natalibus diuino quoque quodam munere priuatus videatur. quandoquidem *νόθον* (inquit ille) priuationem significat, *θεῖον* diuinum. Heliogabalus autem Varii nomen assequutus est, quod ex vario semine & meretricio coitu progenitus crederetur. At id nomen ad alios non transit, neque vsu receptum est vt passim Varii pro nothis appellentur. Itaque haud abs re Iuriscōsultus veluti quadam periphrasi vsus est, vt nothum exprimeret: voluitque partum huiusmodi matrem sequi, *inter* autem ei erit vulgus. Quocirca Iuris-

consulti nostri vulgo conceptos, vulgo partos, vulgo quæsitos liberos dicunt, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. Proinde testatur Iustinianus naturalium liberorum nomen a Romana olim sanctione neglectum; & in ea fuisse existimatione, ut quasi diversi generis aliquid & prorsus a Republica alienum haberetur. Sed Constantinum primum, deinde alios Imperatores rationem illorum aliquem habuisse. Quod cum ita sit, ut ius civile Romanorum eos antiquitus sperneret, merito Iurisconsultus lege naturæ factum fuisse tradit, ut hi matrem sequantur. sed cur patrem eadem lege naturæ sequi non debeant, si modo is demonstrari potest, non satis intelligo. Qui enim naturæ tantum rationem habent, nihil discriminis statuere videntur inter nothum & legitimum. inter quos numero Sophoclem & Euripidem, quorum hæc extant testimonia apud Strobæum.

Nothus tantum valet, quantum legitimus.

Omne quod bonum est, legitimam & genuinam habet naturam.

Nothum genus nomen habet culpabile, natura vero æqualis est.

Frustra sibi cauent mortales a nothis

Filiis generandis: quisquis enim bonus fuerit

Illius natura non corrumpitur nomine.

At vero apud Ægyptios nullus (Diodoro Siculo teste) habebatur Spurius. solum enim patrem existimabant generis auctorem, matrem nutrimentum & locum foetui præbere. De qua re dissidentes proferuntur Philosophorum Medicorumque sententiæ. Nam (ut scribit Censorinus) Diogenes & Hyppon Stoici putabant partum ex semine viri tantummodo procreari. Anaxagoras vero, Parmenides, Empedocles, & Epicurus, etiam ex semine matris foetum procedere opinabantur. Et cum Diogene & Hyppone Stoicis censebant (si Plutarcho credimus) Zeno & Aristoteles. Cum Anaxagora vero, Parmenide, & Empedocle Pythagoras & Democritus, Galenus autem Medicorum nemini secundus semen maris, principium & originem motus & membranarum ac vasorum omnium esse dixit: imperfectius semen foeminarum testes

stes efficere, vt qui minores sint ac frigidiores, minusque exacte coitum ipsam excipiant, eoque nutrirī semen maris, tamquam id natura familiare magis sit, quam sanguis: & semen quod nutritur a similibus, augeri facilius possit.

EX LEGE QVÆDAM NATVRALI IVRE DE RERV M DIVISIONE,

Vndecimum Responsum.

Naturalia omnium iure communia sunt illa, aer, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris.

ENARRATIO.

CVÆ hæc iure naturali communia sint, consequens est eodem iure priuata esse nonnulla, quare Ciceronem admiror scripsisse priuata esse nulla natura, sed aut veteri occupatione ab his qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, aut lege, aut forte. Si enim priuata nulla sunt natura, neque furtum natura turpe esse potest, neque adulterium, neque natura iniquum est aliena iactura locupletari. Atqui non solum Paulus & Ulpianus Iurisconsulti nostri responderunt, ea omnia esse natura legeque naturali prohibita, sed & Cicero ipse tamquam contra naturam essent detestatus est. sunt certe priuata etiam natura, si hominum naturam intueamur. Nam vt hominibus suas semper vxores placuisse, liberos proprios arrisisse verisimile est: ita etiam distincta rerum dominia principio hominibus colluuisse credibile est. Quod si quis fabularum aucupis captus persuadere sibi malit, fuisse aliquod tempus, in quo homines eandem cum feris & brutis animalibus vitam viuerent; videat vnde satis firma sibi huiusce commenti testimonia comparet: cum satis confiet apud Ethnicos, nullius probati auctoris historiam eorum, quæ Ninum præcesserunt, temporum extare. Nec vero me latet Ciceronem scripsisse, sapientem quendam hominem (quem non nominat) fuisse, qui dispersos in agris homines, & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum & congregauit: & eos in vnamquamque rem inducens vtilem atque honestam, primo pro-

pter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. At Plato cogitatione complecti non poterat, quantum temporis præcessisset, ex quo vrbes ciuilesque constitutiones cœpissent. Multorum autem mortalium interitus per inundationes aquarum conflagrationesque accidisse fatebatur, ex quibus, qui superfuerant, haud ita studiose peritiam ciuilem colebant, vt antea. Vnde apparet, ciuilis peritiæ tantam esse vetustatem, vt eius initii memoria nulla tradi queat. Ceterum quod Hermogenianus noster iure gentium discreta fuisse rerum dominia tradidit, idem est ac si iure naturali dixisset rerum dominia distincta. Atque id aperte explicat Caius Iurisconsultus noster, cum ait, quarumdam rerum dominia nos nancisci iure gentium, quod naturali ratione inter omnes homines peræque seruatur, & cum ipso genere humano proditum est. Certe non poterat clarius exprimere dominia rerum statim ab initio & natura ipsa inter homines distincta fuisse, atque ita priuata esse natura. Quod vero ad seruorum dominia spectat, videntur alio iure gentium introducta fuisse. Cum Ulpianus dicat, primum iure naturali omnes homines liberos natos fuisse, deinde iure gentium seruitutem inuasisse, vt ita duplex sit ius gentium: vnum, quod cum humano genere proditum est; alterum, quod postea inuasit. Plane quod pertinet ad primum, merito iuris gentium nomen obtinet. Etenim naturali ratione inter omnes homines peræque seruatur, & cum ipso genere humano proditum est. quamquam id Xenophon diuinum malit appellare. propterea quod leges non scriptæ, quæ apud omnes eodem modo habentur, ab hominibus ferri non potuerint, qui numquam conuenerint vni omnes, neque conuenire poterint, ob vocum linguarumque dissimilitudinem. ideoque a diis datas putat. Sed cum Iurisconsultis nostris sentit Cicero, naturæque vocem appellat id, in quo gentes omnes consentiunt, atque id ius gentium dicit. Alteram autem non aliter quam improprie ius gentium dici potest: cum neque naturali ratione, neque inter omnes homines vigeat. Quod vero præterea Iurisconsultus noster communia iure naturali esse docet, ærem, aquam profluentem, mare & littora maris, conuenit cum hoc Ouidii carmine;

Quid

*Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est.
Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas.*

Quo etiam spectat is Virgillii locus:

littusque rogamus

Innocuum & cunctis undamque, auramque patentem.

At id accipiendum est ex Celsi nostri sententia, modo ne fiat maris aut littoris deterior vsus. Cæterum tamen si maris & littoris vsus natura omnibus pateat, adeo ut eis seruitus priuata lege imponi non possit: ciuili tamen iure bonoque publico vestigalia portubus & salinis iam dudum imposita permanent. (*Sunt enim* inquit Cicero) *belli subsidia, pacis ornamenta, nerui Reipublica.* Neque vero flumina omnia publica sunt, cum etiam priuata quoque a Iurisconsultis nostris tradantur. Aer vero cum communis quoque sit omnibus, merito publice interesse scripsit Vlpianus, ut cloacæ purgentur & reparentur, quarum immunditiæ cælum pestilens minantur.

EX LEGE PRIMA DE PACTIS,

Duodecimum Responsum,

Edicti de pactis æquitas naturalis est.

ENARRATIO.

Edicti verba sunt hæc: *Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, neque aduersus plebiscita, Senatusconsulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus cuiquam eorum fiat, facta erunt, seruabo.* Plane quod Prætor hic pluribus verbis edixit, Agefilaus Lacon hoc vno complexus est, Promissi, si iustum est: si minus, dixi non promisi. Huius autem edicti (inquit Vlpianus) æquitas naturalis est. quid enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ placuerunt, inter eos seruare. Ita que censet Vlpianus, naturalem æquitatem suadere, fidem seruari. At Xenophon dicebat, natura fidos homines non nasci. Omnibus enim iidem fidi apparent. Euripides vero nullam prorsus fidem agnouisse videtur, cum ait:

Nulla

*Nulla fides linguæ est, quæ alienos quidem
Animos hominum admonere callet,
Ipsa vero ex sese plurima mala possidet.*

Si enim nulla fides linguæ est, nulla omnino fides est: cum *fides* sit (vt definit Cicero) *dictorum conuensorumque constantia & veritas*. Sed alii raram fidem, vt Horatius & Cato, alii canam, vt Virgilius, maluerunt dicere, quam nullam. Et quidem id rectius. Nam & experientia rerum magistra docet, non deesse viros quibuscum (vt est in proverbio) in tenebris mices. naturaque fidos homines nasci, si non re ipsa, at habitu tamen constat. Quæ omnia spectans Numa Pompilius, fidei templum, vt ea sanctius ab hominibus coleretur, dicauit: vnde factum est (teste Dionysio Halicarnasso, vt iusiurandum maximum esset, & testimonium validissimum, sui cuiusque fides. Proinde naturalis hæc æquitas & fides, si nihil aliud est præterea quod stringat, naturalem dumtaxat obligationem parit. atque hoc est æquitatis vinculum, quo solo (inquit Papinianus) naturalis obligatio sustinetur. quod si nomen præterea aliquod a iure gentium accipiat, vt emtionis, venditionis, locationis, conductionis, commodati, & similibus contractuum, vel si sine nomine sublit causa, aut lege aliqua vel Senatusconsulto confirmetur vel adiuuetur, actionem pariet. Ius autem prætorium nihil ei roboris addit. itaque quod hic edicit Prætor, pacta se seruatorum, non eo fit vt quicquam innouet aut corrigat, sed dicturum se ius ex legum præscripto pollicetur. Sane in constituta pecunia, quia constitui non potest, nisi id quod iam debitum est; & facilius est obligationem iam natam conferuari, quam nouam nasci: iure prætorio factum est, vt qui constituit quod debetur, sola fide æquitateque naturali omnimodo obligetur.

EX LEGE SOLVENDO DE NEGOTIIS GESTIS.

Decimumtertium Responsum.

Naturalis simul & civilis ratio suadet, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inuito nos facere posse, deteriorum vero facere non posse.

ENARRATIO.

HAec Caius. at is ipse alibi, *Soluere*, (inquit) *pro inuito & ignorante*

se cuique licet; cum sit iure civili confisurum, licere etiam meliorem conditionem ignorantis inuitique facere. Quod ergo hic naturali & civili ratione suaderi dixit, ibi sui (vt credibile est) immemor, iure civili constitutum tradidit. Papinianus autem belle quidem scripsit, hominis interesse hominem beneficio affici. Sed certe modus adhibendus est. Nam præclare Ennius; *Benefacta male locata malefacto arbitrator.* Quod autem dicebat Caius etiam inuiti licere meliorem conditionem facere, ita accipiendum puto, vt inuitus is intelligatur, qui non consentit. sicuti in eo iure, quo dicitur, inuito patrono libertam, quæ ei nupta est, alii nubere non posse. ita enim sæpe inuitum interpretantur Iurisconsulti nostri. sæpe si nuncupatim contradicat, verum erit quod ait Ulpianus, nolenti liberalitatem non acquiri. Porro tradit etiam Caius, deteriorem nos alterius conditionem facere non posse. ex quo efficitur hominem naturæ obedientem homini nocere non posse. Planè si quis nihil existimat contra naturam fieri in hominibus violandis, quid (inquit Cicero) cum eo differas, qui hominem ex homine tollat?

EX LEGE PRIMA DE MINORIBVS VIGINTIQUINQUE ANNIS,
Decimumquartum Responsum.

Edictum de minoribus viginti quinque annis prætor naturalem æquitatem sequutus proposuit, quo tutelas minorum suscepit.

ENARRATIO.

Prætor edicit. *Quod cum minore quam cum viginti quinque annis natu gestum esse dicitur, utiqueque ea res eris animaduertam.* Merito. Est enim (inquit Plutarchus) prima lex, vt eius qui se ipsum tueri oppressus non possit, eius ad eum natura redeat imperium, qui tueri possit. Itaque Prætor cum possit, debet etiam tutelam minorum viginti quinque annis in se recipere: quorum fragile solet esse consilium, & multis captionibus expositum. Prætoris autem nomine omnem magistratum accipe, quem diligenter providere iubet Plato, ne orphanum per negligentiam aut iniuriam offendat, qua ratione Cicero Verrem grauiter insectatur, quod pupilli cuiusdam facultates, quæ, cum esset Prætor, tueri debuerat, ipse corrasisset, atque hac in re communem causam, communeque periculum versari dicebat: cum plerique omnes

liberos habeamus paruulos, & incertum sit, quam breuis vita vnius- cuiusque nostrum sit futura.

EX LEGE IN CAUSÆ S. IDEM POMPONIVS, DE MINORIBVS
XXV. ANNIS,

Decimumquintum Responsum.

*In pretio emtionis ac venditionis naturaliter licet contrahentibus
se circumuenire.*

ENARRATIO.

Varia acquirendi genera tradit Aristoteles, quorum præstan- tissimum & optimum agricultura præbet. Est enim agri pro- uentus maxime omnium secundum naturam: cum videa- mur alimenta a terra tamquam a matre accipere. Itaque Ceres, quam prisca Latini terram dicebant, quasi Geres a geren- tis fru- ctibus dicta est, apud Græcos autem *δημητῆρ* quasi *δοῦσα μητῆρ*, hoc est dans mater: vel *γημητῆρ*, quasi terra mater vocabatur. Proinde Romulus liberos homines & ingenuos duabus artibus exercebat, belli & agriculturæ: quod hæ temperantiam maximam roburque validissimum afferant. Sedentarias vero artes, quæ corpus & ani- mum lædunt, quarum finis est quæstiosa cupiditas, per seruos tra- ctavit. Numa vero Pompilius, a bellis quantum fieri poterat alien- nus, agriculturæ studium retinuit: quod id & pacis amorem indu- ceret, & mores optime componeret. De hac vero acquirendi spe- cie hic non agimus, ea enim doli prorsus est expers. Sed est aliud etiam acquirendi genus, quod pecuniarium dicitur, quod quidem sine alterius damno fieri nequit. Lucrum enim est (vt definit Ari- stoteles) quod vero rei pretio plus assequimur. Id autem fieri al- iter non potest, quam si alius plus det vero rei pretio, atque ita da- mno afficiatur. quandoquidem damnum fit eodem Aristotele au- ctore, cum vero rei pretio plus datur. Quocirca cum lucrum absque alterius damno non contingat, dolo carere nequit. Ete- nim dolo (inquit Paulus Iurisconsultus noster) facit, qui ex aliena iactura lucrum captat. Itaque haud abs re Anacharsis forum dice- bat esse locum, in quem conueniunt homines ad fallendum inui- cem, præbendasque auaritiæ manus. Et de hoc pecuniario acqui- rendi genere tractat hic Iurisconsultus noster, cum dicit, in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se cir- cumuenire. Ex quo efficitur, vt sibi quemque malle quod ad v-
sum

sum vitæ pertineat, quam alteri acquirere, concessum sit non repugnante natura. Illud natura non patiat, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes, augeamus. Atque ita sensit Cicero cum Iurisconsultis nostris. At Aristoteles totum hoc acquirendi genus alienum esse putat a natura: nummumque non natura, sed legis introductum scripsit: atque ideo νόμισμα ἀπὸ τῆ νόμου dici: quod si ita sit, non licet naturaliter in pretio se circumuenire. Verum tradit is ipse Aristoteles, cominutandarum sine pecunia rerum rationem primum a natura profectam: quod aliarum rerum maiores copias, aliarum minores quam satis esset, homines haberent. atque ex ea natam esse pecuniarum querendarum artem, nummumque contrahendarum rerum causa necessario introductum fuisse fatetur. Quapropter etiam pecuniarum acquirendi genus ad naturam non quidem ortu ipso, sed per consequentias referri potest.

EX LEGE EAS OBLIGATIONES. DE CAPITIS DIMINVTIONE,
Decimumsextum Responsum.

Ciuilis ratio naturalis iura corrumpere nequit.

ENARRATIO.

Quod hic generaliter tradit Caius Iurisconsultus noster, alibi ad speciem retulit, cum dixit, naturalem rationem auctoritate Senatusconsulti conuelli non posse. At vero statim in ipsis legum cunabulis discendum proposuit Iustinianus, naturalia iura, quæ apud omnes gentes peræque obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, immutabilia permanere. Atque id fere est quod dicebat Cicero, opinionum commenta die deleri, naturæ iudicia confirmari. Verum is ipse Cicero, tot nos erroribus imbui testatur, ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.

EX LEGE ITEM SI VNVS, §. PRINCIPALITER, DE RECEPTEIS
ARBITRIIS,

Decimumseptimum Responsum.

Naturalis est ad dissentiendum hominum facilitas.

ENARRATIO.

Artebanus Xerxis patruus, rogatus a Xerxe sententiam de expeditione, quam parabat in Græciam, in hunc modum (inquit Herodotus) præfatus est. *Nisi Rex diuersa dicatur sen-*

sententia, meliorem eligere non poteris: sed cum plures variasque audieris, facile discernes tamquam aurum ab aliis metallis meliorem. Et profecto nihil est sententiarum varietate pulchrius, modo tandem meliora pluribus placeant. Neque vero hominibus solum, sed naturæ vniuersi contraria placere videntur. Vnde proflixit vetus illa Empedoclis & Heracliti sententia, fieri omnia secundum litem, sine (vt cum Laertio loquar) omnia quæ sunt ex conuersione contraria congruere & coaptari, quod sensisse videntur Mathematici, qui solem tradunt (Plutarcho teste) supremi orbis vi ac impetu raptum obsequi, nonnihil tamen contra tendere nitique, sed eâ modestia & arte vt illi nec omnino obsequi, nec obistere contumaciter videatur. Nam cum intelligeret hinc superioribus cœli viribus parendum esse, illinc rerum naturam sine altero contrario motu haud posse consistere, coepisse illum aiuntiter ex transuerso, oblique molliterque deflexum, eaque ratione nouum quoddam motuum ac temperamenti genus excogitasse, quo vno rerum ortui ac salutis perquam tute consuleret. Proinde inter Platonem & Ciceronem conuenit, nouem orbibus seu potius globis contineri vniuersum: ex quibus septem, qui supremo subsunt, contrario quam supremus motu feruntur. Nona tellus neque mouetur, & infima est, & in eam feruntur omnia nutu suo pondera. Quid, quod non nisi contrariis videntur constare omnia?

*Quippe ubi temperiem sumserit humorque colorque,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.*

*Cumque sit ignis aquæ pugna, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia factibus inest.*

Quo carmine aperit Ouidius, id quod apud Horatium quærebat Iccius,

Quid velis, aut possit rerum concordia discors.

Proinde censuit Aristoteles, seruari regna simpliciter loquendo ex contrariis: singulariter autem loquendo per deductionem illorum ad mediocrem modum. Propter hoc enim (inquit) & apud Molossos longo tempore durauerunt Reges, & apud Lacedæmonios, quod ab initio statim in duas diuisa fuerit regia potestas: & postea Theopompus ad mediocritatem illam magis deducens, Ephoros superaddidit, potestate quidem minuens, sed tempore augens regiam auctoritatem. In quo Plato Deum quendam Lacedæmoniorum curam habuisse autumat, qui geminam ipsis ex vnica Regum

gene-

generationem constituit, atque ita ad mediocritatem magis contraxit. Præterea naturam quandam humanam viribus diuinis coniunctam, moderatas vires eorum, qui in foro versantur, superbæ nobilitatis potentæ iunxisse, viginti & octo seniorum sententia in rebus maximis Regum potentæ adæquata. Ad hæc tertium seruatorum adfuisse censet Ephorum censuram, quibus omnibus Lacedæmoniorum Regnum, ex quibus decebat, compositum & moderate constitutum, ipsum quidem seruatum, & aliorum causam salutis fuisse tradit. Nostra autem Iurisprudencia dicat bene Reipublicæ consuli per vnum. Itaque populus lege Regia, quæ de principis imperio lata est, ei & in eum omne imperium omnemque potestatem transtulit, quod certe ipso rerum vñu compertius est, quam vt philosophica egeat ratiocinatione. Itaque Rex vnicus esto, atque solutus legibus. si tamen alligatum se legibus profiteatur, digna vox maiestatis regnantis erit: atque ita contrariis artibus optimam gubernationem constituet. quandoquidem vnus (inquit Plato) dominatio bonis coniuncta legibus omnium optima est: eamque ab omnibus aliis gubernationibus non aliter quam ab hominibus Deum secernere decet.

EX LEGE CVM PRÆTOR, §. NON AVTEM, DE IVDICIIS,
Decimooctauum Responsum.

*Natura impediuntur iudices esse, surdus, mutus, perpetuo furiosus
& impubes, quia iudicio carens.*

ENARRATIO.

Perpetuo furiosum & impuberem iudicio carere non ambigitur, sed mutus tamen iudicio non careat, animi tamen sensum nutu satis liquide exprimere nequit, quare iudicandi munere satis idonee defungi non potest. Surdus autem quinam iudicaturus fuerit, cum Iudices Alexandri Magni exemplo vnam aurem actori, alteram reo concedere debeant? Itaque patienter tulit Philippus eiusdem Alexandri pater, cum acclamantis cuiusdam ancillæ contumeliis victus, iudicium in via reddere auresque in via præbere coactus est. Cum autem hos dumtaxat natura (Iurisconsulto nostro teste) iudicare vetet, videtur natura reliquos mortales ad iudicandum admittere, eosque ea ipsa iustitiam docere. Videmus enim in ore omnium iustum & iniustum, bonum & malum versari: cum tamen neque id ab villo didicerint, neque

M m ;

præ,

præceptorem huius disciplinæ monstrare possint, neque ipsi inuenerint, sed neque conquisierint quod se scire vel infantem profiterentur. Pro qua re facit fabula, cuius meminit Plato. Ait enim Mercurium Iouis mandato pudorem & iustitiam inter mortales omnes effudisse, legemque tulisse, ut quisquis omnino vel iustitiæ vel pudoris esset expertus, tamquam ciuitatis pestis quædam ultimo supplicio afficeretur. quo factum fuisse refert, ut cum Athenienses ciuilia tractarent, iure vnumquemque admitterent. quippe cum oporteat iustitiæ participes omnes esse, aut ciuitates nullas consistere. At vero variis legibus & moribus iudiciorum ordo varias formas accepit: quas omnes perscribere, immensi esset operis & voluminis. Illud auctoritate Ciceronis commemorandum velim, Iudicem omnem, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximæ estimare conscientiam mentis suæ, quam a Diis immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli non potest, atque ingenio (quod etiam volebat Callistratus noster) auctoritatem dignitatis suæ augere.

EX LEGE SED ET SI RESTITVTVR, §. SI PATERFAMILIAS
DE IVDICIIS.

Decimumnonum Responsum.

In rerum natura omnia cersa sunt, & futura utique fiunt.

ENARRATIO.

DVæ fuerunt (inquit Cicero) veterum philosophorum sententiæ. Vna eorum, qui censebant ita omnia fieri fato, ut id fatum vim necessitatis afferat, in qua fuerunt Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles. Altera eorum, quibus videbantur sine vilo fato animi motus esse voluntarii. Chrysippus autem tamquam arbiter honorarius medium se ferre voluit, sed applicat se potius ad eos, qui necessitate motus animi liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabatur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet inuitus. Proinde Cicero id appellat fatum, quod Græci *εἰμαρμένον*. i. e. ordinem seriemque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignit. Ea est (inquit) ex æternitate fluens veritas sempiterna. Aristoteles autem Deum dicit legem æquabiliter in nos fusam, nec correctionem, nec transpositionem vllam recipientem, præstantiorem & firmiorem his omnibus quæ in tabulis descriptæ continentur. Nec vero putat aliud necessitate dici

dici debere, quam hunc ipsum immobilem statum *εἰμαρμένην* vocatum, id est fatum, ab *ἔργον*, hoc est connectere & procedere sine impedimento. Stoicus Seneca fatum nihil aliud esse dicit, quam seriem implexam causarum, quarum Iupiter est prima, ex qua ceterae pendent. Ex quibus colligere potes certum esse in rebus modum, a Deo (vt ait Aristoteles) ab aeternitate (vt ait Cicero) a Ioue (vt ait Seneca) constitutum, quem quidem modum fatum appellant. ad quod alluisse videtur Paulus Iurisconsultus noster, cum dixit, in rerum natura omnia certa esse. At praeterea sensisse videtur futura vtique fore, quod pertinet ad eam quaestionem, quam *περὶ δυνατῶν* appellant. in qua quid valeat, id quod fieri possit, inquiritur. Placet autem Diodoro, id solum fieri posse, quod aut verum sit, aut verum futurum sit. Dui quidem Diodoro annuere videtur Cicero in epist. famil. quam scribit ad Varronem his verbis: *περὶ δυνατῶν* me scito *κατὰ διάδογον κελύεν*. Quapropter si venturus es, scito necesse esse te venire; sin autem non, *τῶν ἀδυνατῶν* est te venire. Plato autem finxit quemdam Erum & Armenium occisum in praelio, duodecimo post obitum die reuixisse, & quae apud inferos viderat retulisse. Inter quae Necessitatis deae pensum commemorat, tresque Necessitatis filias parcas Lachesium, Clotho, Atropon: quae ad Syrenum harmoniam canant, Lachesis quidem praeterita, Clotho praesentia, Atropos futura. Et haec quidem fufissime persequitur in Politia. At in legibus aliam tractauit Necessitudinem, quam quidem animae intellectum habentis necessitatem vocauit, eamque omnium necessitatum maximam esse dixit, ducereque non duci, tres vero Parcas deorum mandata exequi. Idem etiam alibi nonnullorum opinionem retulit, qui aiunt res omnes quae fiunt, quae futurae, quaeque factae sunt, vel natura, vel fortuna, vel arte fieri. Et maxima quidem atque pulcherrima natura fortunaque fieri, arte vero minora. Itaque eo ventum est, vt Academici (teste Cicerone) eam vim qua continetur vniuersum, aliquando animam dicerent esse mundi, eandemque mentem sapientiamque perfectam, quam Deum appellabant, quasi prudentiam quandam, procurantem coelestia maxima. Deinde in terris ea quae ad homines pertinent, interdum fatalem necessitatem vocabant, quia nihil aliter fieri possit, quam ab ea constitutum sit. Nonnunquam eandem fortunam appellabant, quod efficiat multa improuisa nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorantemque causarum. **Que omnia confirmare videtur**

tur eorum sententiam qui dicebant, ita omnia fieri fato, vt id factum vim necessitatis afferat. Secunda autem sententia erat eorum, qui sine vilo fato animi motus voluntarios esse censebant. Huius autem nullum Cicero testem aut auctorem aduocat. Et sane vix puto quemquam philosophorum repertum iri, qui sine vilo fato animos hominum voluntarios afferat. Nam cum ex his quæ prædiximus constet, Academicos, Peripateticos, & Stoicos Philosophos in fatum consentire, quid superest præter Epicureas atomos balbutientes, aut Cyrenaicorum molles delicias? quas ego nauici floccique facio. Chrysippus vero tamquam arbiter honorarius, medium ferre volebat, quem imitatus Seneca pollicebatur, se nonnunquam dicturum, quemadmodum remanente fato remaneat nonnihil in hominis arbitrio, quod quidem dixerit necne, affirmare non ausim. Equidem plane mihi sum conscius, me haud legisse. Vt autem de ea re dicam quod sentio, neminem arbitror inficias iturum, quin saltem, vicia sint in nostra potestate, quorsum enim propter ea torqueremur & affligeremur, si aliunde quam a nobis ipsis procederent? Sane Princeps Stoicorum Zeno fato omnia tribuens, iratus seruum plagis exadebat; seruus autem inique se vapulare contendebat, delictum in fatum reiiciens, cui Zeno omnia tribuebat: Contra Zeno & fatale esse delinquere & fatale cedi respondit. At id proculdubio fuit irati, non sedati philosophi iudicium. Constat enim scelera puniri, vt resarciatur facinus admissum; si modo crimen est eiusmodi, vt resarciri & reponi queat, quod si est irreparabile, nihilominus editur exemplum, vt exemplo deterriti ceteri a crimine reuocentur. Atque hac ratione Iurisconsulti nostri delictorum coercionem disciplinam publicam vocant. Itaque putant homines saltem metu a criminibus obeundis auocari posse, nec ad ea nos fato & necessitate trahi arbitrantur. Neque vero soli Iurisconsulti nostri in ea sunt sententia, sed & Legumlatores vniuersi, & plerique Philosophorum. Denique vbi virtus, si nihil est in nobis situm, quam a viro quidem deducunt, quod a viro procedat eumque maximo afficiat honore? Plans non leuis est dissertatio inter Philosophos, an virtus doceri queat. Plutarchus ex professo doceri posse tradit. Plato non semel hanc attigit quaestionem, multisque hinc inde effusis verborum ambagibus tandem videtur concludere, virtutem neque natura nobis inesse, neque doctrina comparari, sed diutina sorte in eum qui illam sortitus fuerit, influere. Isocrates nullam quidem

artem

artem fateatur esse, quæ male ad iusticiam natis prudentiam aut iusticiam imprimat. At sibi persuadere non potest curam & diligentiam ad alias res valere, ut autem meliores & prudentiores fiamus, nullam vim habere, Neque putat tantam esse infelicitatem hominum, ut hi artes inuenerint, quibus feras mansuefaciant, & pretiosiores reddant: sibi ipsi autem ad virtutem inutiles sint, præsertim cum doctrina & sollicitudo animis beneficia multa conferre queant. Ego vero et si me magnopere mouet Platonis auctoritas, tamen ab Isocrate non dissentio. Quare dandum esse nobis aliquid, immo multa libero animi nostri motui relinquenda arbitror, atque fatum & liberum animi motum ita compono, ut alterum altero indigeat. itaque cum Horatio,

nec studium sine diuina vena,

Nec rude quid prosis video ingenium: aliter sic

Altera poscit operæ res, & coniurat amice,

Atque illud est, quod Agatho poeta vetus innuebat hoc carmine:

Quippe ars fortunam, fortunaque diligit artem,

Quo etiam pertinet quod Virgilius de aureo ramo loquens ait,

rise reperiunt

Carpe manu, namque ipse volens facilis que sequetur,

Sic fata vocant: aliter non viribus ullis

Vincere, nec duro poteris conuelleræ ferro,

Quo in loco aperte manum fato auxiliatricem requirit. Scite mehercule & lapide obiurgabatur ille apud Comicum hoc modo:

Quid credebatur? Dormienti hæc tibi confecturos deos?

EX LEGE NAM ET SI PARENTIBVS, DE INOFFICIOSO TESTAMENTO,

Vigesimalium Responsum.

Parentibus non debetur filiorum hereditas propter votum parentum, & naturalem erga liberos charitatem.

ENARRATIO.

Liberis (inquit Tryphonius Iurisconsultus) omnia nostra ex voto paramus. Quin etiam fuere olim, teste Cicerone, qui totos dies precabantur & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, & ob id supersticiosi appellati: quod nomen postea latius patuit. Vnde Papinianus votum parentum, de quo hic loquitur, traxisse videtur. De naturali autem parentum in liberos charitate infinita proferri possunt testimonia atque exempla, quibus tamen satis bene pro dignitate explicari nequit. Adeo enim hæret parentum pectoribus infixæ hæc chari-

tas & recondita, vt solis ipsis parentibus innotescat: id quod videtur Ovidius significare voluisse hoc carmine:

*Scilicet ut nostro genitum se sanguine credas,
Pignora cersa petis: do pignora cersa timendo,
Et patrio pater esse metu probor. adspice vultus
Ecce meos, viinamque oculos in pectore posses.
Inserere, & patrias intus deprendere curas,*

In quo non dissidet Ovidius a Virgilio, cum canebat:

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Porro si filius familias (inquit Ulpianus) miles decesserit, siquidem intestatus, bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur: si autem testamento facto, hic pro hereditate habetur peculium, quæ quidem hereditas & si (vt ait Papinianus) parentibus non debetur propter votum parentum & naturalem erga liberos charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus quam liberis pie relinqui debet. Sed apud Iustinianum plus potuit castrensis & quasi castrensis peculii, quam pietatis & miserationis ratio, itaq; liberam tutamq; aduersus inofficiosi testamenti querelam testandi de his peculii facultatem filiis familias concessit. Atque etiam de aliis liberorum bonis amplissimas constitutiones edidit, quas in hunc locum transferre superuacuum fuerit.

EX LEGE SED ET SI LEGE, §. CONSVLVIT, DE PETITIONE
HEREDITATIS.

Vigesimumprimum Responsum.

Locupletiores facti non videntur qui ad remunerandum aliquem sibi naturaliter obligauerunt.

ENARRATIO.

Odiſum est (inquit Cicero) genus hominum beneficia exprobrantium, quorum recordari debet is qui accipit, non commemorare ea quæ contulit. Neque vero repositi debent, ne in mercedis potius quam beneficii loco poni videantur: sceleratoque verius quam gratuito concedi. quamuis (si verum amamus) nihil sit remuneratione benevolentia, nihil vicissitudine officiorum studiorumq; iucundius. immo certe nihil pulchrius, nihil festiuius, nihil lepidius, ei maxime, qui bene de se merito gratiam & beneficium rependit. Quare Plutarchus tribus Graeciæ, Aglaia, Euphrosinæ, ac Thalia idcirco hæc nomina imposita fuisse scribit, quod splendor, hilares, & florentes reddant gratos. Est enim ἄγλαία, splendor & maiestas: εὐφροσύνη, læticia & oblectatio: θάλεια, viriditas & flos. Nec minus apposite vocat eas amicitia conciliatrices Euripides. Contra vero necesse est ingratos probatis amicis, quos sefellerunt

destitui: tum etiam odium sibi apud bonos & graues conciscere, cum ingrati-
tudinis impudentia sit comes, & dux ad reliquum genus omne flagi-
tiorum. Proinde eorum, qui pro beneficiis verba dumtaxat respondent,
impudentiam & improbitatem bellissime eludebat Symonides, duas sibi
arcas habens, vnam, in qua numos reponeret, alteram, in qua gratiarum
actiones recorderet, quarum hanc nauici floccique faciebat, quod eam
futilem semper & inanem comperiret: illam vero, quod accepta benefi-
cia commodissime redderet, gratissimam experiri se dicebat. Denique
refert Valerius Maximus ingrati actionem Atheniensibus placuisse, Iure
autem nostro nulla prodita esse videtur ingrati actio. Neque enim na-
turalis hæc obligatio, qua ad remunerandum obligamur, actionem parit.
Itaque si quis donauerit remunerationem expectans, non repetet, falsa
opinio deceptus. Sic enim Celsus filius respondit, quod & Vlpianus
probat. Immo perit (inquit Plinius Secundus) gratia si reposcitur. Ita-
que ut gratia repeti non potest. Excipiantur parentes & patroni, qui-
bus ingrati agere, interdum etiam accusare, tum Iurisconsultorum no-
strorum responsis, tum Principum placitis concessum est. quibus Iulii-
nianus noua sua constitutione donatorem adiecit.

EX LEGE DEPERDITVM, DE PETITIONE HEREDITATIS.

Vigefimumsecundum Responsum.

Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desit.

ENARRATIO.

HÆc Caius. at Pomponius, quod in rerum natura adhuc non est,
legari posse scripsit. Itaque Iurisconsulti nostri videntur aliquid
discriminis statuere inter præterita & futura, quæ non sunt, quatin-
us Parmenides nusquam & nullo modo esse ea, quæ non sunt,
affirmaret, idque æque de præteritis ac futuris. Audacior vero, Gorgias,
nihil esse eorum quæ sunt, contendebat. Nonnulli (quorum recordiam
increpat Plato) nihil aliud esse dicebant, quam quod pugno premere pos-
sent. In cuiusmodi argutiunculis olim sese exercebant Sophistæ: quos
oportebat (ait Socrates) veritatem sectari, & ciuili disciplina familiares
suos instruere, & in horum peritia exercitare: cogitantes multo melius
esse de vtilibus recte sentire, quam inutilium acutam scientiam profiteri:
& paululum in magnis excellere, quam in paruis & nihil ad vitam con-
ferentibus, supra alios efferri: quo nomine reprehendi mihi videntur
multi Iuris nostri professores, quos nihil aliud affectare dicas, quam no-
mos intellectus, vltra omnes, contra omnes, præter omnes: nihilque tam
mente agitare, quam quo modo in dies magis nouum aliquid commi-

Nn 3

niscan-

niscantur & proferant. Vnde ostentationem ingenii primum, deinde questum aucupantur: auditorum vero animos futilibus & inanibus disceptationunculis imbutos dimittunt, qui certe methodum illis a Iustiniano traditam deberent obseruare, aut de aliqua meliori & vtiliori conuenire.

EX LEGE SI A PATRE §. FRUCTVS, DE PETITIONE HEREDITATIS,
Vigesimumtertium Responsum.

Fructus intelligantur deductis impensis quæ quarendorum, cogendorum, conseruandorumque eorum gratia fiunt, quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum etiam in prædonibus.

ENARRATIO.

FRUCTUS omnes (inquit Ulpianus) augent hereditatem, siue antea aditam hereditatem, siue post accesserint. Itaque qui iudicio petitionis hereditatis tenetur, ad fructus etiam restituendos tenetur. Hoc autem naturali ratione intelligendum est deductis impensis. Nam hoc natura æquum est (inquit Pomponius) *neminem cum alterius detrimento fieri locupletiores.* Bellissime igitur natura, quæ fructus omnes hominum gratia (teste Caio nostro) comparauit, fructuum interpretationem facit. Carneades autem (vt refert Cicero) dicebat frui principiis naturalibus, extremum esse bonorum. quod omnium philosophorum sententia debet esse tale, vt ad id referri omnia oporteat, ipsum autem nusquam. sed obtinuit sententia veterum Academicorum & Peripateticorum, qui finem bonorum dicebant secundum naturam viuere, id est virtute adhibita frui primis a natura datis, quæ autem prima illa sint a natura data, dubitatur. Voluptatis alii primum appetitum putant, & primam depulsionem doloris. Alii censent primum ascitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem. alii (quorum sententia Cicero placuit) negant natura moueri infantem vt voluptatem expetat, sed tantum vt se ipse diligat, vt integrum se saluumque velit, eaque prima secundum naturam nominant. in quibus numerant incolumitatem conseruationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraque generis eiusdem. quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi & semina, quæ omnia vix, ac ne vix quidem adipiscemur sine his fructibus, quos hominum gratia natura (vti diximus) comparauit: qui cum beent, hoc est, prosint, naturaliter bona secundum Ulpianum dicuntur, non extremum bonorum, de quo inter philosophos certabatur.

EX

EX LEGE SI NAVIS, DE REI VENDICATIONE,
Vigesimumquartum Responsum.*Vfura, sicut veftura, natura non provenit, fed iure percipitur.*

ENARRATIO.

VSuræ vocabulum tam tritum est & vulgatum, vt pateat lippis & tonsoribus. neque vero id est in obscuro, quod hic tradit Papinianus, vfuram natura non provenire. Hoc in dubium reuocari solet quod subiungitur, vfuram iure percipi. Nam tametsi vfura nihil commune cum natura habeat, non protinus e quitur abolendam eam esse cum infinitarum præterea rerum a natura omnino alienarum vfum retineamus. Mihi autem hac in re ita videtur distinguendum, vt tura vfura iure percipitur, cum nostra interest ad damnum vitandum, quod si lucrum ex vfura captemus, haud dubie hominum inimicitiam nobis conflabimus. *Solent enim* (ait Cicero) *hi sanorum questus improbari, & in odia hominum incurere.* qua ratione motus Augustus equitum Romanorum aliquos ignominia notauit, quod pecunias leuioribus vfuris mutuati, eas grauiore fœnore collocassent. Atque eo pertinet, quod Paulus Iurisconsultus noster respondit, vfuras non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infligi. Iustinianus autem videtur, quod ad vfuram pertinet, nullum damni aut lucri discrimen statuiffe, sed veterem, duram, & grauissimam vfurarum molem, ad mediocritatem deducere voluisse. Quis enim odio non prosequatur, *ἡμεροδαισίας*, qui non in annos, aut in menses, sed in dies fœnus exerceant? saepeque adeo sui impotes, vbi pecuniatum iacturam fecere, vt Menippi Cynici exemplo ad laqueum confugiunt, quis ferat immoderatam fœnerandi licentiam, quam Asia tota superbe & immaniter grassantem Lucullo duce finibus suis expulit? Quis immodicam fœneratorum auiditatem non execretur, quæ Romæ infinitas discordiarum seditionumque causas excitauit? quis tam efferas Harpyias cæterorum mortalium labores depascentes non expauescat? quibus

*foedissima venris**Ingluuias, vncæque manus & pallida semper
Ora fame.*

EX LEGE, SICVT IMPENDIA, DE VSVFRUCTV,

Vigesimumquintum Responsum.

Impendia valetudinis in seruum, ad eum pertinere natura manifestum est, ad quem pertinet usu fructus.

ENARRATIO.

Secundum naturam (inquit Paulus Iurisconsultus) est, commoda cuiusque rei consequi eum, quem sequentur incommoda. & e conuerso (vt ait Comicus) Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre.

Denique Sabinus Iurisconsultus morbum definiebat esse, habitam corporis contra naturam, qui usum eius ad id faciat deteriore, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Quapropter cum morbus corporis usum faciat deteriore, necesse est ei, qui seruo uti volet, valetudinis curam imminere, sanitatemque a natura datam ad corporis usum sumtibus suis recuperare. Porro servitum etiam (inquit Paulus noster) intelliguntur hi, quos curamus aegros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur.

EX LEGE FORAMEN, DE SERVITVTIENS VRBANORVM PRÆDIORVM.

Vigesimalextum Responsum.

Quod ex coelo cadit, & si non assidue fit, ex naturali tamen causa fit, & ideo perpetuo fieri existimatur.

ENARRATIO.

Memoriam tamen proditum est, multa coelo cecidisse præter naturam, & absque naturali causa, atque id perraro. Ex quibus est lapis ille, quem e sole casurum prædixerat Anaxagoras. Hic enim & si adhuc Plinii temporibus constanti fide ostenderetur circa Ægos Thraciæ flumen, colore adusto, magnitudine vehis, credidit tamen Plinius per rerum naturam fieri non potuisse, ut soli cohereret unquam. Nemini autem vel mediocriter in historia Romana versato incognitum est, Ancile in manus Numæ Pompilii coelo decidisse præter naturam. quin etiam refert Herodotus, demissa olim fuisse coelitus apud Scythas aratrum cum iugo, securim, & phialam, eaque in auro elaborata, quibus addi potest simulachrum Pessinuntiae deorum matris coelo in Pessinuntem Phrygiæ agrum delapsam. Sed & apud Euripidem Orestes Apollinem sic affatur:

Tu vero inuisti proficisci Taurica me ad terminos regionis,

Vbi Diana tua soror aras habet :

Et capere simulachrum deæ, quod tradunt huc in hac templa

De coelo lapsam.

Et Ovidius Lunam coelo descendisse, ut Endymioni in Latmo monte osculum præberet, testatur hoc versu :

Tu dea mortalem coelo delapsa petebas.

Verum enimvero quod hic ait Iurisconsultus noster, ad aquam pluuiam referri debet, de qua antea loquutus fuerat, quæ ex coelo cadit : & quamuis non assidue cadat, ex naturali tamen causa cadit, & ideo perpetuo cadere existimatur. quia non statis & certis temporibus cadit, sed omni tempore, & sapissime nec opinato. Et quidem apud nos, apud Ægyptios autem Nilus obit, & irrigat totam Ægyptum : coelum autem nubibus & imbribus maxime per ætatem caret, sicut testantur Hicrates & Plato. Merito itaque & Herodotus, *Ægyptiis (inquit) coelo & flumine alia est ab omnibus populis natura,*

EX

EX LEGE, SI MIHI, §. SERVITVS, DE SERVITVIBVS RVSTICORVM.
PRÆDIOKVM.

Vigefimumseptimum Responfum.

Seruis naturaliter opere non manu facto ledere potest fundum seruientem.

ENARRATIO.

Labeo ait semper inferiorem agrum superiori seruire. atque hoc incommo-
dum naturaliter pati inferiorem agrum a superiori. Nec attenditur (in-
quit Vlpianus) naturale vitium loci. Aliud est, si opere hominis damnum
aut seruitus cuiquam inferatur. prodesse enim sibi vnusquisque, dum aliis
non noceat, non prohibetur. qua in re consentiunt Iuriseonf. nostri & Philosophi.

EX LEGE, QVI DOMVM, AD LEGEM AQVILIAM,]

Vigefimumoctauum Responfum.

Naturali iure superficies ad dominum soli pertinet.

ENARRATIO.

ID adeo verum est, vt si quis in tradendo (ait Paulus Iurisconsultus) dixerit, se
solum sine superficie tradere, nihil proficiat quo minus & superficies transeat,
quæ natura solo coheret. Fabula autem, qua narratur Neclenabo Ægyptio-
rum Regem, a Lyero Rege Babylonum postulasse, vt ad se mitteret archite-
ctos, qui turrim ædificarent, quæ neque solum, neque cælum attingeret, atque Æ-
sopum aquilarum ministerio architectos in media regione aeris constituiffe, qui
turrim ædificarent, modo eis necessaria suppeditarentur, ostendit eos qui superfici-
em a solo separare volunt, ridiculos esse. Denique superficiarias (inquit Caius Iu-
risconsultus) ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprie-
tas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum.

EX LEGE, CONFSSIONIBVS, DE INTERROGATORII ACTIONIBVS,

Vigefimumnonum Responfum.

Falsa confessiones naturalibus conuenire debent.

ENARRATIO.

ITaque Iabolenus Paulo subscribens, confessiones ita demum ratas esse vult, si
id quod in confessionem deducitur, ius & natura recipiant. Sane vulgus Ro-
manorum Seruio Tullio Romanorum Regi patrem, Vulcanum nuncupauit,
ob id quod Ocrisfa eius mater pudendi virilis vim, dum ignem ad sacrifican-
dum componeret, sensisse se asseruisset, quod & Ouidius cecinit hoc carmine:

*Namque pater Tullî Vulcanus, Ocrisfa mater,
Præsignis facio Corniculana fuit.*

*Hans secum Tanaquil sacris de more peractis,
Iussit in ornatum fundere vira socum.*

*Hinc inter cineres obscœni forma virilis
Aut fuit, aut visa est, sed fuit illa magis.
Illa foco captiua sedet, conceptus ab illa
Seruius, a caelo semina gentis habet.*

At vero Plutarchus receptissimum apud eosdem sermonem de Egeriz deæ cum Numæ Pompilio Rege congressu in dubium reuocauit, & tandem mortalem immortali commixtum negauit. Contra Isocrates tantam esse pulchritudinis vim scripsit, vt deos deasque superet. In cuius rei testimonium adducit concubitus Iouis cum Alcmena, Danaë, Nemefi, Leda: ex quibus suscepti feruntur Hercules, Perseus, Castor, Pollux, Helene. Quinetiam legimus in Platone semideos Heroas ex amore deorum erga mulieres humanas, vel virorum erga deas genitos fuisse. Ex quibus tuum erit iudicare, an has confessiones natura admittat necne. Enimvero vt Plutarchus Numæ Pompilii cum Egeria, ita etiam Liuius & Halycarnasseus Vulcani cum Ocrifia congressum reicere videntur, dum referunt Seruium Tullium posthumum fuisse, matre Ocrifia natum, Seruio Tullio patre in expugnatione Corniculi Latinoiurum vrbs occiso.

EX LEGE, SCRIPTVS HERES, DE RELIGIOSIS ET SVMTIBVS
FVNERVIVM,


Trigesimum Responsum.

Naturaliser videtur ad mortuam pertinere locus, in quem infertur.

ENARRATIO.

Solebant antiquitus Romanorum cadauera vel in priuatorum fundis humi tradi, vel vri: vt inde cineres aliquo transferrentur. quæ res religiosa illa loca, in quæ vel cineres vel corpora inferebantur, efficiebat. at ea quo magis mortalium commercio eximerentur, ad defunctos ipsos natura pertinere voluisse videtur. Iurisconsultus noster. Vnde fit, vt nec vsucapioni subiaceant, id vetantibus natura primum, deinde legibus XII. tab. postea Iurisconsultis nostris. Nam quod forum, id est vestibulum sepulchri, bustumue vsucapi vetant leges duodecim tabularum, id ad naturam pertinere censet Cicero: cui consentire videtur hoc loco Iurisconsultus noster. Proinde eum ad mortuum pertineat locus, in quem infertur, mortuum esse, immo & viuere consequens est. quid enim quæso est, quod ad mortuum pertinere possit, si is nec esset nec viueret? Plane non solum viuere mortuum, sed eorum sensum & curam habere quæ apud nos geruntur, crediderunt Plato, Aristoteles, Cicero. Etenim Plato mortuorum manibus natura inesse scripsit, vt præcipua illorum cura teneantur, qui ab eis geniti sunt: adeo vt honorantibus eos propitii, contemnentibus infesti sint. qua in re fidem vult adhiberi antiquis sermonibus & legumlatoribus, sic se habere ista sancientibus. Aristoteles vero in ea fuit sententia, vt tam prosperitates, quam aduersitates amicorum aliquid defunctis afferant. Cum (ait Cicero) *optimus quisque posteritati maxime seruiat, verisimile est esse aliquid cuius is post mortem sensum sit habiturus. Nam si nihil animus presentire in postu- rum, nec tantis se laboribus frangeret nec tot curis vigiliisque angeretur. nunc infidet quædam in optimis quoque virtus quæ noctes atque dies admonet, non cum vite tempore dimittendam commemorationem nostri, sed cum omni æternitate ad- quendam.*

INDEX



INDEX AVCTORVM ET RERVM.

A <i>Bicibus</i> inter homines	260	quid ?	250.251
<i>Abortus</i> non est procurandus	82	<i>Administratio</i> reipublicæ	94
<i>Academia</i> vetus media, noua	63. 64. quarta & quinta	<i>Admirabilia</i> Stoicorum	185
<i>Academici</i> in explicanda naturæ conuenientia a Stoicis discrepare videntur	11. de bonis fortunæ & corporis	<i>Adoptio</i>	171. 172
	15. de bono & malo	<i>Appellatio</i>	181
	17. seqq. 20	<i>Appetitus</i> Adpetitus	2. 174. 284
<i>Acilius</i> L. sapiens	28	<i>Adrogator</i>	179
<i>Actio</i> conueniens dicitur sapientia		<i>Adsensus</i>	195
27. 65. in hac consistit omnis virtutis laus	ib. ad hanc natura nos genuit	<i>Adsimilatio</i> DEi	9. 10. 25. vocatur a lege adfectatio
37. DEi	41. 42. iniuriarum		25. hanc docet nos Christus
50. quomodo diuidatur?	146. si plures eandem habent		26. falsa
171. pendet a circumstantiis	183. sine adfectibus		79. philosophiæ
	194	<i>Advena</i> inter Iudæos	98. 99
<i>Actio</i>	237	<i>Adulter</i> <i>Adulterium</i>	76. 82. 87. 123. 138. 266. 269
<i>Adam</i> probus & sapiens fuit	2. post lapsum cognitionis scintillam retinuit	<i>Aedificium</i>	5. 6. 137-154
	ib. 6. 66. 152. 194.	<i>Aegritudo</i>	175. 196. in sapientem non cadit
<i>Adulator</i>	83		ib.
<i>Adfectatio</i>	25	<i>Aegrotatio</i> quid ?	178
<i>Adfectio</i> a ratione præfecta	178. 179	<i>Aegyptus</i> tota a Nilo irrogatur	286
<i>Adfectus</i>	193. his resistit sapiens	<i>Aelianus</i>	46
ib. forum causæ	193. his superari	<i>Aemulatio</i>	175
		<i>Aequitas</i> matrem habet iustitiam	24. naturalis
			226
		<i>Aer</i> varia suppeditat	2. 161
		<i>Aerumna</i> in bonis vnde?	151
		<i>Aes</i> alienum	116
		<i>Aether</i>	161
			161
			<i>Afri-</i>

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Africanus</i> 134. 149. 217. litem inter fratres decedit 226	<i>Anima</i> hominis vnde & quid sit? 163 est immortalis 64. distinguitur ab animo 167. ipsius principale 172-174
<i>Agapetus</i> de DEI cognitione . 26	<i>Animal</i> brutum sensu caret 167. homo, quale? 170. 174. 246.
<i>Agarbo</i> artes commendat 281	<i>Animus</i> vnde accipiat lumen 4. mortus habet duplices 2. <i>sua sorte contentus</i> 12. 13. 25. 123. 157. 263. habet igniculos virtutum 22. 23. ipsi natura semina probitatis insecuit 31. ipsius principium manat a bono 43 - 45 habet desiderium impressum & libertatem 149. ab anima distinguitur 167-174. ipsius perturbatio 174. 194. fiducia, magnitudo, lenitas, quies 192. 193. commotiones 194. lineamenta 201. 251. 252. a puero bonis moribus imbuendus 257. mundi 279
<i>Agellius</i> 152. 213. 216. 220. 224	<i>Antigenus</i> Gonatas rex 118
<i>Ager</i> 287	<i>Antiochus</i> quintæ academix auctor 64
<i>Agger</i> 180	<i>Antipater</i> Diogenis discipulus 13
<i>Agessilaus</i> 263. 271	<i>Antiquitas</i> legis ciuilis Iudæorum 72 199.
<i>Aglaia</i> s. splendor 282	<i>Antisthenes</i> 34. Stoicorum auctor 130
<i>Aglaus</i> Plophidius 257	<i>Antistrepbusa</i> 221
<i>Agricultura</i> 274	<i>Anoninus</i> 89. Imperator 93. 108. 109. 129
<i>Alcmena</i> 260. 288	<i>Antonius</i> 85
<i>Alexander</i> Macedo poetas amauit 111 - 206. improbos arceri iussit 260. Seuerus 261. Magnus. 277	<i>Apost. Paulus</i> de nuptiis secundis 108
<i>Alfenus</i> 137. 159	<i>Apuleius</i> de geniis 155. 156. 213. 215
<i>Alimentum</i> quibus præbendum? 256 258	<i>Aqua</i> cottidiana & æstiuæ 117. pluui- alis 286
<i>Amare</i> & amicus differunt 203	<i>Aratus</i> poeta 248
<i>Amasis</i> otium morte multauit 259	<i>Arcadius</i> 92. legem dedit de vxore fratris sine prole defuncti 100. seq.
<i>Ambrosius</i> 12. de vita beata 22. de partu VII. mensis 139. de virtute 190	
<i>Amici</i> 18. 60. habent omnia communia 105. 197	
<i>Amicitia</i> 57. seqq. 101. unde proficiscatur 102. 179. quid? 203	
<i>Amor</i> illicitus 86. 87. - 175. 177. 250. 256. 286	
<i>Amphyrio</i> 266	
<i>Anacbarfs</i> leges arancarum telis adsimulauit 264	
<i>Anaxagoras</i> 274-286	
<i>Ancile</i> 286	
<i>Ancilla</i> quæ matrem peperit 140. 141. 155	
<i>Angor</i> 175	

INDEX AVCTORVM ET RERV M.

seq. fuit Christianus	206	runt &c. 114. 159. 125-227-253. in tractandis ciuilibus unumquemque ad miserunt	278
<i>Arcefilas</i> mediz academiz princeps		<i>Achens</i>	30. 51
63. vocatur ignorantiz magister		<i>Atomi</i> Epicurei	280
ib. 64. 219		<i>Atropos</i>	279
<i>Archelaus</i> Socratis preceptor	67	<i>Auaritia</i> Iudæorum	94. - 201
<i>Archidemus</i> conuenientiam omnium adimpletionem officiorum interpretatus	31	<i>Auctores</i> trium academiæ	63. 64
<i>Architas</i>	9	<i>Auctoris</i> patris in filii nuptiis	101
<i>Argentarii</i>	172	- - testium 140. legumlatorum	264
<i>Argentum</i> legatum	135	<i>Auditus</i>	167
<i>Argumentum</i> 135. robustissimum in iure Rom.	136	<i>Auguria</i>	78
<i>Aristo</i> Chius 16. 19. 129. 169. 251. seq. 256. 257		<i>Augustinus</i> sistit triplex philosophorum bonum 8. describit beatitudinem 22. agit de liberer. educatione 47. de iuramento 70. de lege Iudaica 75. laudat Platonem 126. 127. Senecam Apostolis familiarem vocat 129. differit de peccato 152. 153. de misericord. 296	
<i>Arnobius</i>	126. 127. 152	<i>Augustus</i> Octavius	255. 285
<i>Aristonymus</i> Chius	5. 34. 35	<i>Aurelius</i> fuit Christianus	206
<i>Aristoteles</i> agit de disciplinis liberilibus 4. de bonis 15. de Reipubl. præsulib. 23. de iustitia ib. de sapientia 27. prudentia ciuili 29. de honesto & pognis 32. fuit Platonis discipulus 67. differit de regum gubernatione 94. de commercio 97. ipsius scita 126. 159.		<i>Auspicia</i>	78
<i>Arts. Artes.</i> 30. vocatur vitæ humanæ lex 94. ipsius proprium 150. seq. 242. iudicandi apud Rom. auctores 145. 159. ingenus 3. 4 - 6. docere debent filios parentes 120. 152. 258. sedentariæ	274	<i>Autochiria</i>	59. 82. 107. 202
<i>Artabianus</i>	275	B <i>Albus</i> Stoicus vitia taxauit	249
<i>Artifex</i>	259	<i>Basilus</i>	84. 111
<i>Aselepiades</i>	265	<i>Beatitudo</i> fluctibus calamitatum iactatos accipit 7. dicitur finis absolutus, describitur 22. pertinet ad iustitiam vniuersalem 24. Solonis 123. ad hanc ducere debet Ethica 174. Stoicorum	186
<i>Asconius</i>	92	<i>Bellua</i> mouetur sensu	46
<i>Astrologia</i>	78	<i>Bellum</i> 54. a iure gentium ortum ib. iustum	ib. 271
<i>Athenienses</i> inter se principes elegerunt		<i>Beneficia</i> in alienos ad DEum ducunt	91. 200. 273. 281. 283

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Benevolentia</i> feminarum erga patriam 51. 52. manat ex societate 202 105. 106	<i>Callistratus</i> 47. 91. 130. 127. 177. 254
<i>Bis</i> plures homines malos esse dixit 219	<i>Calumnia</i> 23. <i>Calumniator</i> 109
<i>Bibulus</i> 255	<i>Capito</i> legem vocat generale iussum 38
<i>Bion</i> crepat proprios errores 5	<i>Caput</i> hominis in hoc tria resident 173
<i>Bonitas</i> DEI 151	<i>Carbilus</i> uxorem suam repudiavit 254
<i>Bonum. bona.</i> summum in omnibus rebus 78. est triplex ib. appellatur vita 9. prudentia scientia 186. Platonis contemplationis & actionis 10. Gatonis Stoici 12. hominis a Picteto descriptum 13. dicitur ratio 14. 15. bona animi ib. corporis & fortunæ 17. 21. Stoicorum Peripatet. & Academicor. ib. seqq. separatur ab æquo 30. est in natura 18. 59. 60. sunt defendenda 84. seqq. communicanda 91. de conferendis inter fratres 197. omnium est DEUS 251. ipsorum finis 284	<i>Caritas</i> a DEo mandate 91. 101. 102
<i>Bruta</i> coniunctionem cum ratione non habent 46. obligari non possunt 47. 48	<i>Carneades</i> nouæ academix auctor 63. 284
<i>Budaus</i> de iudice 93	<i>Carolus</i> M. argutum factum præstitit de homicidio 225. 226
<i>Bustum</i> 288	<i>Cassiodorus</i> 123
C <i>æcilius</i> Ictus 260. 261. Rhodiginus 267	<i>Cassius</i> de vi atque iniuria 53. Parmenius 84. 117. 148
<i>Cades</i> 46. vid. <i>Homicidium</i>	<i>Causa</i> est unum principium Stoicæ physicæ 169. bonor. omnium est DEUS 251. mali ib. procreandor. liberor. 254. ipsarum ordo 278 279
<i>Calum</i> intuetur homo 1. 2. - 161	<i>Cautio</i> 140
<i>Carimonia</i> legis diuinæ 76. 77. 87. seqq.	<i>Celsus</i> 265. 271. 283
<i>Casar</i> nomen regium adspersus 95	<i>Cenotaphium</i> 112. 113
<i>Caia</i> Cæcilia 259	<i>Census</i> iuuenum 258
<i>Calculus</i> adprobat sententiam 224	<i>Ceres</i> 3. 13. 247. 274
<i>Calliditas</i> subtilis 236	<i>Cerycia</i> (idem est quod sagmina) ornamentum legatorum 146
	<i>Ch. aricles</i> litem cum fratre peculii causa mouit 226. 228. 237
	<i>Ch. arisus</i> fuit Christianus 206
	<i>Charondæ</i> præcepta dedit 106. seqq. differuit de talione 124. 264
	<i>Christiani</i> leges carimon. Mosaicæ non obseruant 87. seqq.
	<i>Christus</i> philosophiæ coryphæus 22. Chri-

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Christus</i> ducit ad vitam ib. ipsius cognitio ib. vult nos DEO adsimilari 26. legem Iudaicam implevit 75. 88. vnum composuit ovile ib. 90. ipsius dignitas 204. philosophia & lex ib.	<i>Colophon</i> legumlatorum est Christus 204
<i>Chrysippus</i> 13. 31. 129. 163. summus philosophorum Stoicorum 246	<i>Colophonius</i> 67
<i>Cicero</i> 7. 12. 13. 14 agit de sapientia 19. 63. commendat humanam societatem 102	<i>Columna</i> duæ a Setho positæ 66
<i>Civitas</i> habet duos custodes 32. oracula 36. leges 246. artes 258. 259	<i>Commercium</i> 56. 68. 97. 102. mulieris 124
<i>Clades</i> immittuntur à DEO 152	<i>Commoda</i> sunt extra nos 19. quid? 20. tuentur per iustitiam 28. 29. 143. 285
<i>Claudianus</i> de animo sua sorte contento 12. de variis bonis 16. de iustitia & leg. 24. de adsimil. DEi 25	<i>Commodus</i> diuus non admisit compensationem 143
<i>Claudius</i> Saturnus 111	<i>Commotiones</i> animi 194
<i>Cleantes</i> 12. 13. 31. 129. 163	<i>Communicatio</i> diuini & humani iuris 146
<i>Clemens</i> Alexandrinus 8. 9. - 13. 18. 25. Iudæos barbaros adpellat 66. 99. 129. 196	<i>Communio</i> inter personas domesticas varia 100. 199.
<i>Clinia</i> 247	<i>Comparatio</i> mundi cum homine 161. 162
<i>Clitomachus</i> 64	<i>Compensatio</i> vid. <i>Commodus</i> .
<i>Cloaca</i> purganda 271	<i>Conceptus</i> 265
<i>Cloabo</i> 279	<i>Concubinatus</i> 253
<i>Cogitatio</i> futurorum 14	<i>Concupiscentia</i> 175
<i>Cognatio</i> a natura inter nos constituta 101. 259. 261	<i>Conditio</i> in obligatione 168. 272
<i>Cognitio</i> mundi 1. post lapsum 2. DEi & Christi est vita æterna 22. 26. 48. 49. perfecta in hac vita non est ib. sine actione est manca 27. peccati 76. animi 174	<i>Confessio</i> falsæ 287
<i>Coitus</i> 265. 268. 269	<i>Confusio</i> 175
<i>Collegium</i> 124	<i>Conicilio</i> de fine 25. de lege naturali 57. 199.
<i>Collocatio</i> ædificiorum 56	<i>Coniuges</i> 253
	<i>Coniugium</i> quodnam sit prohibitum? 100. 101. 118. 119
	<i>Coniunctio</i> maris & femine 45
	<i>Connubium</i> vid. <i>Coniugium</i> .
	<i>Conscientia</i> 59. 81. 237
	<i>Consilium</i> malum 181. non mutat sapiens 195
	<i>Consortium</i> omnis vite sunt nuptiæ 146
	Gen-

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Constantinus</i> de sentent. & consiliis iuridicis	96	<i>Cultura</i> rationis quid?	194
<i>Constitutio</i> regum 55. libertatis	262	<i>Cultus</i> idolorum 43. 69. veri DEI 77. 78. seqq. Cynicorum & Stoicorum.	130
<i>Consuetudo</i> virtutes & mores comparat	126	<i>Cupiditas</i> discendi in Solone 114. venerate 248. 249. ditescendi 257. quæstuosa	274
<i>Consul</i> & dies	92	<i>Cura</i> morum 31. sqq. 33. rerum alienarum est difficilis	80
<i>Contemplatio</i> s. DEum intueri quid?	150	<i>Curator</i> furiosis & prodigis datur	145
<i>Contentio</i>	175. 176	<i>Custodes</i> ciuitatis duo, qui nam?	33
<i>Contractus</i> 56. 98. 144. 214. 215. bonæ fidei	221	<i>Cyclopes</i> conciones & leges spreuerunt	259
<i>Contraria</i> hominibus & naturæ placent	276	<i>Cynici</i> neglexerunt liberale studium 4. ipsorum ortus, dogmata, vita cultus	130. 263
<i>Controuersia</i>	213	D <i>æmones</i> ad bonum referuntur 18. bonus & malus	252
<i>Contubernalis</i>	198	<i>Damascenus</i> ærumnas malæ hominis voluntati adscribit	155
<i>Conturbatio</i>	175	<i>Dammum</i> illatum 122. 124. fatale 154. quid ib. qui iubet, dat 173. 274	
<i>Conuersatio</i> bonorum virorum	33	<i>Dauid</i> exsul	103
<i>Conuersio</i> ex hac contraria congruunt	276	<i>Debitor</i> 116. non potest esse creditor 172. 227. 234. sq.	
<i>Copula</i> illicita	86. 87	<i>Decalogus</i>	69. 71. 76
<i>Cor</i> hominis	161. 162	<i>Decorum</i> in mulieris commercio	123
<i>Cornificius</i>	36	<i>Decreta</i> quid sint	36
<i>Corpus</i> quid sit? 158. 160. quomodo sustinendum?	258	<i>Decus</i> mulierum	259
<i>Coryphaeus</i> philosophiæ est Christus	22	<i>Defectus</i> rerum vnde veniat?	151
<i>Coissa</i>	259	<i>Defensio</i>	45. 46. 137. sq.
<i>Crates</i>	128	<i>Definitio</i> boni & virtutis 18. sapientiz 19. quid significat? 133. accipitur pro regula iuris	146
<i>Creditor</i>	141. sq. 172. 227	<i>Defuncti</i> sunt sepeliendi	288
<i>Cretenses</i> mendaces	219	<i>Delator</i>	142
<i>Crimen</i> maiestatis	82-280		
<i>Crudelitas</i> Iudæorum	94		
<i>Cuiacius</i> distinguit scientiam ab habitu 29. disserit de licito & æquo 32. de iureiurando 71. de cogitatione	81		
<i>Culpa</i> quomodo diuidatur?	191		

Dele-

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Delectatio</i>	175	<i>Distinctio</i> dominiorum §6. in pacto	236
<i>Delictum</i> in hoc ruit homo sua sc- vitate	152. 172. 252. 280.	<i>Dives</i> 25. rex est sapiens	131
<i>Delitia</i> Cyrenaicorum molles	280	<i>Divinatio</i>	78
<i>Democritus</i> Abderites	67-268	<i>Divisio</i> boni, virtutum 18. sapien- tia 19. philosophiæ	64
<i>Demosthenes</i> agit de lege	247	<i>Divitia</i>	115. 116. 165. 258. 284
<i>Deperditum</i> quid?	283	<i>Divortium</i> 76. 194. v. <i>Adulter.</i>	253
<i>Depositum</i> mutuum	221. 222	<i>Dogmata</i> Stoicorum	130
<i>Desertor</i>	83	<i>Dolor</i>	131. 174. 175. 202. 284
<i>Desidia</i>	259	<i>Dolus</i> 181. malus	235
<i>DEVS</i> §. 9. ipsius nomen cum natu- ra confunditur 25. 149. homines sui similes fecit 26. citra solemnita- tatem consequi potest 40. est colendus 41. 77. 150. 151. ipsius possessio non est expilanda 81. in- tuetur voluntatem 82. exilium singulare Iudæis iniunxit 103. i- psius attributa ib. 152. sqq. ministri 155. est Dominus vitæ 203. bo- norum omnium causa	251	<i>Domicilium</i> animæ	163
<i>Diabolus</i>	152	<i>Dominatio</i> 54. regia Iudæorum	95
<i>Dialectica</i>	133. sqq. 145. sqq.	<i>Dominium</i> 201. distinctum 269. 270	
<i>Dignitas</i> philosophiæ §. Mosis 72. sqq. præceptorum Mosaic. 76. sqq. Imperatoria & Pontificia 97. Pythagoræ 104. 105. Solonis 113. 114		<i>Dominus</i>	54
<i>Dies</i> & consul	92. 140. 168	<i>Donationes</i> inter virum & uxorem 119. 177. 180. 283	
<i>Dilectio</i> DEI	260	<i>Dor</i>	141. 183. 184
<i>Diogenes</i> Babylonius 13. 128. 129. 131		<i>Draco</i>	125
<i>Dionysius</i> Halicarnassæus	272	<i>Dyocles</i>	264
<i>Discendi</i> cupiditas in Solone	114	E <i>Brietas</i> principis	120
<i>Disciplina</i> bene instituta	260	<i>Edictum</i> de minoribus XXV an- nis.	273. 274
<i>Discipulus</i>	213. 214. 215	<i>Effusio</i>	175
<i>Discretio</i> gentium	55	<i>Educatio</i> liberorum 44 - 47 - 117. 119. sq. 256. bona	257. 258
<i>Dissensus</i> hominum	275-277	<i>Egeria</i>	283
		<i>Elementa</i> 150. quatuor 152. 160. 161	
		<i>Eloquentia</i> Stoicorum	132
		<i>Empedocles</i>	104. 265. 276
		<i>Empiricus</i> 64. 129. res corporales facit quatuor	168
		<i>Emtio</i> 111. 112. Emtor 138. 139. 159. 190. 274	
		<i>Ennius</i>	28. 273
		<i>Enunciatio</i> diuiditur in duas partes 147. 148	

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

<i>Enunciatum</i> res incorporalis	168	<i>Fides</i> Christiana 4. seruanda	235.
<i>Epiclerus</i>	4. 13. 16. 25. 37 - 135	paſtorum	2. 6. 27. 1. 272
<i>Epicurus</i> ex ſecta Elcatica	67	<i>Fidelitas</i> D o praſtata	77
<i>Epimenides</i>	104	<i>Fiducia</i> animi	192
<i>Epimetheus</i>	258	<i>Filia</i> vltra 25. annos	108. 179
<i>Epitaphium</i> furis	261	<i>Filius</i> quem parens artem non do-	
<i>Ephori</i> apud Lacedaemonios	277	cuit 122 - 140. exheredatus	148.
<i>Eraſiſtratus</i>	265	familias 170. 171. decurionis ib.	
<i>Ethica</i> 21. Moſis 78 - 80. 130. 131.		libertini	172-259
Stoicorum 173 -- 178. apud Ro-		<i>Finis</i> 7. 9. philoſophiae Moſaicæ. 8.	
manos auct.	177 - 181 - 184	7. Pythagoræ 9 Poetarum ib.	
<i>Euablus</i>	213	Stoicorum 11. Cleanthis 12. Chry-	
<i>Eunuchus</i> a Iudæis reiectus	99	ſippi 13. vltimus	174
<i>Ευφροσύνη</i> ſive lætitia	282	<i>Florentinus</i>	45. 52
<i>Euripides</i> 250. 257. 263. 268. 271. ſq. 282	286	<i>Fœcunditas</i> mulierum	254. 255
<i>Eusebius</i>	85	<i>Fœnus</i> 84. Roman. odioſum 85. ſq. 285	
<i>Excandescencia</i> quid	175. 177	<i>Fœtus</i> in vtero	162. 163. 265
<i>Exercitatio</i> in artib. ingenuis 5. 6. 7. 24		<i>Forma</i> honeſti	17. 208
<i>Exiſtimatio</i>	172. 197. 224. 235	<i>Fornicator</i>	87. 108
<i>Exorcismus</i>	206	<i>Fortuna</i> 21. ferenda	22. 263
<i>Explicatio</i> legis naturalis	57. ſeqq.	<i>Forum</i> qualis ſit locus	274
<i>Exſilium</i> Iudæorum	103. 118	<i>Frater</i> vxorem fratris ſui ſine prole	
F <i>Abius</i>	135. 136	defuncti	100
<i>Facilitas</i> hominum ad diſſenti-		<i>Fraus</i> eſt vitanda	84. ſq. 181. 261
endum	275. 277	<i>Fruſtus</i> ex fundo	168. 284
<i>Facinus</i>	280	<i>Frugalitas</i>	12. 13. 263
<i>Fatum</i> omne cuius cauſa ſit	11	<i>Fuga</i> illicitæ copulæ	86. 87
<i>Famulatus</i> DEo eſt præſtandus 77. 78		<i>Fugitiuus</i>	82
<i>Fatum</i> inexorabile 9. 150. ſeqq. 154.		<i>Fulica</i> tempeſtatem prædicat	79
	ſq. 278. 279	<i>Fundus</i> alienandus 98. ipſius pars 137	
<i>Fauorinus</i>	67	- 168. ſeq. ſeruiens	287
<i>Felicitas</i> 27. collocatur in actione 187		<i>Funus</i>	288
<i>Felix</i> Minutius de geniis	156. 157	<i>Fur. Furtum</i> 121. 131. 197. 152. 261. 169	
<i>Femina</i> ipſius coniunctio cum mare		<i>Furiſoſus</i> 144. ſq.	277
45. amor ergo patriam	51. 52	<i>Futura</i>	276.
<i>Festus</i>	155	G <i>aius</i> 54. 71. de iudicis officio	93-
<i>Fideiſcommiſſum</i>	142. 143. ſq.		113

Gale-

Galenus 254. 266. 268. 269. *Galli* 86. 98. 99. 116. 117. *Gaudium* 176. 192
Cellius 34. 35. 80. 81. 134. *Geminus* 265
 266. *Generatio humana* 44. 100. 165
Genialis virile 249. 250. *Genius* 150
 155. seqq. sunt DEi ministri ib. *Gens*
 Iudaica 75. *Gentium ius* 43. 45. 47.
 discretio 54. 55. *Genus humanum*
 254. varia acquirendi 274. pecunia-
 rum ib. 275
Gorgias 283. *Gordianus iunior Priamus*
 249. 253. *Gyphofredus* 126
Gratia qua reconciliamur 278. *Gratie*
 tres 282. gratiar. actio ib. *Græcia*
 tres sectas philosophic. aluit 66. *Gre-*
gorius 4. Nysænus 162. 191
Gubernatio regum optima 94.
H *Abilitas* personæ 171. *Hadrianus*
 82. 86. 96. 99. 125. *Harmonopo-*
lus de vsura 84. de tellib. 92.
Heliogabalus 267. *Henricus* rex Gall. de
 filii nuptiis 101. *Heraclitus* 270. *Her-*
cules 265. *Hereditas*. *Heres* 117.
 137. impuberum 138. 141. 148. lapsa
 154. 164. 165. 168. 197. 226.
 237. 281. 282. *Hermippus* 104.
Hermodorus de XII. tabulis 125. *Her-*
mogenianus 270. *Herodorus* de veste
 linea 104. 275. *Hesiodus* 248. 266.
Hieronymus 23. 63. 108. 129. *Hip-*
pas nos omnes cognatos esse docuit
 259. 260. *Hippocrasus* 266. 267. *Ho-*
merus 66. 111. 112. 253. *Homicidi-*
um 46. 81. seq. 84. 103. 107. 179.
 203. 225. 255. *Homo sine lege & iu-*
re 24. 247. 125. 152. 162. 164. *Ho-*
mestum quid 8. 9. 16. 101. 187. *Hono-*
rius Imperator 256. *Honor*. paren-
 tum 178. *Honatus* 14. 22. 25. 67.
 110. seq. 256. 257. 276. 281. *Horten-*
sius 255. *Hustus* quisnam? 54. 121.
 235. *Hosilius* 126. *Hypinus* 266.
Hypicles 265. 266. *Hippo* 265.
I *Actura felicitatis* primi hominis 26.
 274. *Lamblicus* Pythagoræ discip. 9.
Lauolentus de sum. 128. *Idæa*. *Rlatonice*
 128. *Idololatria* 43. 69. 78. 103.

204. *Iecur* in homine 162. *Ignitua*
 247. *Ignis spiritus* 150. *artificiosus*
 242. *Ignorantia diuinitatis* 1. 195.
 ipius magister 64. 219. *Illegimus*
 267. 268. *Immisericordia* 176. *Im-*
worsalisus auiæ 164. 165. *Impen-*
dia valetudinis in seruum 285. 286.
Imperator 157. Iulianianus 202. *Im-*
probitus 261. 283. *Impudentia* Cy-
 nica 128. 263. 252. 261. *Impadici-*
tia 249. *Impuritas corporis* 87. *In-*
cantator 79. *Incommoda* sunt extra
 nos 19. 20. 285. *Indigentia* 175.
Indulgentia patrum erga liberos 46.
 47. *Infantes* 18. 167. duo ex ytero
 non excluduntur 265. 267. *Ingra-*
tus 282. 283. *Inimici*. *Inimicitia* DEi
 50. 51. 246. 258. *Iniuria* 28. 42. 52.
 53. 122. 167. 245. seq. 260. 261. *In-*
iustitia habet duo genera 179. 180.
Inopinata Stoica 184. 189. 203. *In-*
scitia 250. *Insidia* non sunt fruendæ
 52. 81. 83. 161. 259. 261. *Institutio*
 commerciorum. 56. *Intellectus* quid?
 7. ad quod feratur ib. 43. 126. 182. 251
Intelligentia (cum) viuere quid? 14. *In-*
terdictio aquæ & ignis 172. *Interpre-*
tatio legum 264. 265. *Inuidentia*
 176. *Inuidia* 175. *Inuitus* 272. 273
Iosaphus de duab. columnis 66. 90.
 104. *Iosua* reipubl. Iud. a DEO præ-
 positus 94. *Ira* 25. 103. *Iracundia*
 175. 194. 195. *Isidorus* 135. *Italia*
 aluit sectam philos. Pythag. 66. 99. *I-*
ser 179. *Judei* 8. 66. 69. ipsorum
 auaritia & crudelitas 94. regia domi-
 natio 95. *Judex* ipius officium 91.
 seqq. 96. 129. 130. 170. 201. 219.
 223. 277. 278. *Judicium* exposcit veri-
 tatem 83. falsum 195. *Julianus* 56.
 169. Capitolinus 249. 266. *Jupiter*
 266. *Juramentum* 70. 71. per gentes
 156. 157. *Juri* philosophi sunt 2. 6.
 23. 24. 26. seqq. 207. differunt a phi-
 losophis 32. 34. 35. ipsorum placita
 36. 37. quo modo auuncupantur? 36.
 202. *Jurisperiti*. Romanorum 28.

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

Jurisprudencia 28. 29. 30. *Jus* 30. pri-
 natum & honorarium 30. singulare
 38. naturale 43. 46. 245. 248. 275.
 gentium 48. 55. 270. retractus 97.
 98. fœciale Rom. 100. 168. fraterni-
 tatis 102. talionis 109. 110. Roma-
 num in XII. tab. 142. sqq. habet vlcus
 233. publicum 192. 201. 246. ipfius
 præstantia ib. in filios & uxores 259.
 ciuile 264. 265. *Jusjurandum* obligat
 49. 272. *Justinianus* defidiosos non
 tolerauit 259. *Jufinius* defcribit phi-
 lofophiam 208. *Jufitia* ipfi viuamus
 22. 23. pro fine ponitur 26. ipfius
 præstantia 27. est feruanda 77. 89.
 260. 96. 129. 246. *Juuenalis* de a-
 nimo fua forte contento 12. 21. 22.
 59. 61. 81. 214. *Juuenes* turbulenti.
 & acclamationib. popularium accom-
 modantes 191. 258. 259.

K *littera* calumniatorib. inuifa 109.
Narolus 225. 226
L *Abio* confulat. reftitit 34. 35. 49. 92
Lacedæmonii 259. ipforum Ephori
 276. 277. *Lacheffis* 279. *Laco* feruire
 noluit 202. *Laertius* 4. 11. 18. 19.
 105. 106. *Latitia* 176. 192. est li-
 ne ratione ib. *Lapis* de coelo lapfurus
 286. *Eapfus* hominis 26. *Lafcinia*
 87. *Latroes* 234. *Legati* fancti fuere
 54. 146. *Legatum* 134. 135. 141. feq.
 144. 217. *Legumlatores* ipforum eo-
 liphon est Chriftus 204. auctoritas
 264. feq. 280. *Lenitas* animi 192. 194.
Leo patrem habuit *Bafilium* 84. *Lex*
 vniuerfalis 23. 37. feq. triplex 38.
 feq. Chrifti, DEI patris 39. 40. 41. 43.
 88. naturalis 43. 44. 57. feq. 207.
 269. vitæ 67. ludæor. 72. feq. 87. 205.
 feq. ciuilib. 74. *Mentia* 119. *rogia*
 126. *Falcidia* 134. 192. 217. 218. *Vel-*
lèia 172. patria 225. fumma ib. fcripta
 & non fcripta 264. *Liberalitas* 273.
Libellus repudii 76. *Liberi* funt edu-
 candi 46. 256. 258. obfequium præ-
 ftent parentibus 50. feq. ipforum: pro
 creatio 254. feq. concepti, parti,

quæfiti 268. naturales ib. *Libertas*
 est DEO parere 12. in iure 34. feq. 54.
 teftandi 117. ferui 165. 172. 202.
 vera ib. omnibus placet 262. ib. 263.
Libertinus 51. 172. *Libertus* 165.
 166. *Libido* 249. 263. *Licinius* fuit
 Chriftianus 206. *Lis* inter fratres 226
 238. *Littera* K. calumniatoribus in-
 uifa 109. *Littera* human. fine virtu-
 tis ftudio 5. *Littus* 271. *Litua* 255.
Liuius 30. 32. feq. 54. 55. 68. *Loci*
 ap. Rom. auctores 135. feq. 144. 145
 168.

Lucianus de fpe & menti 32. *Lucretius*
 149. 150. 162. *Lucretum* 84. feq. 274
 ex vfura 285. *Lucretius* 285. *Luna*
 2. 163. *Lux* naturalis pro DEO habita
 237. *Lucario* *Luxus* 181. 282. ve-
 nerens 249.

Lycurgus 64. 72. 165. 264.

M *Acedo* 250. *Magi* 232. *Magia* 78.
 79. 80. *Magifter* fapientie 4. i-
 gnorantie 64. 219. *Magiftratus* 90.
 107. ne tolerent defidiosos 259. 273.
Magnitudo animi 192. *Maiestas* ipfius
 orimen 82. *Meteorum* 55. *Mal-*
obus Pofiphrius 104. *Maledicta* de
 mortuis funt heredita 115. *Malefici-*
cia 46. 56. 57. 78. feq. 82. 153. 196.
Malignitas matericæ 142. 154. *Mal-*
itia difcitur in foro & litibus 215. *Mal-*
lum fecundum Stoicos &c. 17. 150. feq.
 154. *Mandatum* DEI fanctum 76. 77.
Mauichei de anima quid fentiant 163.
Manumiffio vnde fit orta 54. *Mar-*
cellus de iure iurando 49. 75. 137.
Marcianus 54. 83. 107. 112.
Marcionite 163. *Marcus* imperator
 95. *Mater* foetui nutrimentum præ-
 bet 268. *Materia* eft. Stoicis alterum
 principium 150. 157. feq. 169. *Ma-*
thematica 63. *Mathematici* 79. 276.
Matrimonium 45. 46. diffoluunt 764.
 fecundum 108. 118. 119. 141. 248.
 249. 250. a iure naturali defcendit
 853. feq. non legitimum 267. 269.

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

Medicamentum 113. 255. *Medicus* 79. 80. *Mediocritas* Sotonis 114. 183. *Medicatio* mortis 63. *Menedemus* Eritreus 251. *Menippus* 285. *Memo* fraudulenter homo 261. *Mens* humana 42. 43. 149. 151. 167. 173. 252. *Mercor* 213. 214. *Mercurius* 249. 266. *Meretrix* 87. 249. *Metalum* 172. *Metaphysica* 21. *Metus* vocatur tirannus 32. erga DEUM 48. fqq. iniuriarum 245. 246. 247. *Migratio* animæ 263. *Milites* parentes honorare debent 51. 282. *Minerva* 258. *Mitoe* 68. 266. *Minor* XXV. annorum 273. 274. *Minutius* Felix de genis 156. seq. *Misericordia* 175. 177. quid? 196. *Modestia* 194. *Modestinus* 80. 136. 165. 167. *Modus* in obligatione 168. *Morbus* 87. 266. *Moror* 175. *Monarchia* 55. *Moueta* deprauata 220. *Monstrum* unde? 151. 155. fq. *Monumenta* sepulcrorum 164. 165. *Morbus* corporis & animi 177. 178. 286. *Mors* 46. 120. 163. 202. 203. *Mortui* non maledicendi 115. sepeliendi 288. *Mos*. morum cura 31. seqq. boni 32. 33. 178. 178. 279. *Moses* 25. 34. ipſius ſcientia 66. dignitas 72. seqq. 86. 87. 90. a DEO præpoſitus 92. *Motus* animorum duplices 2. 28. 251. 278. 281. *Mulier* in bello capta 204. ipſius officium 253. ſollicitudo 254. decus 259. *Mandus* ipſius cognitio 1. eſt veluti reſpubl. 43. 160. 161. 242. animus 279. *Muficus* 198. *Mutuum* reddere cogitur debitor 234. **N** *Faſus* de iuramento 70. *Nuſci* poſſunt tres aut quinque 128. ſeptimo meſe 139. *Natio* omnis. veretur DEUM 49. *Natura* 7. 11. 13. 22. 25. 26. 28. ad quod nos genuit 37. 57. ſeqq. 60. 149. 233. 150. 151. 234. 244. 250. 265. 278. 281. *Negleſſus* 153. 278. 279. *Negleſſus*

ſromò inter alios 260. *Negotiatoris* 68. *Nequam* 252. *Nequitia* 292. *Nervus* 137. *Nex* 46. 53. domini a ſeruo detecta 165. *Nicoſus* rex 260. *Nilus* totum Aegyptum irrigat 286. *Nobilitas* hominis 149. ſapientis 201. *Nomen* regium Caſari fuit odioſum 95. Icti Iulianus adſectauit ib. 135. *Norma* eſt lex 38. 39. *Noſtus* unde deriuetur? 267. 268. *Noſificationes* 135. *Noſio* quid? 36. 37. *Numa* 126. *Pomplius* 209. 272. 274. *Numenius* 64. *Platonem* laudat 127. *Dumifina* deprauatum 120. 258. 275. *Numerus* Pythagoricus de partu 139. liberor. 255. ſeq. *Numularius* Caſar Octavianus 85. *Nunus* vid. *Nunifina*. *Nuptie* filii ſine patris auctoritate 201. 139. ſecondæ magiſtratum 108. 134. 146.

O *Bediencia* 263. *Oblectatio* 175. 282. *Obligatio* legis 40. 47. 48. iniuriarum 49. 50. inter contractum 56. 57. 168. 227. 272. *Occaſio* malorum 251. *Octavius* Auguſtus 255. *Obſequium* erga parentes & patriam 50. 53. *Obſeruationis* vana eſt ſpecie ſuperſtitionis 78. *Octavianus* 85. *Oculi* hominis 161. *Odiu* 175. *Oeconomica* 183. 184. *Officium* 11. iurium 23. iuſtitie 27. erga DEUM & proximum 77. iudicis 91. ſeqq. 96. viri & mulieris 253. *Opes* ſuperflue 256. 257. quid ſunt? 258. vid. *Dimitia*. *Opinio* 18. 195. eſt duplex ib. 197. 275. *Orator* 186. *Orbis* 1. orbis nouem 276. *Ortinius* dictus libertus 165. 166. *Ordo* cauſarum 278. *Oreſta* 67. *Oreſtes* 22. 223. 286. *Oruamentum* legatorum 54. 146. mulierum 259. pacis 271. *Orphanus* non eſt offeſſendus 273. *Orphicus* poeta 66. 67. *Oſium* 259. *Ouidius* 21. 80. 81. 271. 276. 282. 286.

P. P. 2

Pollio

INDEX AUCTORVM ET RERVM

Pactio. *Pactum* 50. 124. 148. 170. 213. 215. 233. 235. 271. 272. *Pacuvius* 31. 36. Πάκυριος 11. *Panæus* prope principes Stoicorum 129. 152. 263. *Papinianus* 38. 53. 95. *Paradoxa* Stoica 184. 189. *Parentes* a liberis honorandi 50. seqq. *Parca* tres filix necessitatis 279. *Parmanides* 283. *Parricida.* *Parricidium* 123. 222. 223. *Partus* non est pro-uocandus 46. educandus 117. excidendus 126. 128. 135. 138. septimi mensis 139. ancilla 155. 156. perfectus 283. *Pater* filios artes docento 258. *Patria* obsequ. postulat 51. 52. *Patrimonium* ipsius versura 121. 229. *Patronus* est honor. 91. *Patroni* 47. 275. *Paulus* 30. 46. 47. 49. 50. 53. 59. 79. 80. 92. 99. 111. 115. *Pecatum* hominis 152. 153. 290. *Peculium* 282. *Pecunia* deprauata 120. sine peculio 140. 148. a philosophis contemnitur 201. ipse seruus 283. *Pelagium* 194. *Pensio* 148. *Peragmat* 118. *Periurium* 156. 157. *Persona* est appellatio ciuilis 48. 171. domestica 100. ipsius varietas 170. 227. *Perurbatio* animi 174. 175. 178. 193. 195. *Phædra* 230. 251. *Phædrus* de doctibus pauperum 184. *Phædrinus* philosophus 260. 261. *Pheraulus* Xenophonticus 257. *Phercules* 67. *Philippus* rex Alexandri M. pater 277. *Philosophi* 25. ipsorum decreta 36. 131. 201. princeps 204. 262. *Philosophia* 3. 6. 7. 8. 24. 27. 28. 31. 61. 67. Mosaica 8. poetarum 9. coryphæus est Christus 22. Seneca 34. Sceptica 64. contemplatiua ib. 65. Iudæor. 72. seqq. Pythagora 104. seqq. Solonis 113. 115. Xenonis 128. Stoicorum 131. seq. 150. naturalis & ciuilis 155. Christiana 194. 204. 208. vera 244. *Physica* 21. 63. 113. 131. 132. Stoicorum

149. sq. 166. 167. 169. Romani iuris auctorum propria 168. 173. *Physiologia* 64. *Pictor* Polygnotus 130. *Pietas* parentum & liberorum 51. 72. 54. 177. *Placita* quid & quotapiela sint 35. seqq. Stoicorum 130. sq. *Planoes* 202. *Plato* 7. 10. bonum triplex esse statuit 19. DEi adsimulationem proponit 25. 32. 33. 63. veteris academix auctor ib. 66. Socratis discipulus 67. vetustior Pythagora 104. ipsius scita 126. seqq. de pecunia 258. *Plantus* 20. 60. 266. *Platibscita* 271. *Plinius* 96. 129. 266. Secundus 283. *Plotinus* de religione 49. de anima 163. *Plotaribus* 27. 63. 104. 110. 111. 113. *Pocna* 32. naturæ 57. seqq. 74. 102. seqq. Solonis 119. seqq. seruitatis 172. capitalis. 224. 252. *Pocna* 9. 10. 25. ipsorum scita 110. 111. *Politicæ* 90. Iudæica ib. 183. 184. *Polygnotus* pictor 130. *Pompeius* de pirænotio 53. *Pompeianus* 28. 35. 49. 51. 52. 128. 255. *Populus* Iudæicus inclinat 90. 95. sq. *Portus πολυργωτ* 130. *Posidonius* duas virtutes esse dicitur 63. 129. *Positio* terminorum 56. *Positio* bonorum Carbiniana 184. 201. *Potesitas* domini 54. 198. regia ap. Lacedæm. 266. 267. *Præcepta DEI* & Christi 39. naturæ 43. seq. 47. 48. decalogi 69. 75. 78. seqq. 80. seqq. legis Mosaicæ 87. 90. de iudicis officio 91. seqq. de principibus eligendis & informandis 94. 95. 114. 116. seqq. domesticis personis informandis 100. seqq. Charondæ & Zaleuci 106. seqq. Atheniens. aduersus extraneos insectendis 118. 119. *Prædica* rustica & urbana 97. subito lapsa 154. *Præmia* præceptorum philof. 32. 119. seqq. 152. 155. diuinorum 91. 102. *Præsides* prouinciarum 120. 177. desidiolos puniunt 259.

Præ.

Præstantia legis civilis Iudæor. 72. seqq.
Præsumptiones Romani iuris 141. 142.
Prætor ius corrigi 306. petegrius ap.
 Romanos 96. 235. 236. 272. de mi-
 noribus XXV. annis 279. est omnium a-
 gistratus. **Pretium** in emptione &
 venditione 274. **Princeps** duplici per-
 sona indutus 40. ipsius electio &c. 94.
 95. sacerdotum 204. desiderios non
 tolerare debet 259. **Principale** animæ
 266. 167. 172. 173. **Principium** vi-
 uendi 3. physica 150. mali 152. ci-
 uislibet rerum 57. seqq. ad quod crea-
 mur. 208. **Pristillanista** 169. **Pri-
 morum** manula naturalia 269. **Pri-
 vilegium** 38. de liberis 99. 143. 221.
Problema 5. 6. naturæ 31. vnde difta-
 tur? 39. **Probra** 252. **Procreatio** libe-
 rorum 100. 119. a iure naturali de-
 scendit 254. 275. **Prodigium** bonorum
 suorum 144. 145. **Producta** si *περὶ ἡ-
 γουμένων* Zenonis 19. 20. **Probitio**
 contigii quædam 100. 101. **Prole-
 gys** ad legem civil. Iudæorum 72. seqq.
Promethæus 258. **Promissio** 214. apud
 Iurisperitos 237. **Propagatio** humana
 100. vid. **Generatio**. **Propertius** de
 natura 14. **Propria** artis 242. **Proserpi-
 na** 249. **Protagoras** 213. 215. **Proti-
 phorus** 97. 98. **Providenti** diuina 41.
 151. 248. **Pronocatio** si quis ad sup-
 plicium ducitur 180. 181. **Proximus**
 ipsi seruanda est iustitia 77. 101.
Prudentes quomodo leges inter-
 pretantur. 264. 265. **Psalmodia**
graphus de lege 140. **Pseudomenus** ipsius
 exempla 218. seqq. **Pudor** vnde exi-
 stat? 177. 247. **Pudendum** vile 149.
 250. **Pulchritudo** 201. **Pupillus** 61.
 pupillarum matrimonium 108. 109.
 119. 144. 171. futurus heres 116.
 118. seqq. **Puteus** publicus 118.
Pyrrho sceptica philosophia dux 64.
 193. **Pythagoras** 9. ad similitudinem
 Dei proponit 25. de morte 63. ipsius

secta in Italia 66. ipsius dignitas &
 philosophia 104. seqq. vnde philoso-
 phiam hausit 105. silentium 124.
Pyrræus ebrietatem valde mulctauit
 120.

Q **Valtas** 157. 159. 160. **Quæstus**
 142. foeneratorum 285. **Quæstus** τὸν
ἀπορῶν 217. **Quies** animi 192.
Quintilianus de societate 56.

R **Ratio** mortalium 13. recta & con-
 summata ib. per philosophiam ef-
 formata 14. ex ea virtus acquiritur
 15. 21. pro lege accipitur 41. num-
 quam variatur 43. insita vocatur ius
 45. naturalis & legis civilis 68. 69.
 275. ipsius cultura 194. lex summa
 246. **Reciproca** 220. 221. **Reges** i-
 psorum constitutio 55. optima gub-
 erno 94. **Regna** seruantur contra-
 riis 276. **Regula** est lex 38. 39. æterna
 40. 42. iuris 146. **Religio** erga DEum
 48. vnde sit orta 49. quid? ib. Iuris-
 iurandi ib. **Reliquia** testatoris vid. **He-
 reditas**. **Remuneratio** 282. **Repudium**
 76. 254. **Res** alienæ ægre admi-
 nistrantur 180. sunt vel corporales
 vel incorporales 168. generosa 186.
Respubl. veteres legibus & iure funda-
 runt 28. vnde consistet quælibet? 90.
 Iudaica 94. seq. ipsius administratio
 ib. quando vsuras præstare tenetur?
 144. ipsius status optimus 176. ser-
 uanda est 258. 259. ipsius herui 271.
Retractus 97. 98. **Reuerentia** erga pa-
 rentes 50. seqq. Denique 77. senioribus est
 præstanda 80. seqq. **Rex** sapiens esse
 potest 198. regum 204. **Nicolex** 260.
 vnicus esto 277. **Rhadamantus** 260.
Rhetorica prima pars logicæ 132. **Rô-
 mani** carimon. Iudaica fastidiuerunt
 89. **Romulus** ius priuatum exposuit
 126. **Rubellio** 131. **Rufus** fuit Chr-
 stianus 206. **Rutilius** summus orator
 132. 133.

INDEX AUCTORVM ET RERVM.

Sabbatum 77. 87. seqq. **Sabinus** dixerit de religione 49-137. 148. **Sarcodotes** iuniores in populo Iudaico 105. 120. iuris 201. 202. princeps **Christus** 204. **Sacerdotium** 88. **Sacri-legium** 81. **Sagmina** legatorum ornamentum 54. 146. **Sallustius** 17. **Sanguis** in animo 23. **Sanguis** a sanguinibus vid. **Sanguis**. **Sapiens** est semper in gaudio & imperturbabilis 192-194-196. se ipso contentus ipsius omnia 198. solus rex ib. DEo par 201. mortem aliquando sumere potest 202. **Sapientes** veteres 28. septem legislatores fuerunt ib. 39. ipsorum doctrina 150. apud Stoicos 185. quales sint 192-194-198. **Sapientia** sine philosophia 3. 19. multa praestat 25. 26. seqq. est Ictis 28. seqq. iurisprudencia 28. 29. 31. liberale studium 35. princeps omnium virtutum 63. 65. dicitur philosophia 150. est domina & possessor 198. **Saturnus** 247. **Scapula** 146. 148. 172. **Scelus** 58. 59. 82. 252. **Sceptici** 64. **Schola** philosophiae 66. **Scientia**. **Scioli** sine notitia optimi finis 7. ciuilibus 23. 27. 29. iuris 219. 250. 265. **Scita** 36. Poetarum 110. seqq. Plat. & Aristotelis 126. seqq. **Scortum** 87. 249. **Semus** hominis 162. 265. 268. **Semideus** Plato adpellatur 126. 127. **Seipronius** sapiens 28. **Senatusconsultum** 38. 83. de vsuris 86. **Seta** 265. **Seta** philosophiae fuit triplex 66. **Seneca** sapientiam definit 27. agit de virorum bonorum conuersatione 33. de vera philosophia 33. 35. 65. 67. de iudicis officio 91. de testibus 92. Stoicorum omnium acutissimus 150. **Senex** 6. **Solon** 114. **Seniores** sunt honorandi 80. seqq. a DEo euocati 90. **Sensus** in homine 166. ipsorum sensus ib. 167. **Sensentia** iudicium per adpellationem &c. resoluntur 216. diuersa iudi-

cum 223. 224. 225. 275. seqq. **philosophorum** 278. **Sepulcrum**. **Sepulcrum** 115. 119. 120. 164. 165. 166. 288. **Sermo** 34. 35. 114. **Seruius** Sulpicius 146. 147. 154. **Seruus** 100. qui Domini necem detexit 165. 202. caret persona 171. pecuniae quis 263. **Seruitus** unde introducta 48. 54. 168. 169. 172. 258. 262. ipsius tres formae ib. 263. **Seuorus** 89. 93. de pupillis 108. 109. **Sexus**. **Caxilius** Ictus 260. **Sexus** masculinus femininum conatinet 117. **Sidomus** 67. **Silentium** Pythag. & Solonis 114. **Silius** Italicus 51. 52. **Similitudo** bonorum 26. **Societas** ciuilibus 24. humana 27. 102. 179. ipsius proximi 50. seqq. 56. 58. ipsi homo non est subrahendus 298. maris & feminae 253. **Socrates** 10. 25. 63. Ethicam docuit 67. 86. 105. 106. de diuitiis 115. se nihil scire professus 219. 250. **Sol** ipsius defectus 2. 161. 19. 276. **Solon** 19. 110. 113. 114. 115. 116. 119. delidiosos terre non potuit 259. 264. **Sophi** vid. **Sapientes**. **Sophista** 204. 283. **Sophaeles** 268. **Soficles** 220. 227. 235. **Spes** beatitudinis 7. **Spiritus** ignis 150. **Spolium** 275. **Spurius** ab ecclesia reiectus 99. 120. vnde deriuatur 267. 268. **Status** aenea mulierum causa posita 259. **Status** rei publ. optimus 176. **Stella** 161. **Stercilicium** uxoribus 254. **Stipulatio** 147. 170. 173. 191. 236. **Stobaeus** de DEO 9. sine 11. de virtut. 19. philosoph. 31. **Stoici** 7. 11. 15. seqq. 18. 19. 21. 25. 30. 32. 63. 65. ipsorum ortus & affectus 129. placita 130. 131. Logica ib. 132. 135. eloquentia 130. physica 149. ethica 173. 178. inopinata 184. 189. natura duplex 242. **Studiosus** iuris philosophiam discere debet 61. **Stadium** liberale 4. inutile ib. virtutis 63. sapientiae 65.

Scitum

INDEX AVCTORVM ET RERVM.

Scalptio. scilicet 12. omnes ex aquo Ital.
 ai 192. 193. 202. **Substantia** rerum
 omnium quid & qualis? 157. seqq. est
 duplex 159. **Successio** hereditatis 117
Suetonius de viciis 85. de nomine re-
 gio 95. de genis 157. **Suffragium**
 170. **Salpinius** iustitiae antistes 24. 34.
Suumum bonum 7. 8. triplex ibi 18.
 19. **Superficies** ad soli dominium perti-
 net 287. **Superfoetatio** 265. 266.
Supplicium 120. 121. si quis adduci-
 tur ad 180. 181. **Sardus** iudex 277.
Sycophantes 119. **Sylla** 250. **Synoni-
 des** 283. **Synodus** Toletana 101.
TAbula testamenti 80. XII. de foeno-
 re 85. de iure talionis 109. XII.
 leges 124. seqq. **Tacitus** 79. 85. de
 legib. Rom. & Mosaic. 88. **Talio**
 109. 110. 260. **Temperantia** 12. 13.
 223. **Tempus** res incorporalis 168.
Terenus 255. **Terra** quomodo ad-
 iudicatur 161. **Tercor** minarum in leg.
 Mosaic. 91. **Terrulianus** 54. 72. 75.
 129. de partu 7mi mensis 139. de
 anima 162. 163. **Testamentum** 138.
 140. 142. 164. 217. **Testes** quales es-
 se debent 91. 92. eorum auctoritas
 140. seminarum 268. 269. **Testi-
 culus** vnus 249. 250. **Testimonium**
 91. 92. mulieris 138. 272. **Tbales**
 10. 67. 114. **Tbalia** s. viriditas 282.
Theonistocles similia dat. de sapiente 3.
Theodoretus de Christo sole 88. **Theo-
 doctus** de vxore fratris sine prole de-
 fundi ducenda 100. 101. 152. 255.
Theologia est ap. Stoicos pars philos.
 230. **Theologi** qui in re ab IGtis dis-
 kerant 43. 103. 163. **Theophylactus**
 139. **Theophrastus** 128. **Tiberius** de
 Periuurio 157. 255. **Timarchides** ho-
 mo malitiosus 161. **Timarus** de amicis
 205. **Timor** 174. 175. **Titius** de
 animalibus suis intencibus 134. sq. **To-
 dion** 168. **Troianus** de 2510 97. **Tri-**

nitas sancta 208. **Triphomenus** 47. 54.
 130. 136. 255. 267. **Tullius** 52. 83.
 177. **Tumulus** 175. **Trocla** 69. 70.
 ris 45. 174. **Tutor** 60. 61. 144. 171.
Tyrannus 55. 94.
VAcuus res incorporalis 168. **Va-
 lens** 97. 100. 101. **Valens**. Imper-
 ator 152. **Valerius** Maximus 283.
Valerius 286. **Varius** Vari pro no-
 this 287. **Varró** 25. 252. **Vatici-
 nator** 79. 156.
Vestigal 271. **Vellitus** Epicureus 249.
Venditio 111. seqq. **Venditor** 138.
 14. 159. **Veneficium** 113. 151. 153.
Venter hominis 161. **Veritas** 27. in
 iudicio 82. 92. 234. 237. **Verris**
 261. 262. 273. **Vessura** patimo-
 nii 121. **Vesica** in homine 161.
Vestis linea 104. **Vectores** sapientes 28.
Viator in populo Iudaico 98. **Vicinus**
 198. **Vitus** vid. **Alimentum**. **Viudi-
 cia** 109. **Vir** bonus 32. 33. 134. 188.
Virgilius 76. 78. 79. 271. 281. 282.
Viridians 282. **Virilia** 287. 288.
Virtus negligitur. 5. 12. perfecta
 14. 15. **Vis** 28. 42. propulsanda 5.
 53. 59. 154. **Visus** in homine 167.
Vita 12. 22. 24. 130. felix 24. **Stoi-
 corum** 130. ciuils 172. 203. **Vitia**
 198. 202. 280.
Vicus in iure Romano 233.
Vlpianus 3. 28. 30. 34. 45.
Vlysses 253.
Vniuersum 276. 279.
Voluntas 7. adpetit propositum ab intel-
 lectu ib. 23. **Voluptas** 174. 175. 250.
 284. **Votum** captandæ mortis alienæ
 53. 88. **Vox** iuris viua est prator 237.
Vsura 84. seqq. 86. 144. 173. 221. 285.
Vsus artes parit 2. locorum 135. seqq.
 144. 145. ethice 177. 184. **Vsus**
 fructus 168. 169.
Vterus 162. 265. **Vtile** Stoicis commu-
 nitereff bonum 183.

INDEX AUCTORUM ET RERUM.

<i>Vulcanus</i>	258. 287.	<i>Zeno</i> 4. 11. 14. 15. 18. 20. 21. daani-
<i>Vulva</i> mulierum	128. 268-267	mosua. forte contento. 25. de natura
<i>Vxor</i> fratris defuncti	100. sterilis 254	37. exiit e schola Aristotelis 67. 100.
	259	seq.
X <i>Xeno</i> ipse affectu	128.	<i>Sydonius</i> 128. seqq. tripartit. et facit
<i>Xenocrates</i> inorudatum. reiecit	4	philosophiam 190. 131. de substan-
<i>Xenophon</i> duos in nobis animos esse scri-		tia omnium rerum 197. 163. 251.
psit	251. 261. 263. 270. 270	252. Stoicorum princeps 280
Z <i>Zalmoxis</i>	106. seqq. 124.	<i>Zenodorus</i> de sepulchris 115
<i>Zelotypia</i>	175	<i>Zenophanes</i> ex secta Eleica a 67

EMENDANDA.

pag. 158. lin. 28. lege explicanda.
 pag. 213. lin. 25. lege enim
 pag. 279. lin. 13. pro Dui lege Cui.



INDEX AUCTORUM ET REVM.

<i>Vulcanus</i>	258. 287.	<i>Zeno</i> 4. 11. 14. 15. 18. 20. 21. daani-
<i>Vulva</i> mulierum	198. 261. 267	mo sua. forte contento 25. de natura
<i>Vxor</i> fratris defuncti	100. (tertilis) 254	37. exiit e schola Aristotelis 67. 100.
	259	seq.
X <i>Ego</i> ipsius affecta	128.	<i>Sydonius</i> 128. seqq. tripartit. facit
<i>Xenocrates</i> inordinatum. reicit	4	philosophiam 190. 131. de substan-
<i>Xenophon</i> duos in nobis animos esse scri-		tia omnium rerum 197. 163. 251.
psit	251. 261. 263. 270. 271.	252. Stoicorum princeps
<i>Xalenus</i>	106. seqq. 124.	280
<i>Xelotypia</i>	175	<i>Zenodotus</i> de sepulchris
		115
		<i>Zenophanes</i> ex secta Eleic a
		67

EMENDANDA.

Pag. 158. lin. 28. lege explicanda.
 pag. 213. lin. 25. lege enim
 pag. 279. lin. 13. pro Dui lege Cui.



INDEX AUCTORUM ET RERUM.

<i>Vulcanus</i>	258. 287.	<i>Zeno</i> 4. 11. 14. 15. 18. 20. 21. daani-
<i>Vulva</i> mulierum	128. 268-267	modus. forte contento 25. de matura
<i>Vxor</i> fratris defuncti	100. sterilis 254	37. exiit e schola Aristotelis 67. 100.
	259	seq.
X <i>Eno</i> ipsius affectu	128.	<i>Sydonius</i> 128. seqq. tripartit. facit
<i>Xenocrates</i> inoruditum reiecit	4	philosophiam 190. 131. de substan-
<i>Xenophon</i> duos in nobis animos esse scri-		tia omnium rerum 157. 163. 251.
psit	251. 261. 263. 270. 271.	252. Stoicorum princeps 280
Z <i>Alaicus</i>	206. seqq. 124.	<i>Zenodotus</i> de sepulchris 115
<i>Elotypis</i>	175	<i>Zenophanes</i> ex secta Eleica 67

EMENDANDA.

Pag. 158. lin. 28. lege explicanda.

pag. 213. lin. 25. lege enim

pag. 279. lin. 13. pro Dui lege Cui.

